

OPERV M

S. MATRIS TERESAE  
DE IESV

CARMELITARVM DISCAL-  
CEATORVM ET DISCAL-  
ceatarum Fundatricis

PARS SECVNDA

Continens

I. *Viam Perfectionis.*

II. *Castellum Anima suae septem Mansiones.*

III. *Exclamationes, vel Meditationes animae  
ad Deum suum.*

*Conceptus diuini amoris, & alia quadam sub-  
iuncti Libro Foundationum Monasterio-  
rum. Iuxta partem p. 527.*



COLONIE AGRIPPINÆ  
Apud IOANNEM KINCKIUM  
ANNO M. DC. XXVII.

DEPARTMENT OF THE ARMY  
OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL  
WASHINGTON, D. C.

GENERAL INVESTIGATIVE  
DIVISION

REPORT

CONFIDENTIAL

1. Name of Subject  
2. Address of Subject  
3. Date of Birth  
4. Place of Birth  
5. Education  
6. Occupation  
7. Other Information



ADJUTANT GENERAL  
WASHINGTON, D. C.

T. 1751591

C. 73567266

R. 120069

LIBER

FVNDATIONVM  
MONASTERIORVM

MONIALIVM DISCALCEATA-  
RVM A S. MATRE TERESA DE IESV

Illarum Fundatrice conscriptus hispanicè;  
inde latinè vertebat D. MATTHIAS MAR-  
TINEZ MIDDLEBVRGVVS.

SVBIVNGVNTVR AD FI-

*nem, Conceptus amoris divini super qua-  
dam Cantici Canticorum verba, &  
alia pia opuscula eiusdem S.*


*Matris Terefia.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Apud IOANNEM KINCKIVM.

ANNO M.DC.XXVII.

*Le titre et l'index qui le suit devinrent  
être placés à la page 308, sans partie*



INDEX CAPITVM LIBRI  
FVNDATIONVM MONASTERIORVM Carmelitarum Discalceatorum à S.M.

Teresia conscripto.

Prologus. 309.

- Cap. I. *Qua occasione de hac fundatione in Medina del Campo & alijs sequentibus agi ceptum sit.* 311.
- Cap. II. *P. Noster Generalis Abulam venit, quid illius aduentu contigerit.* 314.
- Cap. III. *Quibus de Monasterio S. Ioseph Metinae Campi fundando modis agi ceptum sit.* 317.
- Cap. IV. *Agit de gratiis nonnullis, qua horum Monasteriorum Monialibus Dominus elargitur, simul & prepositas mones, ac docet, quomodo se in illis gerere debeant.* 324.
- Cap. V. *Nonnulla quoad orationem monita proponuntur, Est hoc caput ijs, qui in rebus actiuis sese occupant, cum primis vrile.* 328.
- Cap. VI. *Docet qua hominibus spiritualibus euenire possint damna ex eo quod non intelligant, quando spiritui resistere eos oporteat &c.* 335.
- Cap. VII. *Quomodo cum melancholicis monialibus sit agendum: hec tractatio Prioris cum primis lectu necessaria est.* 345.
- Cap. VIII. *Monita quadam, & documenta prescribit quoad reuelationes, & visiones.* 350.
- Cap. IX. *Agit quomodo Metinae Campi egressa sit ad Conuensum Malagonensem à S. Iosepho dictum fundandum.* 354.
- Cap. X. *In quo, de fundatione domus Vallisoletana à Conceptione B.V. M. de Monte Carmelo cognominatae agitur.* 356.
- Cap. XI. *Agitur de vita & morte Monialis cuiusdam, quam ad hunc Conuentum Dominus vocauit, Beatrix ab Incarnatione nun cupata, &c.* 358.
- Cap. XII. *Quomodo, & quo auctore primum fratrum primigeniam regulam seruantium Monasterium anno D. 1568. ceperit.* 362.
- Cap. XIII. *Prosequitur ceptam de primis Discalceatorum Carmel. Conuentus fundatione narrationem &c.* 365.
- Cap. XIV. *Agitur de fundatione Conuentus Toletani à S. Iosepho denominati &c.* 370.
- Cap. XV. *In quo de rebus nonnullis agitur, qua in hoc Tolerano Conuentu à S. Iosepho denominati ad laudem & gloriam Dei contigerunt.* 82.
- Cap. XVI. *Agitur de duorum Monasteriorum vnius Discalceatorum, alterius Discalceatarum eodem anno 1566. Pastranae rectorum fundatione.* 385.
- Cap. XVII. *De Monasterij Salmanticensis à S. Iosepho denominati fundatione.* 392.

- Cap. XVIII. *Capitulum de fundatione Conuentus Salmanticens. S. Iosepho dedicati narrationem prosequitur.* 396.
- Cap. XIX. *Agitur de Fundatione Conuentus in Alba Tormesica, qui ab Annuntiata Deipara nomen sortitus est.* 403.
- Cap. XX. *Agitur de Fundatione Conuentus Segobienfis à glorioso S. Iosepho cognominati.* 409.
- Cap. XXI. *Describitur Fūdatio Cœnobij Keasēsis à S. Iosepho Saluatoris &c.* 413.
- Cap. XXII. *Hispalensis Conuentus à S. Iosepho appellati Fundatio describitur.* &c. 423.
- Cap. XXIII. *Fundationem Conuentus Hispalensis prosequitur.* 429.
- Cap. XXIV. *Hispalensem Conuentus S. Iosephi fundationem prosequitur.* 432.
- Cap. XXV. *Eandem fundationem prosequitur &c.* 441.
- Cap. XXVI. *Caruacensis cœnobij fundatio describitur.* &c. 448.
- Cap. XXVII. *Narratur Fundatio Monasterij in oppido Villanoua de la Xara.* 458.
- Cap. XXVIII. *Agit de fundatione Palentina &c.* 475.
- Cap. XXIX. *Fundatio Conuentus Sorienfis, vel Numantini à Sanctiss. Trinitate denominati &c.* 487.
- Cap. XXX. *De fundatione Conuentus S. Iosephi à S. Anna in Ciuitate Burgenfi &c.* 493.
- Fundatio Conuentus S. Iosephi in Vrbe Granatensi.* 517.

- Conceptus Amoris diuini super quædam Cantici Canticorum verba à S. M. Teresa conscripti.* &c. 527.
- Cap. I. *Quam difficile sit sacrarum literarum, maxime Cantici Canticorum sensum intelligere &c.* 530.
- Cap. II. *Nouempacis falsa, amoris imperfecti, & orationis illusorie modi proponuntur.* 536.
- Cap. III. *De verapace, de Amore Dei, & vnione cum Christo, qua ex oratione nascitur.* &c. 545.
- Cap. IV. *De dulci, suauis, & delizioso Dei amore, qui inde prouenit, quod Deus in anima, per orationem quietis, qua per vbera Dei representatur, habitat.* 548.
- Cap. V. *De amore constanti, securo, & stabili, qui inde nascitur, quod se anima à diuinitatis vmbra protectam videat.* 552.
- Cap. VI. *De amore forti, suspensionis, & raptuum &c.* 554.
- Cap. VII. *De Amore Dei vtili, qui summus Amoris est gradus, & is duas habet partes.* 560.
- Tractatus de Ratione visitandi Conuentus Monialium Discalceatarum Ordinis Carmelirani.* 565.
- Septē meditat. in Orat. Dominicā, per 7. dies hebdomadę distribute.*



## AD LECTOREM.



Vemadmodum nullus nisi fortassis insensatus & animalis homo ambigere potest, num sapientissimus ille Salomō Spiritus Sancti afflatu, Cantici Canticorum author extiterit; quandoquidem ea omnia, quæ in hoc Cantico comprehenduntur *Spiritus & Vita sint*. Ita nullū, indubium reuocare posse arbitror, quin Sanctissima Mater nostra Teresia à IESV Spiritus sancti organum Speciale simul & ineffabile in eius Cantici explanatione extiterit; quippe *vinus est hic sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem anime ac spiritus, compagum quoque ac medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis.*

Enimvero cum Cantici Canticorum liber plarisque metaphoris & similitudinibus scateat, adeo sanctissima mater nostra in hac sua explanatione, non quidem humanæ sapientiæ verbis, sed digito Dei, litteræ corticem detrahit, ne occidat: Vt spiritus qui intus latet nobilissimè exprimat. Cū enim iuxta Sanctorum Patrum definitionem in hoc sacro Epithalamio exarando primario & per se intenderit Salomon, vt propheticè diuinos enunciaret amores, diuinas & nuptias: adeo in hoc Cantici Canticorum explanatione exprimuntur amores illi diuini & cælestes cum Creatura rationali, vt merito possit dicere hæc Sancta, manus mea. calamus scribæ amorosè scribentis.

At nos infalices ad quos hoc Vnicum Cantici Canticorum fragmentum & non totalis explanatio potuit pertingere: cum enim nostra Sanctissima mater hoc Canticum integrè & ex toto explanasset, vt nonnullis, quibus (quemadmodum ait ipsa:) parere debebat, obtemperaret; quidam eius Confessarius, minus discretus & sapiens, probatissima eius Obedientiæ experimentum facere secum ipse statuit. Hanc itaque nactus occasionem mandat vt sanctissima mater di-

AD LECTOREM.

ter diuina illa Cantici Canticorum commentaria discerperet; illa, cui melior erat obedientia quam Victimæ, dicto citius obtemperat, scripta discerpit & in millenas quasque partes dilacerat: Tanti ponderis in illa fuit obedientiæ Virtus, vt vbi suum vindicare locum potuisset prudentiæ humanæ ratio resistendo, ibi reduxit cedendo diuinæ obedientiæ perfectio.

Quapropter cum ad eò prænobili & eximio opere priuaremur: diuina factum est prouidentia, vt nonnullæ sacræ ordinis nostri Religiosæ, paucas compererint cartulas præfatæ S. Matris nostræ ex quibus hoc vnicum fragmentum excerpere potuimus, & in ordinem redigere: ne saltem primoribus labris prælibare non concederetur, quòd penitus exhaurire negabatur.

Itaque, Beneuole lector, sicut ex vnico lineæ tractu Apellis opus diiudicari facile potuit, ita ex hoc vnicò fragmento Dei opus in Teresia agnosce; quod facile continget si sano mentis oculo hæc perlegeris. Vale.







VIA PERFECTIONIS

A

S. M. TERESA  
DE IESV

DISCALCEATORVM CARME-  
LITARVM FVNDATRICE AD SVA-  
RVM MONIALIVM PETITIONEM  
conscripta.

*INTERPRES LECTORI.*




PER Æ pretium facturus mihi videor, amice  
Lector, si, postquam hunc ego librum ex Hispa-  
nico in Latinum sermonem conuerti, paucis ti-  
bi eiusdem argumentam declarem, vt cum ma-  
iore cum claritate & consequenter vtilitate, cum  
Viam perfectionis doceat, legere possis. Inpri-  
mis ergo impedimenta complectitur ac tradit, quæ perfectionis  
viam velut obstruunt & remorantur, vt illa declinantes & fu-  
gientes, ad viam perfectionis ineundam idonei inueniri possi-  
mus. Et huic rei declarandæ penè totam priorem mediam libri  
partem impendit. Deinde illa prosequitur, quæ ad perfectionem  
acquirendam conducunt, eam causantur, & in illa nos detinent,  
idque propemodum ad vsque finem libri: quem tandem insi-  
gnibus monitis, & præsentissimis aduersus pericula & tentatio-  
nes quasdam, in quas vt plurimum incidunt, qui viam per-  
fectionis

fectionis mire cœperunt, remediis terminat. Rectam ad perfectionem viam, & eodem rectè nos ducentem, vnicam ait esse orationem, ac præsertim primariam mentalis orationis speciem, cõtemplationem, inquam, de qua in libro superiore, quo vitam suam descripsit, vberius egit: atque inde est, quod in hoc (vt ipsa met hic testatur) tam amplè de ea non loquatur, sed potissimum de mortificatione, humilitate, puritate cordis, alijsque virtutibus, quæ ad cõtemplationem acquirendam necessariæ sunt, & ipsam in homine causantur. Sed ne quis diceret, cõtemplationem mulierum non esse; nec ad mulieres (quibus tamen, & in quarum gratiam, ipsa potissimum opus hoc conscribit) pertinere, ostendit, orationem vocalem (quæ indubiè omnium & vniuscuiusque est) si bene & prout oportet instituat, non posse ab oratione mentali, imò nec à cõtemplatione quidem separari; ad quam, per Dei gratiam, illos vt plurimum ait pertingere, qui paulatim se assuefaciunt, vt vocalem orationem magna cum attentione, & sine interiori distractione instituant. Atq; hanc ob causam, ad finem libri, Orationem Dominicam exponit, ostendens, ad quam sublimes considerationes, & supernaturales affectus, per attentam vocalis orationis huius Euangelicæ recitationem à Deo anima euehi possit. Hincque efficit & concludit, cõtemplationem vnicam esse ad perfectionem comparandam viam: hæc quippe animam à terra sustollit, efficitq; vt velut purus quidam spiritus ad creatorem suum cõtolet, cum super omnia creata diligat, perfectè adhæreat, & firmiter stringat, quin imò vnum quid cum eo fiat qui omnis perfectionis fons & origo est, quiq; illam dat animabus quàm ardentissimè ad eam aspirantibus & sitientibus, & cõtẽplationis vehementiâ è mellifluis eius vberibus ita spiritus ebrietatem exfugere scientibus, vt diuino iam amore plenæ, & ab omni terreno affectu & propensione liberæ, cum Regio Propheta, cõtẽplationum principe, exclament, Ps. 72. *Quid mihi est in calo, & à te quid volui super terram? Defecit caromea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in eternũ.* Cõtẽplatio ergo, ex sententia, S. M. Teresæ, breuissima æq; ac certissima, imò vnica, ad perfectionem via est. Atque hinc est, quòd,

quòd, cum ad perfectionem nos perducere procuret, prius per viam contemplationis nos ambulare velit; vtpote, tum per experiētiam in semetipsa, tum per internam Spiritus sancti, quò plena fuit, instructionem probè gnara, pretiosissimum hunc thesaurum hac sola ratione, & non alia, reperiri. Hæc ergo, benigne Lector, breuis est omnium quæ Sancta Mater hoc in opusculo tradit, documentorum summa, & velut compendium: quam tibi hic ob oculos ponere, & paucis præmittere volui; sperans fore, vt per hanc monitionem meam, citius ac compèdiōsius ad plenam salutaris huius viæ, ad quam te Sancta Mater Teresa conducit, cognitionem ac simul paulatim ad eiusdem finem, perfectionem inquam, tum per Dei Opt. Max. gratiam, tum versatissimæ huius doctricis opem & instructionem peruenias. His vale, & si qua tibi in re, hacce interpretatione mea, profuero, Deo datori omnium ascribas velim; sicubi autem Sancta Marris scopum non attigisse, nec mentem eius sublimem satis affecutus tibi videbor, benignè & meliorem in partem accipias rogo.

Antuerpiæ.



# GENERALE LIBRI TOTIVS A R G V M E N T V M.

*F. P. Luisius Legionensis.*



Complectitur Liber hic monita quadam, ac documenta, simul & consilia, quae S. M. Teresa de Iesu filiabus ac Religiosis suis, in monasteriis, quae per Domini nostri Iesu Christi gratiam, & gloriosissima Virginis Mariae, Matris eius, opem sub prima Ordinis B. Mariae de monte Carmelo regula fundavit, commemorantibus tradidit. Porro summum verò monialibus Conuentus S. Iosephi, Abulae erecti, qui & primus fuit, & cuius ipsa Superiorem agebat, tum cum tractatum hunc anno Domini M. D. LXII. scriberet, eum dedicat & inscribit.

---

## PROTESTATIO S. MATRIS DE VNIVERSO HOC OPERE SVO.



**I**N omnibus, quae hocce in libro scripturae sunt, me iudicio & censura S. R. Ecclesiae submitto; parata sequi & amplecti quicquid ipsa amplectenti praescribit; si quid autem huic contrarium in eo inuentum fuerit, in causa erit, quod ipsum non bene intellexerim. Atque ideo, per amorem Domini, viros litteratos, quibus libri huius examen & censura demandabitur, obsecro, ut quam possunt maxima accuratatione illam relegant, & si quem tum quoad hoc, tum quoad alias materias, in eo errorem deprehendant, liberè corrigant. Si quid autem in eo boni reperiant, id in Dei opt. max. laudem ac gloriam, & gloriosissima Matris eius, Patronae & dominae nostrae, cuius ego vestem licet indignissima gero, cultum & obsequium cedat velim.

---

## P R O O E M I V M.

### Moniales Conuentus huius Abulensis à S. Iosepho denominati.

Scriptio-  
nis  
huius libri  
ocasio.

**C**Ognito mihi à R. P. Presentato Dominico Bannez, ex Ordine gloriosi D. Dominici, (quo iam vtor Confessorio,) copiam factam esse, aliquid de oratione scripto committendi (qua in re, quod cum multis rerum spiritualium generis, & sanctissimam eximia  
yris

viris egerim, aliquid quod opera pretium sit, adferre me possunt; ita apud me effu-  
 ditim & importune precando institerunt, ut ipsis de hac ipsa materia aliquid conscriberem,  
 ut tandem ipsarum quoad hoc petitioni morem gerere decreuerim: et a fore, ut in-  
 gens quo me prosequuntur, amor facturus sit, ut quae imperfecta sunt, magis illis placeant  
 (tamen si hinc obstet, & styli ruditas & scribentis imperitia) quam nonnulli alij tra-  
 ctatus a viris eruditissimis à quibus ea quae ipsa scripsi, didici & intellexi, quam optime  
 conscripti. Spero autem Dominum per ipsarum preces, gratiam mihi daturum ad dicen-  
 dum conuenienter aliquid, ad eam formam & rationem viuendi, quae hac in domo ob-  
 seruatur, spectans, ac concessurum, ut hoc ipsis proponam. Si qua verò adferam, quae minime  
 congrua futura sunt, praedictus ille P. Praesentatus, qui illa primo recognoscet & releget,  
 hoc ipsa vel corriget, vel flammis tradet: ego autem in hisce Dei ancillis morem gerendo,  
 nihil omnino perdidero; imò verò liquidum perspicient, ecquid à me ipsa habeam, cum  
 illius Maestas me non adiuuat, & in laboris partem non venit. Statui itaque, nonnulla  
 aduersus paruas quasdam tentationes, quas & diabolus immittit, & quas, quia paruae  
 sunt, fortasse etiam parui faciunt, remedia suggerere, nec non alia quaedam, prout mihi  
 Dominus inspirabit, ac memoriae meae occurrent, adferre. quod enim nesciam quid dictu-  
 ra sint, hinc ordinatum ea hic digerere non possum: imò longè credo esse satius, nullum hic or-  
 dinem sequi, cum ita inordinatum & omni ordini aduersans sit, me id ipsum conari. Di-  
 gnetur, obsecro, Dominus omnibus quae factura sum, manum admoovere, ut sanctae eius  
 voluntati esse queant conformis, cum id semper omnium desideriorum ac votorum meo-  
 rum summa sit; quamquam opera mea tam imperfecta sunt, atque ego ipsa. Scio mihi nec  
 amorem, nec voluntatem deesse, ad pro viribus meis enitendum, ut confororum mearum  
 animae ingentem in diuino obsequio progressum faciant. Imò verò amor hic in causa for-  
 san esse poterit (ut & multos etatis annos, & quam nonnullorum nonasteriorum  
 habeo experientiam, taceam) ut paruula quaedam & minuta melius declarem, quam  
 alij doctiores; qui quia aliis maioris momenti rebus occupati sunt, & viri fortes sunt,  
 ea quae in seipsis nihil omnino esse videntur, parui faciunt; sed rei tam imbecilli & debili,  
 atque nos famina sumus, nihil non nocere potest, & noxam creare. Multo quippe & varia  
 sunt demonis aduersus eas quae arte reclusae sunt, insidiae & technae: nouis enim armis sibi  
 opus esse videt ad illis nocendum. Ego sanè, utpote improba & peccatrix, aegre me aduer-  
 sus illius artes tueri potui: vnde conforores meas exemplo meo velim fieri cautiore, & me  
 in exemplum capere. Nihil porro hic adferam, quod non vel in me, vel in aliis perspexerim,  
 & experientia didicerim. Non ita pridem mihi à superioribus imperatum est, ut cer-  
 tam aliquam de vita mea narrationem instituerem, in qua etiam quaedam ad oratio-  
 nem spectantia pertractaui: at non permutet forsan Confessarius meus, ut illa modo le-  
 gatis, atque idè hoc in scripto ibi dictorum nonnulla, uti & alia quae mihi necessaria  
 esse videbuntur, repetere visum. Dominus, sicuti suppliciter ab eo petij, manum  
 his suam admoovere, & ad maiorem gloriam suam ea  
 dirigere dignetur. Amen.



## CAPVT I.

DE CAUSA, QUAE ME AD MONASTERIVM HOC, ADEO  
*strictum & arctum, fundandum mouerit.*

*Intentio S.  
 Matris  
 quaerit,  
 si primū  
 monaste-  
 rium fun-  
 daret.*

*Zelus eius  
 erga ani-  
 mas.*

**R**incipio, cum monasterium hoc, ob eas quæ in prænomi-  
 nato libro (quem, uti iam dictum est, conscripsi) allatæ sunt  
 rationes, nec non ob quædam Domini magnalia, quibus  
 ostendebat quantopere, hac in domo nomen suum glorifi-  
 candum esset, fundaretur; propositum aut intentum meum  
 non erat, ut tanta, quoad exteriora in id asperitas induceretur, aut ut sine  
 censu stabili fundaretur: imò verò voluissem sufficientes redditus habuis-  
 set; nihil ut ei aliquando deesset. sed id volebam ut imbecillis & impro-  
 ba, tametsi multæ bonæ rationes ad hoc faciendum potius, quam propria  
 commoditas me impellerent. Hoc ipso in tempore certo rumore intel-  
 lexi in mensa Galliæ dâmnâ, & quanta illi regno mala hæretici intulif-  
 sent, quàm denique longè latè que scelerata illa secta se diffunderet &  
 prospereret. Qui sanè rumor incredibili animum meum angustia op-  
 pressit: & tanquam si aliquid potuissem, aut alicuius etiam momenti  
 fuisset, stens ad Dominum clamabam, utque tanto malo mederetur,  
 enixissimè eum sum precata. Mille mihi vitas, pro vel vnus animæ de tā-  
 ta ibi pereuntium multitudine, liberatione & salute ponere paratissima  
 videbar. Sed, cum me & fœminam, & quidem imbecillum, & ad aliquid  
 eorum quæ ad Dei cultum spectantia exequi voluissem, exequendum  
 profus ineptam esse viderem, omnia quoque desideria mea id specta-  
 rent (vti & modo spectant) vt, cum Dominus tam multos habeat inimi-  
 cos, amicos autem paucos, hi saltem pauculi, boni essent, firmiter apud  
 memetipsam statui, exiguum illud quod in me erat, præstare, Evangelica  
 scilicet consilia quam maxima possem perfectione sequi, & operam da-  
 re vt pauculæ illæ quæ hic sunt moniales, idem facerent. Quod futurum  
 conando in eminentissima Dei misericordia, utpote, qui auxilium  
 suum nunquam denegat illi, qui propter ipsum omnia deserere pro-  
 ponit, ac spero fore, vt (cum ipsæ sint tales, quales ego eas in meis  
 desideriis depingebam) defectus & imperfectiones meæ inter virtu-  
 tes illarum vires nullas habeant, & aliqua saltem in re ipsa Domino pos-  
 sim placere. Adhæc vt, cum omnes ita assidue pro defensoribus Eccle-  
 siæ, pro concionatoribus, aliisque vitis doctis ipsam propugnantibus,  
 oremus,

oremus, hūc ipsum Dominum meū, qui ita opprimitur & angustiatur ab illis, quibus tam multa beneficia præstitit, pro eo ac possumus adiuuamus, ad eò vt hi proditores iterum illum cruci affigere, ac ne quidem in quo caput suum reclinet, illi relinquere velle videantur.

Non potest, ô Redemptor meus, cor meum sine summa afflictione & angore, illud pati. Quid Christianos modò agere non videmus? sic sine potest, vt illi semper maxima te iniuria afficiant, qui pluribus tibi nominibus sunt obstricti, quibus plura beneficia præstas; quos in amicos tuos intimos deligis, inter quos versaris, & quibus te ipsum in Sanctis Sacramentis cõmunicas? Necdum exsatiati sunt tormentis, quæ pro ipsis subiisti? Certè nihil omnino agit Domine, qui mundum hūc temporibus deserit. Si enim ita tibi infidi, & in te iniurij sunt, quid nos expectare par est? an fortasse magis promeruiamus, vt nobis fidi & amici sint? an maiora ipsis beneficia contulimus, vt ob ea fidelius amicitiam nobis seruent? quid hoc est? quid tandem posthac ipsi speremus, qui, per Dei gratiam, pestilenti hac scabie infecti non sumus; illi namque iam in dæmonis potestate sunt? bona haud dubiè suis ipsi operibus castigationem & flagellum sibi meruere, & suis sibi voluptatibus sempiternas flammam merito accersuere. Pereant si velint. Nihilominus, non potest non assidue cor meum præ dolore velut dirumpi, cum tot animas pereuntes video. Vtinam hoc malum non tam frequens & multum esset! vellem equidem non videre, vt quotidie plures animæ perirent.

Iuuate me, quæso, carissimæ in Christo sorores, in idètidem Domino hac pro re orando: hanc enim ob causam vos huc adduxit & coniunxit; hæc est vocatio vestra, hæc vestra esse debet negotiatio & studium, hoc vestrum desiderium, huic rei vestras dedicare lachrymas, huc vestræ tendere debent postulationes & preces, non pro mundi huius negotijs, charissimæ. Apud memetipsam enim video, quin & grauissimè suspiro, cum video, quales nos res Deo per orationem aliquando hic commendare cupiunt (ad eò vt etiam ad pecuniam & census annuos impetrandos illius nos Maiestatem compellare velint) & quidem tales, quos vellem à Deo gratiam petere, quò omnia sæculi huius bona pedibus possent proculcare. Bonam quidem illi habent intentionem; & nos postularis ipsorum, visa illorum deuotione, morem gerimus; ipsa nihilominus mihi persuadèo iam huiusmodi rebus nunquam me à \* Domino exaudiri. Mundus planè ardet, & accensus est; CHRISTVM iterum, (vt dicitur) condemnare volunt, cum mille aduersus eum falsa testimonia producant; Ecclesiam eius ad terram prosterne & euertere mouentur; & nos tempus nostrum adhuc ijs à Deo petèdis impèdemus, quæ si

\* *Dicere vult, temporalia à Deo petere, & potissimum summa necessitatis tempore, valde superflua curâ esse.*

ipsis

ipsis concederet, aliquam forsan animam minùs in cœlo haberemus? Non sic, charissimæ; non sic; non est iam tempus ad parui momenti negotia cum Domino pertractanda. Sanè, nisi ad humanam infirmitatem, quæ libenter in omnia iuvari gaudet (& benè quidem, si modò ipsæ aliquid hîc possemus) respectum haberem; quàm vellem, ipsis persuadere possem, non esse hæc huiusmodi, quæ tam sollicitè & affectuosè, in hoc S. Iosephi monasterio commendari Deo debeant.

## CAPVT II.

OSTENDIT, RELIGIOSOS DE CORPORALIBVS NECESSITATIBVS sollicitos esse non debere, & quantum in paupertate boni situm sit.

\* Dicere  
vult, eos  
qui pau-  
peritatem  
profitem-  
ur, solici-  
tè & anxie  
aliorum  
volunta-  
tes sibi lu-  
crari non  
debere, vt  
elemoly-  
nas ipsi  
conferant.

**N**olite putare, carissimæ, aliquid rerum ad victum necessarium vobis defuturum, si modò de mundanis hominibus complacendo sollicitæ non sitis. Equidem hoc vobis spondere & promittere ausim. Nolite \* per humanam industriam & artes sustentationem corporis & victum vobis procurare; alioqui fame moriemini, & meritò quidè. Sed ad sponsum vestrum oculos attollite: ipse enim est qui victum vobis dabit: si illi placeatis, vobis nolentes volentes de victu prospicient etiam illi qui minùs erga vos affecti sunt ac minùs diligunt, vt hoc iam sæpè per experientiam & vsu ipso vidistis. Si hoc facientes, nihilominus fame vos mori contingat, næ beatæ moniales S. Iosephi eritis & dicemini. Per amorem Dei rogo, numquam huiusce vos rei capiat obliuio. cùm stabilem censum repudietis, relinquit etiam nimiam illam pro alimonie sollicitudinem; alioqui omnia peribunt. Aliæ quas Dominus reditus annuos possidere vult, de huiusmodi rebus per me licet sollicitæ sint, & meritò, cum hæc ipsarum sit vocatio: at nos, carissimæ, huiusmodi curam & anxietatem habere, nefas & stolidum est. De alienis autem censibus curam habere velle, perinde mihi esse videtur, ac de eo habendo cogitare, quod quis alius possidet. Etenim certum est, alium propter illam sollicitudinem vestram, cogitationem suam non mutaturum, aut ideo elemosynæ vobis erogandæ animum ac voluntatem habiturum. Illi committenda rei huius cura, qui omnes emouere potest, Domino, inquam, reddituum, & reditus possidentium: illius iussu & ductu huc venimus: illius verba certa sunt ac vera, fallere non possunt, aut deficere; antè cœlum & terra deficiant. curemus ipsæ tantum necubi ei desimus, & certæ estote illum nobis minimè defuturum. si autem interdum eum vobis deesse videatis, hoc in maius commodum vestrum cedit, perinde ac Sanctis vita deficiebat, cùm propter nomen Domini interficiebantur; idq; erat

Domino  
victus cu-  
ra com-  
mittenda.



erat ad gloriam eorum per martyrium adaugendam. Effer hoc profectio  
 satis bona & peroptabilis permutatio, per breuem famem cito vitam fini-  
 mire, vt sic ad perpetuam satietatem transire possimus. Considerate, chari-  
 ssimæ, permultum in hoc situm esse, & mirè post mortem meam id pro-  
 futurum; ideo namque id vobis scripto commissum relinquoznam etiam  
 interim dum viuam, identidem id vobis in memoriam renocabo. Per ex-  
 perientiam enim didici, quantum inde boni nobis accedat: quâdo enim  
 minus nobis suppetit, tunc minus sum sollicita; & nouit Dominus, me  
 (prout mihi quidem videtur) magis anxiam & sollicitam esse, cum res  
 æquo suppetunt, quam cum multa nobis defunt. Nescio an id inde  
 proueniat, quod Dominum tunc nobis id quamprimum subministrare  
 obseruarim. Aliter si faceremus, mûdum deciperemus, pauperes haberi  
 volentes, cum tamen secundum spiritum tales non essemus, sed externa  
 dumtaxat specie. Sanè scrupulum id mihi (vt ita dicam) moueret, & per-  
 inde, meo iudicio, faceremus, ac si, cum diuitijs affluamus, eleemosynam  
 peteremus. & faxit Deus, id ita non sit. Vbi enim immoderatè & nimis  
 quàm anxie curatur, vt quid alij subministrant, ibi fortasse vna aut altera  
 vice tantum, consuetudinem seruabunt, aut eam seruare saltem possent,  
 ac peterent quibus opus non habent, & ab eo fortassis, qui magis indigeat  
 quam ipsæ petentes. Etsi autem ipsi dantes hac ratione nihil omnino  
 perdant, sed permultum lucrentur, nos tamen insigne hic dispèdium  
 pateremur. Non permittat hoc Deus, carissimæ, nisi hoc fieri vnquam  
 deberet, malim omnino redditus stabiles possideretis. Nolite, obsecro,  
 hîsce mentem vestram curis & anxietatibus distingere; & hoc à vobis, per  
 amorem Dei, velut in eleemosynam, quàm studiosissimè contendo. Et  
 quando cunque, etiam minima, hanc in domum tale quid induci vide-  
 bit, quanto cyus ad Maiestatem eius reclamet, Superioremque humiliter  
 moneat, ac dicat, illam non recta via procedere: vsque adeo namque in  
 via sua errat, vt vera paupertas paulatim hoc pacto subuertèda sit. Equi-  
 dem, quæ Dei bonitas, nunquam id futurum spero, nec suas eum ancillas  
 derelicturû. Et ad hoc ipsum adinstat stimuli & incitamenti erit, id quod  
 hic me subscribere voluistis, etsi nullus alius hinc fructus sequeretur. Et  
 credite mihi, carissimæ, Dñm, aliquo modo in vtilitatem & bonum ve-  
 strû, aliquatenus mihi ostendisse & indicasse, quantum in sancta paupertate  
 bonorum situm sit; & quotquot ipsam experientur, ita id esse compe-  
 riant & intelligent; sed fortasse non tam perfectè atq; ego; quia non solû  
 non fui pauper spiritu (esto id per professionem vouissem) sed etiâ spiritu  
 stulta. Est porro hoc tantû bonum, vt omnia bona mundi in se cõplectatur:  
 ingens quoque dominatus est. Iterum dico, eum super omnia totius  
 mundi bona dominium habere, qui hæc ipsa negligit & contemnit.

*Paupertas  
 sua bona.*

Quid mihi cum Regibus & Dominis, si illorum census non ambiã, nec ipsis placere curem, si ipsorum causã Deum vel paululum in minimo deberem offendere? Quid illorum honores curo, si modò optime intellexerim, in quo summus pauperis honor sit, in eo scilicet, vt verè pauper sit. Equidem eius sum sententiã, vt planè mihi persuadeam, honores & diuitias semper penè simul procedere, & velut comites esse; ad eò vt ambitiosus & honorum cupidus etiam diuitias ambiat; qui autem diuitias & aurum repudiat, etiam honores paraficiat. Hoc benè à vobis veilm intelligi; nam hoc honoris punctum semper aliquod commodum pecuniã & redituum secum trahere mihi videtur, nam rarissimè contingit aliquem in mundo coli & honorari, qui pauper sit; imò, esto alioquin honestus in se sit & honorem ex se mereatur, paruo aut nullo loco habetur. Vera autem paupertas tam eximium & iungularem honorem secum adfert, vt vix ab aliquò ferri queat: de illa nempe loquor paupertate, quæ non nisi propter Deum assumitur. Nulli quippe alteri placere debet, quàm soli Deo; & certum est, illum plurimos habere amicos, qui nullius omnino indiget ope. Satis hoc per experientiã experta sum: sed quia tam multa de hac virtute scripta sunt, vt intelligere non possem, nedum verbis exprimere; ac ne laudem & gloriam illius verbis meis imminuam, hinc plura de ea non dicam. hoc dum taxat dixi, quod per experientiam didici & noui, & fateor, ita me hætenus absorptam fuisse, vt me ipsa non intellexerim. Sed quia, quod dictum est, propter Dei amorem dictum est, quando quidem sancta paupertas, nostra insignia sunt, & id quod sub initio foundationis Ordinis nostri à primis nostris Patribus tanto in pretio habitum, & ita obseruatum est, vt (sicut mihi retulit, qui optimè id nouerat) nihil in diem posterum reseruarent; operam demus, vt esto exterius tanta cum perfectione ipsa non obseruetur, interius saltem & in animo eam quàm perfectissimè obseruemus. Non nisi duabus horis nobis (vt ita dicam) viuendum est, & merces est magna nimis. Et licet non aliud hinc bonum sequeretur, quàm quòd adimpleremus id quod DOMINVS ipse nobis consuluit, magna quædam merces haud dubiè foret, quòd eius Maiestatem aliqua in re saltem sequi possemus. Hæc nos insignia in nostris gestare oportet vexillis, ita vt hanc virtutem omnimòdis obseruare velimus, in domo, vestitu, verbis, & multo etiam magis in mente & cogitatione. Et quamdiu hoc facietis, non est quòd vereamini, vt domus huius religio, Deo eam seruante, collapsura sit: nam, vt S. Clara dicere solebat, alti sunt muri, quos paupertas construit: huius, vti & muro humilitatis, sua ipsa circumdare se velle dicebat monasteria. Equidem certa sum, si quidem verè & prout oportet, ipsa obseruetur, & honestatem, & alia omnia securiora & magis

*Paupertas  
sem suis  
S. M. com-  
mundat.*

*custodita*

custodita fore, quàm per pretiosa & splendida ædificia. Hoc, quæso, caue-  
 re, quod etiam ex amore Dei & per pretiosum eius sanguinem, vos  
 obsecro; & si tutâ conscientia dicere possim, vellem equidem, vt, quo  
 die contra hoc peccabitur, eo ædificium omne corrueret, & ipsas omnes  
 opprimeret; imò bona & tuta conscientia id dico, & Deum, vt id fieri  
 permittat, precabor. Valde indecens est, charissimæ, vt de pecunia pau-  
 perum, splendida & capacia ædificia construuntur. Non sinat id obse-  
 cro, Deus, sed vt domus nostra omnimodis pauper & parua sit. Regi no-  
 stro aliqua saltem in re assimilatur, vt qui aliam non habuit domum,  
 quàm stabulum Bethlehemicum, in quo natus; & crucem, in qua mor-  
 tuus est. Erant autem hæ illius domus huiusmodi, vt in ijs profectò pa-  
 rum haberi posset recreationis. Porro qui amplas struunt domos, suas ad  
 hoc excusandum habebunt rationes; etenim alijs Sanctis intentionibus  
 ad hoc mouentur. Sed tredecim pauperculis fororculis angellus omnis  
 nimis quam satis capax est; si tamen (quod ob nimiam vestram clausu-  
 ram necessarium ex parte videtur) locus aliquis capaxior & patens vobis  
 concedatur (talis namque ad orationem & deuotionem exercendam  
 mirè conducit) nec non eremitoriola nonnulla, intra quæ vos interdum  
 orationis & recollectionis ergò, ab datis; equidem placè non abnuo: sed  
 vt celsas & splendidas domos & monasteria exstruatis, prorsus non per-  
 mitto, & Deus etiam auertat. Hoc autem semper vobis insculptum ma-  
 neat, in die iudicij (qui vtrum vicinus sit & propè, prorsus nescimus)  
 omnia collapsura & peritura; indecens autem tunc foret, tredecim pau-  
 percularum Monialium domum suo lapsa magnum strepitum & frago-  
 rem facere: veri namque pauperes magnum excitare strepitum non de-  
 bent, & sine vilo prorsus strepitu sint oportet, quò ceteros ad sibi com-  
 pariendum alliciant. Quantopere verò gaudebitis tum, cum aliquem,  
 ob impensam vobis eleemosynam, à damnatione inferni esse liberatum  
 videbitis: omnia namque possibile sunt. Vos etenim multis nominibus  
 obligatæ estis, ad incessanter & assiduò pro ipsis Deum rogandum, cum  
 illis vobis de victu prospiciant. Nam licet omnia à Domini manu veni-  
 ant, illi tamen nos gratas etiam esse vult, & gratias agere, per quòs illa  
 nobis subministrat. Et nullatenus hac in re negligentes nos esse oportet.  
 Nescio profectò, quidnam dicere initio cœperim; nam, Domino credo  
 volente, extra propositi mei limites abii, aliorum diuertens: neque enim  
 scribere de creueram ea quæ hic iam scripsi. Illius Maiestas sua nos  
 manu semper protegat ac defendat, ne ab eo quod dixi,  
 vnquam desectamus. Amen.

## CAPVT III.

PROSEQVITVR ID QVOD PRIMO CAPITE DICERE INCERPERAT, suasque monet, vt identidem Deum pro ijs orent qui pro Ecclesia incolumitate laborant, quo ipsis adesse & opitulari dignetur: & in exclamatione caput claudit.

**V**T ergo ad primarium finem, ob quem potissimum hac in domo nos Dominus congregauit, & ad quem etiam ego maximopere vellem vt aliquid essemus, quò Maieitati eius placere possimus, reuertar; dico, quando quidem videmus mala sæculi huius tam enormia esse, vt multæ humanæ vires ad hocce hæreticorum, quod ita passim glificit, incendium restinguendum satis sint, idem mihi factò opus videri, quod tempore belli fieri consuevit. Hostibus namque vniuersum prouinciæ alicuius agrum depredantibus, Princeps ipse iam in arcto positus, intra aliquam se arcem aut ciuitatem recipit, quam vndiquaque omni arte & præsidio communit: vnde illius præfidiarij subinde in hostiles copias eruptionem faciunt, &, quia hi soli plus possunt (vt pòte selecti omnes) quàm plurimi milites meticulosi possent, hinc sæpè contingit eos victoria potiri; aut, si fortè eam aliquando referant, saltem non succumbere. nam, quia nullus inter eos est proditor, hinc expuguari omnino nequeunt, nisi fortè fame; quæ tamen hoc in loco non potest esse tanta, vt eos sese hosti dedere cogat: ea quidem facere posset vt morerentur, nõ autem vt victi dicerentur. Quorsum autem ego hæc attuli? vt nempe intelligeretis, carissimæ, hoc nos incessanter à Deo petere debere, vt, quæ illius misericordia est, ex hac bonorum Christianorum arce, quæ hodie reperitur, nemo ad hostes transfugiar, duces verò arcis huius aut ciuitatis, concionatores, inquam, & Theologos, in via Domini animosos & quàm maximè strenuos efficere dignetur; quòd autem maxima illorum pars in monasterijs & Religionibus agat, has ipsas Religiones in sua perfectione & vocatione magnos facere profectus velit; quod sanè perquam necessarium est: etenim ea iam sunt tempora, vt (sicut dixi) non iam tam sæculare, quàm spirituale nos brachium defendat necesse sit. Quòd autè nos formiæ, nec in temporalibus, nec in spiritualibus Regem nostrum adiuuare possumus, tales saltem esse studeamus, vt preces nostræ; ad hosce Dei famulos, qui tanto seipsos labore tum per doctrinam, tum per bonam vitam communierunt, &, vt Domino hac in necessitate subsidio forent, omnimodis elaborarunt, adiuuandos conuenientes & idoneæ reperiantur.

Petetis ex me fortasse, cur hancce ego rem tanti faciam & æstimem,

& iu-

*Operarijs  
Ecclesie  
precibus  
amandi  
sunt.*

& iuuari à nobis velim eos, qui nobis meliores sunt? Respondeo: quòd scilicet nondum vos satis intelligere credam, quàm multum Domino debeatis, quòd ad hanc vos domum conduxerit, in qua ab omnibus negotijs, occasionibus & rerum sæcularium impedimentis ita sequestratè viuistis. Est autem hoc singulare quoddam beneficium, quo nec fruuntur, nec frui par est eos, de quibus hic loquor, & hoc præsertim tẽpore magis quàm alio. illi enim esse debent qui infirmos corroborent, & pusillos animos addant. Quid quæso esse milites, si ducibus carerent? Illi cum hominibus conuersari, in aulis principum agere, quin etiam illis se interdum quoad exteriora conformare debent. putatisne, carissimæ, paruum quid esse in mundo conuersari, in mundo viuere, mundana negotia tractare, mundanæ se conuersationi ac moribus (vti dixi) cõformare, interius tamen mundum repudiare, ab eo alienos & eius inimicos esse, in eoq; tamquam in loco exilij viuere; deniq; nõ velut homines, sed Angelos esse? si enim tales non essent, aut aliter agerent, Ducum nomine digni non essent; nec permittrat Dominus, eos cella sua egredi; plus enim oberunt quàm proderunt. Non enim iam tempus est, vt imperfectiones notentur in ijs, quorum est alios instituire & docere: qui si interius ea cognitione corroborati non sint, vt norint quanti referat omnia sub pedibus proculcare, & suam à rebus caducis animum penitus auulsum habere, & ad æternas aspirare; quantumuis suas ipsi imperfectiones celare vellent & occulere, semper tamen aliquod signum dabunt, è quo illas cognoscere liceat. Nam an non cum mundo & mundanis hominibus illis agendum est? norint itaque illos nihil ne vel minimũ quidẽ sibi condonaturus, & nullã suarũ imperfectionũ ipsis non notã fore. Multa quidẽ bona, inobseruata præteribunt, nec ad ea semel oculos reflectent, ac forsitan ea ne vt talia quidem habebunt; at malũ & imperfectũ quid, certũ est illos inobseruatum non præterituros. Vnde iam miror, ecquisnã ipsis profectiõẽ indicet & doceat, nõ quidẽ vt eam ipsi obseruent & colant (nam ad hanc sese nullatenus obligari putant; satis se facere rati, si vel vtrumque præcepta seruent) sed dumtaxat vt alios contemnant & iudicent; imò subinde quod virtus est, esse putant sensualitatem & mollietiem. Quocirca credatis velim, non paruo, sed sanè maximo, ad hoc quòd illi suscipiunt certamen, opus esse subsidio. Vt ergo duo illa quæ dicam, à Deo imperremus, rogo vos, tales esse studeatis, vt his obtinendis dignæ inueniamur. Quorum primum est, vt inter tantos multos doctos & religiosos viros qui hodie viuunt, multos reperire sit, qui necessaria ad id quòd dixi & dotes habeant; eos autè qui non satis ad hoc ipsum apti vel dispositi sunt, Dñs disponere dignetur: vnus quippe perfectus plus hac in re efficiet, quàm imperfecti multi. Alterũ est, vt post-

*Mundani  
vitorum  
sanctorum  
imperfe-  
ctiones a-  
cusè obser-  
uant.*

quam in certamine (quod, ut dixi, non sanè exiguum est) & in acie constituti fuerint, sua eos Dominus manu protegere & tueri dignetur, ut & magna illa quæ in mundo sunt pericula, queant euadere, & aduersus illicem Sirenum cantum, in parum tuto hoc mari, aures obturare. Qua quidem in re siquid à Deo obtinere possimus, non segniter, esto hic reclusæ, pro illo depugnemus; atque ita fiet, ut omnem quem hoc in angello construendo laborem subij, optimè me putem impendisse, in quo, etiam scopus & propositum meum fuit, ut hæc B. Virginis, Domine & Imperatricis nostræ, regula eadem in perfectione, quâ primum inducitur, obseruaretur. Nolite verò existimare, inutilem vos operam sumere, dum identidem & assiduè hoc ipsum à Deo petitis: reperire enim non paucos est, quibus graue sit non posse multum pro sua ipsorum anima Deum rogare. At quænam oratio hac melior est? An forsitan graue vobis est, quòd hac oratione nihil de pœna vobis in purgatorio debita minuatur? certa estote, per æquissimam & conuenientissimam hanc orationem promerituras vos, ut hæc alleuietur ac minuatur. De cetero, quod ad yltiorem eius remissionem deerit, desit in nomine Domini. Quid enim refert, me etiam ad vsque diem iudicij in purgatorio detineri, si vel vna dumtaxat animæ per orationem meam salutis compos reddi queat? quanto verò magis, cum de tot animarum còmodo ac bono, atq; honore Dei Opt. Max. agatur? Tormenta qua semel finem habent parui facite, cum maius aliquod illi præstare obsequium licebit, qui tam multa pro nobis passus est. Semper videte, & respicite ad id, quod maioris sit perfectionis, nam quod quàm studiosissimè à vobis petere volo, & cuius etiam deinde rationes adferam, est, ut semper cum viris litteratis & doctis agere studeatis. Per amorem ergo Dei vos obsecro, maiestati eius ut supplicetis, ut hæc in re preces nostras exaudiat. Equidem, quantumuis miserabilis, hoc ipsum Maiestatem eius identidem rogo, cum & in illius gloriam, & Ecclesiæ ipsius utilitatem cedat. Hic enim votorum & desideriorum meorum scopus est. Præsumptuosum autem videtur, cogitare, aliquid me ad hoc impetrandum posse aut valere. sed fiduciam habeo, Domine, in hisce ancillis tuis quæ hic sunt; quas aliud non cupere, non spectare scio, quàm tibi complacere: propter te deseruere modicum illud quod habebant, & plura certè habere voluissent, ad tibi seruiendum. Scio autem, Creator mi, non esse te ingratus, ut te postulata ipsarum adimplere neglecturum putè, neq; enim vniquã Domine, dū in terra viuebas, mulierum preces & postulationes reieicisti, sed semper iis te magna cū pietate seruentem ac benignum exhibuisti: si quando honores redditus, aut pecuniã, aut quid aliud mundum redolens, à te nos petere contingeret, ne exaudias nos; sed cur, propter filij tui honorè, pater æternè,

*Pro opera  
vix Eccle-  
siassestici-  
dentidam  
orandam.*

*Hæc oratio  
quæ oran-  
si visis*

*Oratio ad  
Deum pa-  
trem.*

non exaudies eum, qui & honorē & vitam millic pro te exponere paratus eſſet: non noſtra cauſa, Domine (neq; enim id promeremur) ſed propter filij tui ſanguinem & merita. Conſidera, ō pater æternæ, huiuſmodi flagra, illuſiones, & grauiffima qua pertulit tormenta, obliuioni tradēda & negligendā nō eſſe. Quomodo ergo, mi Creator, tā charitatiua viſcera atq; tua ſunt, ferre queant, vt, quod tā ardentē à filij tuo amore, & ad magiſtibi placendum (iufferas enim ei, vt nos diligeret) inſtitutū eſt, ita vilipendatur & ludibrio habeatur, ac quidem hæretici hi ſanctiſſimum Euchariftiæ Sacramentum hodie vilipendunt, vt potē cui, dum templa demoluntur & deſtruunt, ſua habitacula eripiunt. Bene quidem, ſi quid ipſe ad tibi complacēdum, vnquam prætermiſiſſet, ſed iam omnia quā conſummatiſſimē adimpleuit. An non, dilectiſſime pater, ſatis erat, quōd, dum viueret, non habuerit vbi caput ſuum reclinaret, & quōd ſemper continuō grauiffimis in laboribus egerit, niſi etiam ei ſua, quæ ad amicos ſuos inuitandos & excipiendos (quod inſirmos nos videat, & eos qui laborem ſuſcipere debent, huiuſmodi cibo ſuſtentrari debere norit) in terra haber habitacula, iam eripiantur? An non pluſquam ſatis ac ſufficiētiſſimē pro Adami peccato ſatiſfecit? An, quotieſcunq; in nouum aliquod crimen incidimus, ſuauiſſimus hic Agnus luat & exſoluat oportebit? Ne permittas id, obſecro, clementiſſime Imperator: at tua ſe Maieſtas placari ac repropriari ſinat: ne reſpicias, quaſo, peccata noſtra; ſed nos ſanctiſſimum filium tuum, qui nos redemit, & tum in illius, tum glorioſiſſimæ Matris eius, atque tot Sanctorum ac Martyrum, quomodo pro nomine tuo mortem non dubitarunt oppetere, merita oculos conijce. Sed hem! quænam obſecro, ego ſum Domine, quæ te hīc nomine omnium auſa fuerim deprecari & compellare? Quam, ō cariſſimæ, ineptam & balbutientem aduocatam habetis, vt me mediatrice exaudiamini, & quæ hanc nomine veſtro orationem depromat! Quid, ſi ſupremum hunc Indicem, vbi hanc meam audaciam viderit, magis irriter, & ad indignandum prouocem? nec immeritō. Sed memento, obſecro, Domine, eſſe te iam Deum miſericordiæ & miſerationum: hanc quaſo in me miſeram peccatriculam, & vermiculum, quæ tam audacter tecum agam, oſtende. Reſpice, amantiſſime Deus, deſideria & lachrymas meas, quibus hanc ego rem à te depoſco: ne memineris, quaſo, operum meorum, pro eo quies, ſed tot animarum pereuntium te tangat compaſſio; Eccleſiam tuam propitius reſpice, nec vlla poſthac amplius mala dānaue, Domine, ſuper orbē Chriſtianū veniant, deniq; tenebras hæſce quā citiſſimē illumina. Per amorem Dei, vos obſecro, cariſſimæ, vt hanc pauperulam & audaculam ſororulam diuinę eius Maieſtati cōmēderis, eumq; rogetis, vt mihi hu-

militatem largiri dignetur. & hoc si feceritis, facietis quod facere tenemini. Pro Regibus ac Prælatiſ Eccleſiaſticis, ac ſpecialim pro Epifcopo urbis huius, vt oreris, ſingulariter hic vobis non præcipio; omnes enim quotquot modò hîc eſtis, ita in hac re diligentes video, vt id mihi iâ vobis iniungere, opus eſſe non videatur. Sed veniant huc poſt vos, quæcunque volent, quamdiu ſanctum aliquem Prælatum habebunt, ſanctæ etiam ſubditæ illius erunt. Quam rem, tanti vt pote momenti, Domino identidem per preces commendabitis: & ſi orationes, deſideria, diſciplinæ, & ieiunia ad eum quem dixi ſcopum non dirigatis, certæ eſtote & cogitate, non facere vos, nec adimplere ſiæm, ad quem hoc in loco vos Dominus coadunauit.

## CAPVT IV.

REGVLARVM OBSERVANTIA INCVLCAVR, ET ALIA TRIA  
ad vitam ſpiritualem in primis facientia, proponuntur.

*Regularii  
obſeruan-  
tia, quam  
ſe vitæ.*

Intellexiſtis iam, chariſſimæ, quàm magna ſit expeditio, quam molimur: quales ergo erimus, ne coram Dei & mundi oculis temerariæ & audaciæ nimis eſſe videamur? Certum id eſt, ſtrenuè nos & multum laborare debere: ad quod maximè conducit, ſublimes quaſdam cogitationes & conceptus habere, vt ſic operam demus, vt & opera ſublimia eſſe queant. Si ergo omni quo poſſumus ſtudio & contentione Regulam ac Conſtitutiones noſtras, perfectè integreque ſeruare ſatagamus, ſpero in Domino, fore vt noſtras ipſe preces exaudiat. Non enim nouum & inauditum quid à vobis exigo, cariſſimæ; ſed tantum vt profeſſionem quam fecimus, ſedulo exequamur, cum & hæc noſtra ſit vocatio, & voto ad hoc noſ ipſas obſtrinxerimus; quanquam magna ſit inter vnã obſeruantiam & aliam differentia. Prima noſtra regula iubet, vt ſine intermiſſione oremus. Hoc ergo quã fieri poteſt maxima diligentia & ſtudio facere oportet: permagni quippe id refert. Obſeruentur ad hæc ieiunia, diſciplinæ, & ſilentia, quæ ex ordinis præſcripto iubentur. Noſtis enim, orationem, vt vera ſit, hiſce adminiculis adiuuari debere: delicia enim & oratio ſeſe inuicem non compatiuntur. De oratione porro aliquid me ſcribere voluiſtis; quæ verò hætenus dicta ſunt, rogo vos, vt in premiis eorum, quæ adhuc dicã, adimplere omnimodis ſtudeatis, & sæpè quàm libentiſſimè legatis.

Verùm antequam de interiori, de oratione, inquam, loquar, nonnulla hic tractare mihi viſum eſt, quæ per viam orationis incedere volentibus in primis neceſſaria ſunt; & ita quidem neceſſaria, vt, eſto per ſe non admodum contemplatiui ſint, horum tamen ope & ſubſidio per-  
magnum



magnum sint in via Domini progressum facturi; at illis si careant, planè fieri nequit, vt valdè contemplariui sint; & si se tales esse putent, gratissimè errant. Gratiam ad hoc Dominus suam mihi elargiri, & quæ mihi dicenda sunt, declarare dignetur, vt id in gloriam & laudem ipsius tendat, Amen.

Nolite existimare, carissimæ, & sorores meæ, multa me vobis præcepta præscripturam: faxit enim Deus vt adimplere possimus illa quæ sancti nostri Patriarchæ & statuerunt, & re ipsa adimplerunt: hac siquidem via hoc ipsi sibi nomen comparauerunt: & sanè non medioeris error foret, aliã quærere, aut ab alio velle discere. Tria dumtaxat hîc diductiùs declarabo, quæ etiã in ipsis Constitutionibus nostris comprehensa sunt: etenim permultum nostra refert scire, quãtopere illa seruare nos necesse sit, quò pacem tantopere à Domino nobis commendatã, tam internè, quàm externè consequamur. Primum est mutua inter nos caritas: Alterum, plenaria omnium quæ creata sunt abnegatio: Tertium denique, sincera & vera humilitas, quam licet vltimo ponam loco, valdè tamen eximia est, & cetera omnia in se complectitur.

Primum scilicet, vt inuicem singulari amore prosequamini, permagni momenti est: nihil enim est, quantumuis tædiosum & molestum, quod non quàm facillimo negotio, feratur ab ijs qui inuicem diligunt; & valdè durum & asperum esse deberet, antequam eos ad iracundiam prouocaret: Et si hoc præceptum, prout oportet, in mundo obseruaretur, crediderim, ipsum in primis conducturum vt reliqua omnia præcepta obseruariëtur; sed quia vel nimis multum, vel nimis parum diligimus, hinc est, quòd ipsum nunquam perfectè obseruamus. Videtur quidem, quòd excedens & nimis multum est, nullum inter nos damnum adferre posse, tantum tamen damni & imperfectionis secum trahit, vt neminem id credere mihi persuadeam, nisi qui suis id oculis perspexerit. Hic nãque diabolus intricatissimas excitat tricas, quæ in conscientia eorum, qui non nisi rudè quodam modo Deo placere & seruire student, parum aut vix sentiuntur, ad eò vt hoc etiam virtutem esse putent; at qui perfectioni comparandæ intendunt, id optimè intelligunt. Hoc namq; voluntati suum paulatim robur eripit, ne illa se Deo amando totam impendat. Et in feminis id magis locum habere existimo, quàm in viris: communitati verò quàm euidentissima damna creat. Hinc enim fit, vt se mutuo omnes æqualiter non diligant, sed particulares cum hac vel illa amicitias ineant, indeque fit, vt, si qua amatè irrogetur iniuria, amans eam quodam modo sentiat; delictosi adhæc aliquid sibi desideret, vt id in amicam conferat; tempus denique capter ad cum ea colloquendum, idque sæpiùs magis ad illi indicandum quãto in ipsam amore feratur, & alias id genus

*Caritatis  
mutua cõ-  
mendatio.*

*Particula-  
res amicitias in monasterijs  
noxia sunt.*

nugas, quàm quantopere Deum ipsum diligit. Rarò enim huiuscemodi arctæ amicitia: aut familiaritates, eò tendunt, vt vna alteram magis in Dei amore promoueat; imò verò idcirco eas à dæmone induci credo, vt schismata & factiones in Religionibus excitet. Cùm enim ea ad diuinæ illius Maiestatis obsequia diriguntur, quamprimum id apparet: tunc enim nullâ agitur voluntas passione, sed media & consilia inquirunt ad alias passiones expugnandas. Et id genus amicitias multas videre velim, vbi Conuentus multas alunt personas: sed in hac domo, in qua plures quàm tredecim non sunt, nec plures esse par est, inuicem omnes amicæ esse, inuicè diligere, amare se mutuo omnes, & altera alteri opitulari debent. Per amorem itaq; Dei vos rogo, à singularitatibus hisce, quantumuis ex sancta sint, abstinete: cum etiam inter fratres venenum hoc reperire sit, & nullum omnino in eo commodum video; si verò cõsanguinei inuicem sint, longè etiam deterius est, atque adeò pestis terribilissima est. Et mihi credite, carissimæ, etsi hoc vobis extremum quid esse videatur, magna tamen in eo sita est perfectio, & summa pax, & plurimæ peccandi occasiones per hoc auferuntur iis quæ parum firmæ sunt. Itaque si voluntas magis in hanc, quàm illam propendat (neque enim aliud expectandum est, nam est hoc naturale; quin imò sæpè nos ad id quod deterius est, si modò pluribus naturalibus donis sit ornatum, diligendum impellit,) nostrum est acriter ei resistere, & nullatenus permittere, vt hæc nobis affectio dominetur. Sed amemus virtutes, & bonum internum, & semper omni qua possimus cura & studio caueamus, ne externum hoc aliquo in pretio habeamus. Non patiamur, carissimæ, vt voluntas nostra alicuius sit mancipium, nisi illius duntaxat, qui illam pretioso sanguine suo sibi coëmit: alioquin (mihi credatis velim) ita vos illigatas vincetasque comperietis (nescientes tamen vnde hoc contingat) vt quòd vos vertatis, aut expediatis, planè ignoraturæ sitis. Quæ autem hinc, Deus bone, proueniunt ineptiæ ac nugæ pueriles, innumeræ sint: sed, ne tam multæ mulierum infirmitates passim omnibus innotescant, & illas non addiscant quæ eas ignorant, hinc ab illis singillatim recensendis hic supersedeo. Sed, vt verum fatear, subinde, dum eas video, obstupesco: nam quod ad me, quæ Dei bonitas & gratia est in hac parte, numquam particulari erga aliquè affectu inclinavi. Sed, vt dixi, sæpè id vidi & obseruari; & vere orne in plerisque monasterijs ita contingat, nã in nõnullis id ipsa vidi. Et in omnibus quidè illis viuētibus id quæ maxime noxiū esse, scio, quo minus ad summam pietatem & perfectionem perueniant; at in Superioribus (vt per se patet) pestilentissimum esset. Sed ad hæc factiones & partialitates recidendas, magna iam inde ab initio, cum primò amicitia hæc contrahitur, opus est diligen-

*Amicitia ad Deo seruandum initarum signa.*

*Particularis amicitia etiam inter fratres venenum sunt.*

*Nulli, nisi Deo voluntas subiicienda.*

Diligentia ac sollicitudine, idq; magis per industriam & amorem, quam per seueritatem faciendum est. Mire autem ad hoc malum tollendum, cōducit, quod Moniales simul in vno loco non sūt, nisi statis horis, aut inuicem non loquantur, pro consuetudine quam nunc quidem obseruamus; quæ est, quod simul vno in loco non agamus, sed in sua quæque cella, prout regula præscribit. Caueatur itaq; in S. Iosephi domo, ne quod communi ergasterium instituat: nã esto laudabili quadã consuetudine ipsum in monasterijs multis habeatur; facilius tamen silentium seruetur, cum vna quæque separatim in cella agit. Quin etiam ad orationem maxime conducit solitudo assuescere: cumq; hoc domus huius esse debeat fundamentum, & ad hunc finem magis, quam ad vllum alium, hic congregata simus, hinc operam demus necesse est, vt erga id quod huc maxime conducit, affici incipiamus.

*Particularium affectionum tollendarum ratio.*

*Solitudo ad orationem inuans.*

Vt autem ad id quod dicere ceperam, mutuam inquam in nos dilectionem, reuertar, extra propositum futurum mihi videtur, pluribus ad eam verbis vos cohortari. Quod enim genus hominum ita barbarum ac brutum sit, qui, cum semper inter se conuersentur, & in eodem consortio identidem agant, nec aliam sibi cum externis illis conuersationem nec alia consortia, aur recreationes esse noriunt expectandas, ac Deum à se & se rursus à Deo, diligere credant, (quoniam omnia propter illum reliquerunt,) qui inquam ad amandum inuicem non accenderentur: præsertim cum virtutis ea sit natura, vt, quo ab hominibus diligatur, vltro semper inuitet & prouocet: hanc porro ego per Dei gratiam, semper hac in domo cōfido inueniendam; adeo vt (prout mihi quidem videtur) non multis ad hoc vobis commendandum, opus sit verbis. Sed iam hoc loco non nihil dicere & declarare vellem (prout quidem ingenij mei stupor id permitret) quomodo mutua hæc nostra dilectio procedere debeat & quid sit virtuosus ille amor, quem inter nos vigere cupio, & quibus è signis collecturæ simus, an principem & maximam hanc virtutem (verè inquam maximã, cū eã Saluator noster Christus nobis tantopere, & Apostolis suis tantã instantèr commendauerit) habeamus. Quæ si æquè perfectè & singillatim aliis in libris declarata inueniatis, nihil eorum quæ ego hic dico legitè vel admittite, quia forrasse nescio quid dicam.

De duplici porro amore hic loquor: vnus totus & merè spiritualis est quod nullo omnino (vt quidè apparet) ei permista sit sensualitas, aut naturæ nostræ teneritudo, saltè talis quæ illius puritatè aliquatenus auferat. Alter, spiritualis quidem est, sed simul aliquid sensualitatis & imbecillitatis permixtū habet; & est hic amor bonus, & licitus videtur, qualis est is qui inter cognatos & amicos reperitur. Quia de hoc iã antè aliquid locuta

*Amor duplex est spiritualis totus & alter sensualitate mixtus.*

sum hinc in præfens agere volo de altero illo, qui ita spiritualis est, ut nulla omnino intercurret passio; quia si illa hic locum habeat, omnis illius ordinatio inordinata fit, & penitus turbatur. At, si cum moderazione & discretione hunc quæ dico amorē exerceamus, quid quid in eo est, meritorium est: nam quod nobis esse videtur sensualitas, in virtutem commutatur; quamquam hæc ipsa ita subtiliter aliquando ei immista & intenta est, ut vix agnosci & percipi à quopiam possit; præsertim si amor hic erga aliquem Confessarium sit. Quando enim illi qui orationi addicti sunt, illum bonæ esse vitæ, & suum agendi procedendique modum ab ipso intelligi vident, magnum quendam erga eum amorem concipiunt. Atque hic est, ubi dæmon per scrupulorū iniectionem durum certamen mouet, quo animæ quietem plurimum interturbat: hoc si quidem ipse spectat; ac præsertim cum eam Confessarius ad maiorem ducere perfectionem satagit, tunc vsque ad eam affligit & vexat, ut ipsa eum tandem deserat, & nec huic, nec illi ipsam adhærere sinat. Quod autem hac in re facere potestis, hoc est, ut scilicet sollicitè procuretis, cogitationem vestram anxia hac inquisitione, diligatissime, nec ne, non occupare aut turbare: sed, si diligatis, diligite. Si enim ad illum amandum excitemur, qui corpori nostro benefacit, cur non diligamus eum, qui ad animæ nostræ benefaciendum semper excubat & allaborat? Imò verò, velut insigne progressus magni faciendi principium duco, Confessarium amore prosequi, si sanctus is & spiritualis sit, & cum illum strenuè allaborantem & vigilantem video, ut animam meam in via spiritus promoueat; ea namque nostra est imbecillitas, ut hoc subinde nos magnopere iuuat, ad magna quædam ad Dei honorem & obsequium spectantia peragenda. At si Confessarius talis non sit, qualem eum esse debere iam dixi, res periculo non vacat; & fieri potest, ut non parum noceat, si is se diligi intelligat, & quidem magis in monasterijs arctissimè reclusis, quam in alijs: sed, quoniam difficillimè cognoscere poterimus, quisnam inter eos ea bonitate sit, hinc magna ad hoc opus est diligentia & prudentia. Hic proinde longe quidem consultius foret, nos ita gerere, ut is se à nobis diligi non percipiat, & hæc ei non aperire; verum ita hic animam diabolus affligit & angustiat, ut ne hoc quidem ei permittat: putabit enim nihil sibi aliud ei esse confitendum, quam hoc vnum, quin etiam ad hoc ipsum confitendum se obligari. Quare vellem sibi huiusmodi persuaderent, hoc nihil esse, quin adeo cōtemnerent. Hoc ergo monitum notent & obseruent: nimirum, si omnia Confessarij verba & colloquia ad animarum suarum bonum promotionemq; tendere videant, nullaq; signa in eo vanitatis aduertant (hoc nãq; statim percipient omnes, nisi quæ sponte & scienter stolidæ esse vult; sed eum timoratum esse notent; ob nullam, occasione affectus huius, incl-

*Spiritualis  
amor quis  
sit & dis-  
cretio asse-  
ciandi.*

*Amor erga  
confessariū  
qualis esse  
debeat.*

*Periculo-  
sum est, con-  
fessarium  
parum per-  
fectum nosse  
se diligi.*

dentem tentationem sese crucient aut turbentur, sed eandem contemnant, & procul à se rejiciant. Vbi enim diabolus, iam defatigatus, incassum se coniti & laborare videbit, à tentando desistet. At si Confessarium ad aliquam vanitatem tendere videant, suspecta ipsis sint omnia, nullaque cum eo, tametsi de rebus sanctis, misceant colloquia, sed paucis verbis cōfiteantur, & statim recedāt. Omnium verò cōsultissimū foret, Prepositū indicare, nō bene animæ suæ cū isthoc Confessario esse, atque aliū Confess. deligere. hoc p̄ditro securissimū & tutissimū est, si modò sine aliquo honoris ipsius detrimento fieri possit. Hoc aut in casu & alijs ei similibus, in quibus magnarum molestiarum & malorum pedicas homini neçtere diabolus possit, & in quibus quid factū opus sit, non satis constat, longè optimum fuerit, cum aliquo erudito viro satagere conferre (ad hoc enim, si quando opus est, facultas & libertas apud nos cuius datur) nec non ei confiteri, ac quicquid ipse hoc in genere præscribet, facere. Nisi enim aliquod remedium daretur & concederetur, grauissimis erroribus ianua panderetur. Quàm multi enim in mundo errores committuntur, quòd in rebus agendis sine consilio procedatur, præsertim cum de damno alicui inferendo res est? Nullatenus ergo omittere debemus, consilium & remedium aliquod hac in resuggerere; etenim cum hac nos via diabolus adoriri incipit, magna haud dubiè inde mala consequentur, nisi quàm celerrimè filū hoc præcidatur. Quapropter, q̄ de alio confessario deligendo dixi, longè optimum videtur, si modò vlla ad hoc faciendum sit commoditas, quam cum Dei gratia minime defuturam spero; deinde vt summopere curent, vt cum eo quem suspectū habent, omnino non colloquantur & conferant, etiam si eas propterea mortē oporteret pati. Norint enim oportet, multū hinc pendere: est quippe res periculosissima & communis omnium infernus & pernicies. Vnde suadeo, nullatenus vt expectent, quoad usq̄, magnum aliquod malum iam aduertent; sed omnibus quæ inuenient, & quibus tanta conscientia vt se posse intelligent, medijs ipsum iam tum in initio abrumperè studeant. At enim spero Dominum non permissurum, vt illæ, quibus propositum est semper orationi intendere, vllū alium amare possint, quàm qui in lignis & feruens Dei seruus est. Hoc autem certissimum est. Aliter si faciant, euidēs est, ipsas nec orationem, nec perfectionē prout quidem illa hac in domo intenditur, adepturas; si enim videant illum se lingua sua loquentes non intelligere, nec colloquiis de rebus pijs ac diuinis delectari, illum amare non poterunt, vt pote sibi prorsus dissimilem ac dissonantem. At si talis fuerit eò, quod paucas hic reperiet occasiones, aut valdè simplex & expertus erit, aut nullam sibi Deū ancillis molestiam

*Quorū confessariorū conuersatio sit noxia.*

*In rebus difficilibus cū viro litterato cōmunicandum.*

*Remedia aduersus illam conuersationē suggeruntur.*

*Nulli aliquid offensio- nis ausa dāda.*

*Quando tutum sit confessariarum relinquere*

*Pericula à confessarijs.*

exhibere völet. Quod autem hac de re agere cœperim, est hoc (vt quidem dixi) aut totale, aut saltem maximum, quod monasterijs reclusis inferre diabolus potest, damnatum quodque nimis quam sero agnoscitur. Itaque fiet, vt perfectio paulatim pessum sititura, & tamen nesciatur quo pacto & inde: si enim Confessarius vanitati (vtpote ei obnoxius) dare locum, & eam inducere voluerit, omnia parui pender, etiam in alijs personis; Deus per infinitam misericordiam suam, ab huiusmodi nos rebus tueatur. Hoc namque satis est ad omnes Moniales improbandas, cum conscientia ipsarum aliter ipsis faciendum dicent, quam Confessarius ipsis indicet. & si vnum & solum dumtaxat Confessarium habere cogantur, quò se veritãt nesciunt, aut quomodo, pulsus molestijs ad quietem sint peruenturæ: quia ille damnatum ijs infert, cuius erat ipsum tollere, & præuenire. Multas id genus difficultates & molestias in nonnullis locis occurrere credo; quorum me miseret, & quare nolite mirari, si tanto vos impendio huius periculi commonere satagam.

## CAPVT V.

COEPTVM DE CONFESSARIIS, SERMONEM PROSEQUITUR, & exponit, quanti eos doctos esse referat.

*Periculum quod sit quando superior & Confessarius bene inter se conueniunt.*

*Plures Confessarij, monialibus permittendi.*

**N**ON finat, obsecro, per misericordiam suam Deus, vt aliqua de domo hac monialis in eam quam dixi molestiam incidat, ita vt, & quoad animam, & quoad corpus, angustiatam se inueniat, quod fiet si Præposita & Confessarius bene inter se conueniant, ita vt nec hæc de illa, nec illi de ipso quid Moniales indicare audeant. Vnde continget ipsas tentari, ad etiam grauissima peccata inter confitendum subticenda, quòd vereantur ne aliquam sibi inquietem accersant. Quantum, Deus bone, damni inimicus hic inferre potest? & quam ipsis caro mala hac restrictio & honor constat. Religionem & monasterij sui honorem permultum se promouere putant, quòd vnum dumtaxat Confessarium habeat & vtantur, interim tamen diabolus hac viã animas inescare & capere satagit, cum aliã id facere nequeat. Si enim afflictæ sorores alium Confessarium petant, mox omnis ipsis Religionis obseruantia ac disciplina penitus pessum ire videtur; aut si alterius is Ordinis sit, tamen si singularis vir sanctitatis, magnam se vniuerso Ordini, quòd vel dumtaxat cum illo subinde conferatur, infamiam & probum inferre credunt, singulares Deo gratias agite filia, & eum ob libertatem qua iam frui mini, laudate, quæ esto se ad permultos assumendos Confessarios non extendat, cum aliquibus tamen, præterquam ordinarijs Confessarijs, vobis

vobis agere & cōferre concessum est, vt in omnibus vos illuminare & instructuere possint. Et hanc ipsam sanctam libertatē, semper vt procuret, & ab Episcopo aut Prouinciali instanter perat, quæcumque futura Superior est, per amorem Dei rogo, vt scilicet præter ordinarios Confessarios, interdum tam ipsi, quàm alijs omnibus, cum alijs viris doctis conferre & agere, intimumque animæ suæ sinum ijs aperire liceat, præsertim si Confessarij eruditi non sint, quantumuis boni & sancti sint. Non permittat Deus, vt in omnibus dirigi seipsæ patiantur ab aliquo qui doctus non sit, quemcumque demum habere spiritum videatur, vel de facto etiam habeat. Doctrina & eruditio permagni sunt ad orationem lucem dandam momenti; & erunt fortasse nonnulli, in quibus vtramque hanc dotem inuenire sit; & quo maiorem vobis in oratione gratiam Dominus elargietur, eo opera & oratio vestra firmitus habere fundamentum & magis solida esse debent. Hoc saltem scitis, primum huius fabricæ lapidem bonam esse debere conscientiam, & omnibus vos viribus conuicti oportere, vt puram, etiam à venialibus, habeatis conscientiam, & semper, quod perfectissimum est, sectemini. Omnes Confessarios isthoc scire, putabunt vulgò; sed grauitè errant. Contigit quippe, me cum aliquo qui vniuersum Theologiæ cursum absoluerat, de rebus ad conscientiam spectantibus agere; qui per ea quæ mihi dicebat, vtpote quæ valde parui momenti erant, non parum mihi nocuit; scio autem, illum ex industria decipere me noluisse; & vt deciperet, nulla eum mouebat occasio. Sed quid? melius non sciebat. Ipsum, deinde etiam, cum alijs duobus aut tribus mihi accidit. In hoc verò omne nostrum bonum situm est, vt veram lucem habeamus ad Dei legem quàm perfectissimè obseruandam. Illius basi optimè superstruitur oratio; & sine forti ac solido hoc fundamento, omnis superstructio collabatur. Ad eò vt cum viris, & spiritu Dei & doctrina donatis, eos agere necesse sit. si quidem fieri non possit, vt Confessarius vtramque hanc dotem habeat, procurete, vt saltem subinde per annum alteri liceat confiteri, & si fortè vetemini alijs quàm ordinario confiteri, illis quales dixi, etiam extra confessionem, animæ statum aperire, & de rebus ad eam pertinentibus agere procurete. Plura etiam dicere audeo, scilicet, tamen omnes omnino. Confessarius dotes haberet, nihilominus id quod dico, subinde usurpati & locum habere debere. fieri quippe possit, eum errare; vnde consultum est præcauere, ne per vnum eum vniuersæ in errorem trahantur; semper tamen ad obedientiam respectus habeatur, nequid in ipsam peccetur. nam nullum est malum, quin aliquod aduersus id sit remedium: & vel anima vna digna est, vt illius bono & incolu-

*Docti viri  
conscientia  
dirigenda per  
uile sunt.*

*Perfecta ad-  
uine legis  
obseruantia  
orationis est  
fundamē-  
tum.*

*Quando alijs  
Confessarijs  
veritas  
est confiteri  
quàm orati-  
onario, cum  
alijs eorum  
confessione  
communi-  
cetur.*

mitati

mitati omninodis prospiciatur, quantò verò magis multarum animarum.

Quidquid hic dixi, ad Præpositam spectat, vnde eam iterum atque iterum rogo, vt, cum multa alia in hac domo, quam animæ, consolatio quæratur, huius quoad hoc consolationem procuret: varias namque Dominus habet vias, quibus animas conducatur, & vnus Confessarius non nouit vniuersas. Hoc porro vobis promitto, nunquam viros spirituales defuturos, qui libenter vobiscum agere, & animas vestras consolari volent, dummodo sitis quales esse debetis, esto sitis pauperes. Qui enim corpora vestra sustentat, etiam aliquos excitabit, quibus desiderium inspirat ad animabus vestris lumen aliquod quam libentissimè instillandum, & hoc (quod maximè vereor) malum auertendum. Et si fortè contingeret, diabolus Confessarium per falsa aliqua dogmata decipere tentare, vbi tamen is videbit, etiam alios vobis Confessarios suppetere, sibi cauebit, & in omnibus quæ factururus est, longè erit circumspectior. Hac ergo ianuâ diabolo præclusâ, nullam aliam, qua ingrediatur, in hac domo illi futurâ in Domino confido. Quocirca, ex amore Dei, Episcopum vel superiorem quemcumque futurum rogo, hanc vt Monialibus libertatem indulgeat, vt, cum viri fuerint, qui doctrina & virtute dotati erunt (hoc namque tantillo in oppido, quale hoc ipsum est, facile intelligitur) ipsas non impediatur aut prohibeat, quo minus his subinde confitentur, esto alios ordinarios Confessarios habeant. Ad multa enim id expediens esse scio, & quod inde promanare damnum potest, nullius prorsus momenti esse, vt cum summo illo, occulto quæ, omnia quæ pene remedia longè superant malo, quod in alia illa re situm est, nequâquam posse comparari. Hoc quippe Monasterijs proprium est, vt ipsorum bonum, nisi summa cura & sollicitudine foueatur & alatur, quam citissimè intercidat; malum e contra, cum semel locum ceperit, non nisi summa eam difficultate tollatur, & quæ in rebus vitiosis & imperfectioribus semel introducta est consuetudo, statim in naturalem quodammodo agendi morem & habitum transeat.

Quidquid hic dixi, re ipsa vidi & intellexi, & cum doctis sanctisque viris contuli, qui satis perplexerunt, ecquid huic domo potissimum congrueret, vt ipsius perfectio promoueri & ad augeri posset. Inter omnia autem pericula (nam in rebus, quamdiu hic viuimus, ea occurrunt) illud esse minimum comperimus, nullam scilicet, vicariû vniquam constitui, qui liberam exeundi, intrandi ac iubendi quidlibet facultatè habeat, non etiam Confessarium, qui hanc libertatem habeat, sed vt hi dûtaxat clausuram, & honestatem domus, & profectum tam internum quam externum cordi & curæ habeant, quò Prælatum, si quando hac in re aliquis defectus erit, commonefaciant. at ipsimet, Superiores esse, & præesse non debent.



debent. Atq; hoc est, quod iam hac in domo seruatur; idque non meo v-  
nius iudicio & arbitrio: nam Episcopus quem iam habemus, & cui sub-  
sumus ( multas enim ob causas, Ordinis obedientia nos subijcere nolui-  
mus ) qui omnis religionis sanctitatisque amantissimus est, insignisque  
Dei famulus, Aluarus Mendosius nomine, illustri genere ortus, huiusque  
domus omnimodis promouendo perstudiosus, virorum doctrina, spiri-  
tu, experientiaq; multa, donatorum, ad huius solius rei tractationem, con-  
uictum indixit. Hocque tandem, post multas, tum aliorum plurimorum, tum  
mea tamen indigna, orationes, ita statutum ac decretum est. Equissimum  
ergo fuerit, post secururos Prælatos hoc decretum & opinionem ample-  
cti, cum id & à viris tam bonis statutum, & permultis sit precibus à Do-  
mino petum, lucè vt dare dignaretur, ad id quod optimum est, dignos-  
cendam; &, prout quidem hæcenus intelligere licuit, hoc certe optimū  
est. Det Dominus, vt id semper vltcrius promoueatur & crescat, sicuti ad  
eius gloriam magis futurum est. Amen.

## CAPVT VI.

REVERTITVR AD EAM, QUAM INCHOARAT, DE AMO-  
*re perfecto materiam.*

Longissimè à capto sermone, fateor, deflexi; sed ranti id quod dixi re-  
laxit, vt, quicumque ipsam intelliget, nullatenus me sit culpaturus.  
Redeamtis ergo iam ad amorem, qui bonus est, quoque nos inuicem pro-  
sequi fas est. Quod autem ad amorem, quem purè spiritualem esse dico,  
spectat, nescio, an satis quid dicam intelligam: hoc saltem mihi videtur,  
necesse non esse multis de eo agere, vereor enim vt quam paucissimæ sint,  
in quibus is inueniatur: quicumque vero eum à Domino acceperit, in-  
gentes propterea ei gratias agat; summæ enim perfectionis sit oportet. I-  
taque aliquid de eo dicere, mihi propositum est; nam forsitan aliquid in-  
de commodum sequetur & bonum. cum enim virtus aliqua nobis ob o-  
culos ponitur, tunc erga eam affici incipit is, qui illius habēdæ desiderio  
tenetur, eamque consequi proponit. Det Deus, bene vt illum intelligam,  
magis autem vt eum exponam & declarem: etenim non puto me scire, *Quis sit*  
quis amor purè spiritualis sit, aut quando sensualis ei permixtus sit; ad eò, *quod sit in-*  
vt quomodo de eo loqui audeam, prorsus ignorem. Perinde enim hic se- *ter mundū*  
res necum habet, ac dum quis eminus alium loquentem quidem audit, *hunc & al-*  
quid tamen dicatur non percipit: vnde subinde hic fieri, vt ipsamet non *terum, inter*  
intelligam quid dico; Dominus tamen ita omnia dirigat, vt id ceu bene *creatorem*  
dictum accipiatur. Si quid autem interdum stolidè & extra propositum *& creatu-*  
effutiam, mihi sanè maximè naturale est, nihil omnino dicere aut facere *ram disci-*  
quod ad rem ac propositum sit. *men plus*  
*diligit quis*  
*purat.*

*Qui verè  
spirituali-  
ter ament.*

Cum ergo quis ad claram eius quod in mundo est, cognitionem à Deo perducitur, intelligitque alium quemdam mundum esse, quantaque sit inter vnum & alterum mundum differentia, & vnum quidem æternum esse, alterum verò non nisi merum somnium, & quid sit Creatorem diligere, quid creaturam; & hoc iam per experientiam cognouit (quod sanè longè aliud est, quàm ipsum nudè dumtaxat recogitare aut credere) adhæc re ipsa videt ac percipit, per illum se proficere, per hanc autem deficere ac perdere; quid denique Creator, & quid creatura sit, vti & alia per multa, quæ Dominus magna veritate & claritate eum, qui vt ab ipso in oratione instruat se disponit, docet, aut quemcumque Maiestas eius docere voluerit, qui ergo eiusmodi sunt, hos longè aliter amare censeo, quàm nos quæ hucusque non peruenimus: fieri potest, carissimæ, vt abs re vobis esse videatur, hæc de re me agere; & dicatis, vos quidquid hic dixi, iam tum optimè scire & perspectum habere; faxit Deus id ira esse, ita inquam vos id scire vt sciri oportet, intimis ipsum visceribus imprimendo. Id ergo si sciueritis, videbitis haud dubiè me neutiquam metiri, cum eum què huc Dominus prouehit, ad hunc amoris gradum dico peruenisse. Quos ergo ad hunc statum Dominus promouet, illustres sanè & regiarum quædã iunt animæ, vt pote quibus satis non est, tam vile & abiectum quidamque corpora hæc nostra sunt, quantumcumque ea pulchra sunt, & quantumcumque gratijs & dotibus donata, diligere. Placent hæc quidem exterius oculis illorum, ipsumque Creatorem his visis laudant & deprædicant; at non propterea affectum ipsis & animum applicat. Ira, inquam, illis adhærent, vt ob illa hæc diligenter; imò, vanum quid se diligere, & umbram amare velle putarent; atque ad eò sibi metipsis irascerentur, nec auderent Deo, sine magna verecundia, dicere, se illum diligere.

*Anima per-  
fecta non  
possunt cor-  
pora dilige-  
re.*

*Spirituales  
non curant  
an ab alijs  
diligantur.*

Dicetis mihi forsitan, Qui huiusmodi sunt, alium quempiam amare, aut amorem quo ipsos alij prosequuntur, compensare nescient: aut saltem parum curant, quod ab alijs amentur; & licet subinde, ex naturali quadam infirmitate, subito exultent quòd ab alijs diligantur, cum tamen ad se reflectunt, nihil omnino hæc esse vident, nisi personæ sint huiusmodi, vt animab<sup>9</sup>, ipsoꝝ aut doctrina aut oratione prodesse queant. Alij omnes amores, quos sibi non prodesse, sed obesse plurimum posse vident, ipsis permolesti sunt: non quod pro ijs grati non sint, aut bene eos non rependant, dum huiusmodi homines identidem Deo commendant, sui dilectionem quodammodo rationibus Domini ascribentes, quia hanc ab eo venire sciunt, nihil quippe in se esse putant, quod amorem alicuius promereatur. Atque inde fit, illos sibi persuadere, ideo se ab hominibus diligere, quod à Deo diligantur; itaque pro amore illo satisfaciendi curam & opus in illius Maiestatem reijciunt, hocque illum rogant, itaque à debito

omni liberi manent, nihilque hoc ad se putant pertinere. Re autem bene perpensa, subinde apud memetipsam recogito, quanta nostra sit cæcitas, quod ab hominibus tantopere diligamur, nisi, ut dixi, sint huiusmodi qui nobis, ad æterna perfectaq; bona comparanda prodesse possint.

Notandum iam, quod, dum alicuius personæ amorem captamus, semper aliquod commodum aut voluptatē nostrā ex eo amore spectemus: sed hi perfecti, de quibus loquor, amatores iam omnia quæ in mundo ipsis cõferri possunt, bona, omnes recreationes & voluptates pedibus subiecta habent & premunt; imò ipsa constituti sunt ut, esto etiam omnimodis (ut ita dicam) vellent, nulla tamen alia è re, præterquam è solo Deo, & sanctis de eo sermonibus, haurire voluptatem possent. Vnde fit, nullum eos commodum videre in eo, quod à quopiam diligentur: atq; idè parum curant, diligentur, nec ne. Et quoniam hanc ipsi veritatem liquido perspiciunt & intelligunt, hinc se ipsos rident, dum ad animum reuocant, quam olim solliciti & anxij fuerint in scire cupiendo, an, quos ipsi amabant, simili in ipsos amore ferrentur, nec ne. Nam esto amor noster bonus sit; statim tamen natura nostra rationem & parem reciprocumq; amorem exposcit. Quem iam habitum si inspiciamus, videbimus, nos nõ nisi stipulas accepisse: omnia quippe inania, vana & sine vlla soliditate sunt, & à vëro rapiuntur, namposito, multos magno nos amore esse persecutos, quid, quæto, inde nobis postea remanet? Adeo ut tunc non plus eurent diligere, quam non diligere ab ijs quos dixi, nisi in quatum id ad animæ propriæ commodum & bonum spectat. Vident quippe, naturam nostram eiusmodi esse, ut statim in amando defatigetur, nisi amorem reciprocum reperiat. Videbuntur vobis huiusmodi neminem omnino diligere; imò nec alium quempiam præterquam Deum solum, amare posse. Verum plus & magis eos diligere cenico, quam alius quispiam, & quidem sentiore, veriore, vtiliore, & ardentiore dilectione. Paucis ut dicam, amor est, quem habent. Et quæ huiusmodi sunt, animæ semper ad plus dandum, quam accipiendum paratæ sunt: quin & erga Creatorem ipsum eodem modo affectæ sunt. Atq; isthoc solum hoc amoris nomine dignum esse sentio: etenim alij illi viles affectus & propensiones, pulcrum hoc amoris nomen immerito sibi vindicarunt.

Præterea petetis, quidnam demum sit erga quod affectu feruntur, si non diligant illa quæ vident? Diligunt, fateor, illa quæ conspiciunt, & affectu feruntur in illa quæ audiunt; sed hæc quæ vident, sunt durabilia. Nam sum amorem figunt, statim, corpora pertranseuntes, ad animas ipsas oculos dirigunt, ac vident num quid eæ habeant, quod amore dignum sit, si nihil huiusmodi in ipsis videat, sed nõ nisi aliquod initiũ dispositionis eue, ad aurũ hac in fodina (si modò fodiendi in ea laborẽ sumere velint) inuenien-

*Quanta sit  
cæcitas  
amari velle.*

*Perfecti que  
amare de-  
lentur. Et  
nihil amans  
extra Deũ*

*Illi verè  
amari & quæ  
feruntur.*

*Quomodo  
perfecti non  
diligant illa  
que vident,  
nec corpora*

*Non amant  
vllū perfo-  
Ho amore,  
nisi qui bo-  
nus est.*

*Amor tem-  
poralis ē  
perpetuus,  
quis differat.*

*Verus amor  
quis sit.*

dum; dummodò hominem ipsum diligant, labor hic ipsis grauis non videtur, imò nihil omnino ipsis obijcitur, quod non quam libentissimè in huius animæ gratiam & vtilitatem subiret. In ea enim diligenda perseuerare volunt; id autem impossibile esse norunt, nisi aliquid is boni in se habeat, & Deum summopere diligat. Hoc inquam impossibile esse dico; nam quantumlibet huiuscemodi homo ipsos sibi deuincire studeret, ex ardenti in ipsos amore moreretur, omniaq; quæ posset beneficia eis præstaret, denique omnia naturæ talenta, & dotes simul is haberet; voluntas tamen illorum prorsus ad hoc volendum impotens erit, nec ad firmum stabilemque amorem perducipotest. Iam tum enim nouit, & certa experientia sciunt, quid omnia sint: & nihil falsum aut adulterinum illis obtrudipotest: vident non idem esse vtriusque sentire & iudicium, & prorsus fieri non posse, vt in sese inuicem diligendo perseuerent. Est quippe amor, qui vnà cum vita finem accipere debet, si amantium alteruter præcepta & legem Dei non obseruat, & Deum non diligere colligitur, & post hanc vitam, ad diuersa vterque ab inuicem diuisi, loca concedere debeant. Illum porro amorem, qui ad tempus vitæ huius tantum extenditur anima illa cui veram sapientiam Deus instillauit, pluris non facit quam mereatur, quin imò nec tanti. quibus enim è rebus mundanis voluptatem capere volupe est, è delicijs, inquam, honoribus & diuitijs, aliquo loco habebunt, quòd quis diues sit, vel ad recreandum tempusue fabulis fallendum percommodus; at, qui ab omnibus hæc rebus alienior est & nauseam habet, parum, aut etiam nihil omnino, hæc ipsa curabit. Amor ergo quo huiusmodi hominem prosequitur, si modò eum aliquo amore prosequatur, commotio quædam est, qua actus, efficiat, vt anima hæc Deum diligat, quò ab ipso vicissim diligatur. Videt enim & nouit, vt dixi, diuturnam dilectionem non fore, si alter eum diligit, & amorem esse qui sibi carissimo constat. Facit enim quidquid potest, vt is in virtute proficiat; & mille mortès subire parata esset, vt vel modicam ipsi vtilitatem adferret. Opretiosum amorem, qui ipsum ducem amoris Christum Iesum, vnicum bonum nostrum, ita imitatur?

## CAPVT VII.

EAMDEM DE AMORE SPIRITVALI PROSEQVITVR MATRITARIAM, & quedam, quibus ad eum perueniamus, mota suggerit.

*Amoris spiri-  
tualis cor-  
dialis ē  
de amato  
sollitudo.*

**M**IRVM est, quam amor hic sit cordialis, quot lacrymis, quibus austeritatibus & orationibus, qua demum sollicitudine amanti consistet, in eo commendando omnibus illis, quorum precibus eum promoueri

ueni & inuari posse putat: quàm continuis identidè ardeat desiderijs vt eū aliquatenus proficere videat; quātos è contra dolores sentiat, nullatenus proficiat, si verò iā non nihil in melius mutatus illi videatur, postea aut eū aliquantulū retrocedere cernit, nullum se v̄mquam tota vita sua habituram gaudium putat. Dum vel comedit, vel dormit, hæc identidem sollicitudo ei recurrit, ac semper meruit, ne quam tantopere diligit anima, pessum eat, & ab inuicem in æternum vterq; separandi sint. Corporalem quippe & mundi huius mortem ne vel hilitam facit, animum namq; non vult affigere rei, quæ vel minimo ventulo irrecuperabiliter dilabitur aut diffluit. Est quippe (vti dictum est) amor, qui nullum, nec paruum, nec magnum sibi commodum sectatur; quod quatit est vt animam illam bonis caelestibus diuitem & opulentam videat. Hic, inquam, verus amor est, non verò terreni hi scelesti amores: per quos malos & sinistros amores non intelligo (ab his enim nos tueatur Deus) neque enim nos defatigamus oportet in dicendo malum de re quæ ipse infernus est, imò nec de minimo, quod in eo situm est malo, satis malorum dici potest. Hunc, carissime, ne ore nominare quidem debemus, aut eum in mundo vsquam reperiri cogitare, nec de eo, aut per iocum, aut seriò loquentes audire, nec pati, vt, nobis præsentibus, de huiusmodi affectibus & amoribus agatur, aut quid referatur. Huiusmodi amor ad nihil omnino vtilis est; imò verò nocete posset etiam de eo loquentem audire. Sed de alijs illis loquor amoribus, qui (vti dixi) liciti sunt; qualis est amor ille quo ipsæ inuicem prosequimur, quique inter amicos & propinquos reperitur. In hoc amore timor omnis & voluntas in eo versatur, ne quem hoc modo diligimus, demori contingat: si, vel caput illi doleat, anima nobis nostra dolere & affligi videtur: si qua eum in afflictione constitutum videmus, mox nostra nos, vti dicitur, deficit patientia, itaq; in ceteris omnibus modis & affectibus.

*Amores mundani quantopere fugiendi.*

*Amor malus describitur v̄o meretur.*

*Amor liciti effectus est incommoda.*

Alius autem ille amor non est eius generis; & licet, ex infirmitate naturali, subitò quis tale quid sentiat, statim tamen ratio examinat, num id animæ illi expediat, num propterea in virtutibus magis ditescat; & quomodo se ipsa quoad hoc gerat. Orat Deum, vt illi patientiam elargiatur, vt quæ afflictione sua promereri aliquid possit: & si patientem eam esse comperiat, nullam in afflictione sua pœnam sentit, quin imò ea gaudet & exultat. Mallet quidem ipsa, fateor, aliquid pati, quàm aliam illam patientem videre, si omnes meritum ac lucrum quod in patiando situm est, sic in ipsam posset transferre. Non ita tamen, vt propterea se ipsa torqueat, aut vllatenus inquietet. Iterum dico, Amor hic respondere, & proximè sequi videtur amorem illum, quo sincerus ille amator hominum Iesus Christus nos est persecutus. Atq; inde fit eos, qui hunc ipsum ha-

*Spiritualis amor describitur eiusque effectus.*

*Quia perfectus amor spiritualis diliguntur, magnum in de lucrum referunt.*

bent, tant opere alijs prodesse: est enim perinde, ac si quis omnē laborē solus in se susciperet, & alij, sine vllō profus labore, fructū tñ laborij perciperent. Atque eō fit, vt qui cum ipsis habent amicitiam, maximam ex ijs utilitatem capiant. Et, mihi creditore, vel illi desinent ipsos tam singulari affectu prosequi, vel à Domino obtinebunt, vt eandem quam ipsi viam in- eant, cum ad eandem ambo patriam tendant, vti S. Monica obtinuit, vt S. Augustinus eandem secum viam ingrederetur. Nulla sanē possent duplicitate apud eos vtī, aut aliquam ipsoꝝ imperfectionem dissimulare, quin modò hoc ijs in bonū cessurum credant; quoties eius recordan- tur, illius eos commonefaciant, quod eos velint & desiderent quā opulētissimos videre. quos autem ad hoc quærunt anfractus, cum tamen mundi totius immemores sint. et, quantumuis vellent, aliud sanē facere non valent; non adulantur, aut loquuntur cum illis ad os, nullaque in te dissimulare & conuiere norunt. Et propterea fiet, vt vel illi vitam emen- dent, vel hī amicitia vinculum abrumpant; neque enim id ferre poterunt; neque etiam tolerabile est; ideoque continuū velut bellum est, tã pro vno, quàm pro alio: Et esto totum mundum obliti sint, nec aduertāt, num alij homines Deo seruiant, nec ne (quia super seipsoꝝ dum taxat refle- ctunt & vigilant) tamen super amicos suos nō possunt nō reflectere, nihil vt sit quin videant ac notent, imò vel minimū puluisculum in ipsis anim- aduersuri sint: Grauiſsimam inquam, crucem ferunt & pœnam.

Næ beatæ illæ sunt animæ, quæ ab huiusmodi hominibus diligen- tur, quàm felix tunc ipsis dies illuxit, cum primū ipsos cœpe- runt agnoscere. Non velles mihi illam, Domine, præstare gratiam, permulti vt sint, qui me sic diligerent? Mallem, (vt verum fatear) ad hoc, Domine, conuicti, quam vt ab omnibus Regibus, & Dominis mundi huius diligerer. Et meritò, cum tales quos dico, nullis omnino, quæ quidē in ipsoꝝ potestate sunt, parcant medijs, vt nos efficiant tales, vt ipsius- met mundi imperiū ad dominiū obtineamus, & omnia quæ in eo sunt, nobis subiecta sint. Cū verò aliquē qui eiusmodi sit, noueritis, carissimæ, præposita omni qua poterit diligētia procuret, vt talis vobiscū agat & lo- quatur. Huiusmodi qui sunt, tantum eos diligatis permitto quantū vul- tis, quādiu scilicet tales sunt? Sed paucos huius generis esse, verisimile est; at Dominus obsecro sciri velit, si quando aliquis est qui ad perfectio- nem tendit. Statim vobis dicent, non esse id opus; satis esse Deum ha- bere. Sed respondeo, bona Dei habendi ratio est, vt cum eius ami- cis agatur, semper enim inde magnum commodum percipitur. Id ipsa noui per experientiam; imò quodd iam in inferno non ardeam, huiusmodi, secundum Deum, hominibus adscribo: nam, semper magnopere desiderabam, vt pro me Deum rogarent; atque etiam operam dabam,

*Sincerè qui  
amant.*

*Quis S. M.  
huiusmodi  
amantes  
faciat.*

*Quis ami-  
corum amor  
ad amorem  
Dei moueat.*

dabam, vt hoc creipsa faceret. Sed iam ad id quod cœperamus, redeamus.

Hunc amandi modum vellem equidem omnes quotquot sumus, haberemus, & licet hic initio fortassis ad eum non sit perfectus, Dominus eum paulatim perficiet. Incipiamus ergo à medijs: nam quamuis aliquis affectus tenerior sit ei permistus, nihil hic oberit, & dummodo is tantum in genere sit, non potest non esse bonus: quin imò etiam necessarium aliquando est, vt quandam in amore affectus teneritudinem ostendamus, & etiam habeamus, ac nonnullas confororum molestias & infirmitates, tamen si ea sint parua, sentiamus. Subinde enim cōtingit, vt tantā huic parua quid molestiam & pœnam causetur, quantam illi causaretur magna aliqua crux aut afflictio. Qui enim natura pusillanimes sunt, à paruis rebus grauissimè cruciantur. At si ipsa naturā generosa sitis, non idcirco debetis alterius compassione non rangi. Et nolite mirari, sed potius cogitate, forsitan diabolus maiore contentione omne suum robur & vires ibi intendisse, quàm intendat, vt vos magnas molestias & tormenta pati faciat. Et forsitan vult nos Dominus ab hisce angustijs & pœnis liberare, vt eas deinde alijs in rebus maiores inueniamus: & nonnullè, quæ nobis graues sunt (licet in seipsis etiam tales sint) alijs tamen quàm leuissimæ videbuntur. Ad eum vt hæc respectu nostri ipsarum iudicare atque intueri, nosque ipsas non tam pro tempore, in quo nos fortassis Dominus sine vilo nostro labore fortiores reddidit, quàm pro tempore in quo debiliores & infirmiores fuimus, considerare debeamus. Hoc porro monitum ad id con ducere constat, vt proximorū scilicet miserijs & afflictionibus, quantumlibet paruis compatiatur, illorum præsertim, quos iam descripsi: hi enim, cum propositum ipsis sit pati, omnia parui ducunt: atque ideo opus imprimis est, vt se ipsos pro illo tempore quo debiles sunt, considerent, & si iam tales nō sint, id à seipsis se non habere intelligant. hac enim ratione posset diabolus amorem nostrum in proximum, frigidum reddere, ac nobis persuadere, perfectionem id esse, quod non nisi mera imperfectio est. Quare magna in omnibus opus est sollicitudine, & continuo vigilandum, cum inimicus noster nequitiam & nunquam dormiat: & præsertim illis qui iam ad maiorem perfectionem pertigerunt, illorum quippe tentationes occultiores sunt, cum aliā eos viā diabolus aggredi non audeat, adeo vt non antè damnum intelligi videatur, quàm cum iam aduenerit, nisi (vti dixi) seriò quis aduigilet. Vt ergo rem paucis complectar, semper ac continuo vigilandum nobis est & orandum: nullum quippe melius, ad hæc occultas inimici insidias relegendas, & id efficiendum, vt eas ipse signo aliquo patefaciat, remedium est, quā oratio.

Procurare quoq; debetis, vt cū sororibus, si quādo recreationē (quæ hæc ijs necessaria sit) habent, & quidem toto illo tempore quo ea haberi solet,

*Malis alienis compassio bonum est.*

*Parua subinde tā cruciatū quàm magna.*

*Semper contra demonē vigilandū.*

*Oratio ad diaboli insidias detegendas plurimū vallet.*

let, recremini, tametsi vobis non allubeat: cum enim huiusmodi consideratio adhibetur, perfectus est amor. Et, ut verū fatear, cū de illo amore qui ita perfectus non est, loqui propono, nullam prorsus inuenire rationem possum, cur hunc inter nos hac in domo locum habere consentaneū & expediens esse censeam, nam, ut is bonus sit, sicuti dixi, omnia ad suum principium aut primum ortum, amorem inquam illum quem dixi, reuocanda sunt. Multa quidem de alio illo amore dicere proposueram, sed, cum omnia minutius examino, non videtur is mihi hic, si vitæ modum quem seruamus, consideremus, vllatenus debere tolerari: atque ideo plura de eo, quàm quæ in hactenus dictis dicta sunt, dicere nolo. Spero

*Compassio  
nem debet eū  
obediētia  
pugnare aut  
esse indiscre-  
ta.*

*Obediētia  
nulli grauis  
videri de-  
bet, nec do-  
ca conque-  
randum nisi  
a suā iupe-  
riorem idē,  
quam hu-  
mīlimē  
Imperfectio-  
nes aliorum  
toleranda.*

*Bonus eius  
est amor  
quæ, proprio  
commodo  
neglecto,  
quærit alie-  
num.  
Blandimē-  
ta amoris nō  
decens Re-  
ligiosos.*

enim per Dei gratiam (esto non omni quæ quidem oporteret perfectione) nullam hac in domo occasionē inueniendam, quæ in causa sit, ut alio inuicem modo diligatis. Quare optimum fuerit, aliterum in alterius necessitatibus commiseratione quadam & compassione tangi: sed videte, necubi discretionis limites excedatis, ita ut contra obediētiā peccetis. Et esto vobis in se durum videatur quod Superior præcipiet, id tamen exterius ostendere & præ vobis ferre nolite, nec vlli indicate, nisi fortè ipsi Superiori, idque quàm potestis humillimè; alioquin enim permultum vobis ipsis nocebitis. Intelligere autem & scire nos oportet, et quid nos ad commiserationem mouere, & quibus in rebus sororibus nos nostris compati oporteat; semper quidem magnopere vos mouere debet omnis quam in aliqua sororum notabitis, imperfectio, si modò appareat, & in oculos incurrat: quæ si toleretur, & in admirationem videntem non rapiat, amor sane tunc apparet, & optimè exercetur (Ita quippe & aliæ quoad vestras imperfectiones vobiscū ager, quas longè plures esse, verisimile est, etiam si illas ipse ignoretis) deinde si instantè Deū pro ipsa oretis, vosque in virtute, imperfectioni quàm in illa videre videmini, contraria magna cū perfectione exercere procuratis. Huc connitamini oportet, ut nimirum id operibus ipsā doceatis, quod per verba forsitan nō intelligit, quæ ipsi neuriquam proderūt, ut nec aliqua asperior castigatio. Si quando autē quid agimus, ut virtutē, quam in alia quapiam elucere cernimus, imitemur, hoc sanè nobis quàm tenacissimè adheret. Est hoc præclarū quoddam documentum, quod memoria vos vestræ velim imprimere.

Hem, quàm bonum & sincerū illa soror amorem habet, quæ reliquas in virtute promouere potest, suum ipsius commodum & emolumentum negligendo, quò alienum promoueat! Mirificos scilicet illa omnibus in virtutibus progressus faciet, maioreque cum perfectione regulam suam obseruabit: ac longè erit hæc amicitia melior, quàm omnia animorū quæ dici possent, blandimenta, ac teneritudines: quæ hæc in domo nec locum habet, nec habere par est; qualia sint, Vita mea, anima mea, salus mea, alia-  
que



que id genus adulatoria verba: hanc quippe hoc, aliâ alio nomine cōpellant. Blanda hæc verba pro sponſo veſtro reſeruaſtis, cum toties, & tanta in ſolitudine cum illo vos agere oporteat: omni quippe & adminiculo vos adiuuare debetis; cum id Maietas eius toleret ac permittat. quâdo autem hæc ſapientius hominibus adaptantur, Domino iam dicta & adaptata, ad tantam nos amoris teneritudinem non mouent; cum tamen huic non dicta, ad nihil prorsus profunt & conducant. Eſt hoc autem mulieribus valdè proprium; vellem tamen, cariffimæ, nulla in re mulieres eſſetis, aut mulieribus ſimiles videremini, ſed potiùs viri generoſi: ſi enim feceritis quod in poteſtate veſtra eſt, Dominus ita vos faciet viriles, vt viri ipſi vos ſint admiraturi: & quàm facilè id Maietas eius facere poteſt, cum nos è nihilo creauerit?

*Virilis animus induendum etiam feminis.*

Magnum quoque & euidentis amoris argumentum eſt, ſi alias à labore in officijs domeſticis eximere ſatagamus, & eum ipſum in nos ſuſcipiamus; adhæc ſi gaudeamus, & Dominum laudemus, cum eas in virtutibus ſuis progreſſum facere videmus. Hæc omnia (vt taceam ingens commodum quod ſecum afferunt) maximopere iuuant ad pacem, concordiam & conformitatem mutuam habendam; ſicuti id ipſum iam per Dei gratiâ experientiâ perſpicimus. faxit Maietas eius, vt bonum hoc ſemper vltèrius creſcat & progrediatur: aliter enim ſi eſſet, abominabile quid eſſet & portatu difficile, paucaſ numero inter ſe diſcordes & diſſonantes eſſe. Auerrat hoc Deus. Ceterùm alterutrum conringet: aut rotum illud bonum, quod Dei manu operante hic cœptum eſt, penitus peſſum ibit, aut tantum hinc malum non orietur. ſi fortatte quampiâ verbulum aliquod durius ſubitò proferre contingat, quamprimum illud componatur, ſeque orationi quàm maximè applicet; idem quoque in alijs id genus rebus quæ diutiùs durare poſſent, fieri ſuadeo, vt ſunt parua quedam contentiones, partialitates, quoddam emergendi & præ alijs emnendi deſiderium, aut demum aliquod honoris punctum. Porro ſanguis mihi videtur congelateſcere, dum hæc ſcribo cogitans hoc ipſum fortatte aliquo tempore fieri poſſe: video namque id maximum & præcipuum malum, ac peſtem monaſteriorum eſſe. Si quando autem ita futurum eſt, actum eſſe de vobis reputate; ac cogitate & credite, vos ſponſum veſtrum domo ſua velut expuliſſe, & eum quodammodo cōpellere, aliud vt ſibi domicilium quærat, cum propria eum domo eiiciatis. Maietatem ergo eius inuocate, remedium & opem quærite: niſi enim per tam frequentem confeſſionem & communionem remedium aliquod inueniatis, timere poteſtis, ne aliquis inter vos ſit Iudas. Superior, quæſo, ex amore Dei videat & ſerio aduigilet, ne quid huiuſmodi permittat, ſed omni ope principijs obſtare conetur; in his quippe omne damnum vel remedium ſitum eſt:

*Alia amoris boni indicia.*

*Discordia inter Religioſos ſtatim occurratur.*

*Contentio peſſima monaſteriorum peſtis.*

si quam verò factiosam & turbulentam esse animaduertat, illa vt ad aliud monasterium ablegetur det operam: Deus enim tantum haud dubiè eis suppeditabit quantum ad illam dotandam & exponendam opus habebunt. Hanc ergo pestem à vobis ablegare, hosce ramos, prout potestis, recidite: & si ne hoc quidem iuuet, etiam radicem ipsam euellite. Si autem ne hoc quidem fieri queat, procurate, vt quæ huiusmodi res molitur, ad perpetuum carcerem damnetur: hoc namque melius & consultius est, quam vt tam immedicabili & contagiosa lue ceteras omnes inficiat. Ingens sanè id malum est: vnde à monasterio, quod hac peste infectum est, nos Deus liberare dignetur: & equidem malle, vt hoc nostrum ignis corripere, à quo omnes consumeremur: sed, quia alio in loco hac de re vltèrius me acturam puto, vt pote cuius tanti nostra interest, hinc plura in præsens de illa adferre nolo. Hoc solum dico, malle me, vt inuicem tenero, delicioso, blandoq; affectu diligatis & ametis (quanquam amor hic tam perfectus non sit, atque alius illè quem dixi, videlicet in genere sumptus) quam vt vel minima discordia occasio inter vos reperiatur. Dominus omnipotens, pro sua misericordia, hoc auertere dignetur. Amen.

Equidem supplex Dominum rogo, quin & vos, carissimæ, eundem cordialiter rogare, vt ab hac nos inquietudine & turbela liberet: hoc namque à diuinæ eius manu debet proficisci.

## CAPUT VIII.

**OSTENDITVR, QVANTVM IN EO SITVM SIT BONI, VT  
ab omni re creata, tum interiùs, tum exteriùs nos  
sequestremus.**

*In abnegatione sit  
sunt omnia.*

**I**Am de abnegatione & renunciatione, quam habere nos oportet, non nihil dicamus, in ea namque omnia sita sunt, si quidem perfectè & prout oportet, fiat. In hac inquam sita sunt omnia: cum enim cum solo Creatore dissuauiamur & deliciamur, omnia verò creata negligimus, ita nobis Maiestas ipsius infundit virtutes, vt, si paulatim laboremus, & faciamus q̄ in nobis est, exinde non multum nos certare & pugnare oporteat: Dominus quippe se, tã inimicis infernalibus quàm vniuerso mudo, in nostri tutelâ & defensionem, opponit. Anne paruum esse putatis bonum, carissimæ, hocce bonum procurare, nos, inquam, totas non autem in partes & frustra diuisas illi tradere, cum in eo (vti iam dixi) omnia bona inueniatur? Laudemus eum, & summas ei gratias agamus, carissimæ

me, quòd hoc nos loco, in quo nihil præterquã hoc ipsum curatur & tractatur, congregauit; adeo vt nesciã quare hoc dicã, cù quotquot hic estis, me ipsã docere possitis. fateor quippe, me in re hac quã tanti momẽti est, eam perfectio nem nõ habere quã quidem habere & vellem, & requiri scio. Tam de omnibus virtutibus, quam de eo quod hic ductum est, idem censeo & dico, nimirũ, ipsum scribere esse facilius quã operari. Imo ne hoc quidem bene facere sciam; interdum enim in ipsã experientia situm est, bene rem posse exprimere; ac proinde si qua in re scopũ attingam, id ex eo prouenire cogitate, quòd virtutibus his contraria aliquando fecerim achabuerm.

Quantum porro ad exteriora spectat, notum sanè quibuslibet est, quantum opere à rebus omnibus hic sequestratã viuamus. Viderur, qui nos huc adduxit, Dominus, ab omnibus nos rebus sequestratas habere velle, quo ipsius nos Maiestas, sine vlllo profus impedimento, sibi propius admouere posset, & viciniores reddere. Quando, ô Creator & Domine mi, tantam dignitatem promerui? adeo vt multos circuitus, flexus & reflexus fecisse videaris, quãritans, quomodò te nobis reddere posses viciniorẽ: misericordia tua faxit, ne nostra nos culpa id amitamus. Intelligite, quãso ex amore Dei, carissimã, magnam illam misericordiam & gratiam, quam Dominus præstitit illis quas huc perducere est dignatus: & vnaquãq; vestrum seriò id apud se expendat, cum Maiestas eius, è solis duodecim quã hic sumus, ipsam vnam esse voluerit. Et quot sunt, imo quanta multitudine sunt, me meliores, quas hunc locum quam libentissimè suscepturas scio; sed dedit eum Dominus mihi ad eò malè eum promeritã.

Benedictus sis Domine, & confiteantur & laudent te Angeli omnes, atque adeo quidquid creatum est: hoc namque beneficium vix vlllo potest obsequio compensari, vt nec alia plurima quã mihi contulisti. Quod enim primò me ad vitam monasticam & Religiosam vocaris, summum & singulare quoddam beneficium fuit: sed quia tam malè me in eo statu gerebam, Domine, hinc vltèrius mihi fidere noluit, nam in tam multarum bonarum ibi congregatarum multitudine, nequitia mea non apparuisset, nisi cum iam ad vitã extremum peruenissem: eam enim celassem & occultassem, sicut ad multos annos eam celauì. Sed ad talem me, tu Domine, locum deduxisti, in quo ob tantam monialium quã hic sunt, paucitatem, aliquid celari posse impossibile videatur; vtque maiori cautela & circumspectione super me ipsam adnigilem, omnes mihi occasiones præscindis. Vt me fateri necesse sit, Domine, non posse me iam vllum ad me excusandam argumentum

*S. Matris  
erga Deum  
gratiã uide.*

adferre; vnde magis tua opus habeo misericordia, vt quod delinquam, mihi ignoscas.

*Rogat, vt  
qua ordini  
suo serendo  
impares vi  
dent, id in  
dicent ante,  
quam vota  
omittant.*

*Confangui-  
norum con-  
solatio non  
est Religio-  
sis permit-  
tenda &  
qua eam  
quarunt,  
non sunt a-  
pta Ordini  
S.M.*

*Quando &  
quomodo  
consangui-  
neos videre  
fas sit.*

Quod autem enixissimè à vobis efflagito, hoc est, vt nimirum, quæcumque se ita constitutam sentiet, vt obseruare se posse desperet quæ hic pro consuetudine seruantur, antè id aperiat, quàm professionem & vota emittat. Non desunt enim alia monasteria, in quibus Domino seruitur; paruum hunc manipulum quem Maïestas ipsius hic collegit, ne interturbent, obsecro. Alijs in cænobijs permillum est, aliquam à consanguineis suis consolationem mutuari; hic verò si quid huiusmodi permittatur, id non nisi ad ipsorum met consanguineorum consolationem dirigitur. Monialis, quæ ad sui ipsius consolationem amicos & consanguineos suos videre volet, & cui hic eorum conspectus pro secunda vice grauis non existet, nisi spirituales sint, se imperfectam, nec satis mortificatam esse, planè sibi persuadeat; quin imò non satis sana est, itaq; nec spiritus libertatè, nec veram pacem habebit, sed medico potius opus habet. Et addo, nisi hic ab ea affectus transeat, ipsa que sanitati reddatur, illam domui huic ineptam esse. Nullum porro remedium melius & salutaris esse censeo, quàm vt non antè suos ipsa consanguineos videat, quam se ab eo liberam & immunem senserit, & multis id à Deo precibus obtinuerit. Cum verò ita se comparatam iam sentiet, vt id illi graue & molestum futurum sit, audeat illos interdum alloquatur, quo ipsis aliquam in re profuturamque haud dubiè ipsis proderit, sibi autem non oberit, at, si illos diligat, si ipsorum malis & damnis moueatur ac doleat, si illos prospere in sæculo agere volupe illi audire sit; non oportet, & magnopere se sibi nocituram, & ipsi nullatenus profuturam.

### C A P V T IX.

**OSTENDITVR, QUANTVM IN EO SITVM BONI, VT QVÆ mundum deseruere, etiam consanguineos suos fugiant, & quanto veriores amicos reperiuntur sint.**

*Quam sit  
noxium  
Religiosis  
sapientum  
consanguineis agere*

**V**T IN AM nos Religiosæ intelligeremus, quanto opere nobis noceat sapè cum consanguineis nostris agere; quàm ipsos declinarem ac fugeremus? nescio sanè quæ illa sit consolatio, quam illi præstant, solum in quantum nostrâ quietè & pacem spectat, vt etiam tacè quantum ad Deum spectat. Illorù enim recreationib; nec possumus, nec fas est nos frui; illorum tamen mala & calamitates resentimus, & vix vllam trahimus, quin eam deplem, & sapè multo vberius & magis quàm ipsi meritos tangit. Hoc asseuerare vobis ausim, si quam fortè hi corpori recreationem

tionem aut delectationem adferat, carò hanc spiritui constare. Sed ab eo malo tutæ & liberæ imprimis hic estis: sicut enim omnia hîc communia sunt, & nulli priuatim lautitias aliquas habere permissum est, ita etiã eleemôsyna quæ vobis confertur, in genere omnibus confertur; ad eò vt illa cui hæc fit, ad pro ea ipsis satisfaciendum priuatim non teneatur, cum iam tum sciat, Dominum omnibus simul & toti congregationi per illam prouideri.

Mirari satis non possum damnũ quod ipsorũ conuersatio adfert, & neminẽ id crediturũ existimo, nisi qui id nouit per experienciã: sed quã hęc hodierna in die Religionibus omnibus, aut saltẽ in illarum plurimis perfectio neglecta & iacere videtur? Nescio, quidnã ex hoc mũdo deseram, quæ tñ propter Deũ omnia nos deserere dicimus, si à præcipuo eius malo, consanguineis inquam nostris, animum non auellamus. Eò iam res deuenit, vt ceu virtutis defectus & imperfectio habeatur, si consanguineos suos Religiosi non diligant, & sæpẽ cum ipsis nõ agant (vt quidem mundani dicunt, & suas ad hoc rationes proferunt.) Hac autem in domo carissima, nulla alia vobis illorum cura habenda, quã vt instanter (vti par est) Deum pro ipsis oretis, & cum feceritis deinde quod ad officium tẽpli spectat, vestras de cetero cogitationes ab ipsis (quantum quidem poteritis) abstrahatis: naturale quippe est, vt cor nostrũ magis ipsis, quã alijs hominibus adherescat. Multum me mei, fateor, dilexerunt, prout quidem aiebant, & ego vicissim eos ita diligebam, vt eos mei nullatenus sinerem obliuisci. Sed per experienciã tum in alijs, comperi, exceptis parentibus, quos pro miraculo est prohibus suis non succurrere (neq; enim par est, vt, cum eos aliqua consolatione opus habere, nec vllum inde præcipuæ & primarię parti damnũ oriri cernimus, tunc ab ipsis nos auersas & alienas ostendamus; hoc quippe cum ipsis quidem cum mortificatione & resignatione aliqua fieri potest, vti etiam cum fratribus) reliquorum cõuersationem parum prodesse. nam tametsi varijs molestijs & afflictionibus oppressa fuerim, mei tamẽ consanguinei in iis me quã minimũ adiuuerunt; at qui mihi potissimum & maximo adiumento fuerunt, fuere famuli Dei. Mihi credite, carissima, si Deo prout oportet seruiatis, nullos vos sinceriores & cordialiores amicos reperturas, quã famulos eius, quos Maiestas ipsius vobis submittet. Hoc ita se habere noui, & mihi credite, si hoc ita prout intelligitis faciatis (aliter enim faciendo, verum vestrum amicũ & sponsum non prout par est tractatis) quã breuissimo vos tempore hanc libertatem comparaturas: atque ad eò ijs qui vos purẽ propter Deum diligant, melius & securius fidere, quã omnibus consanguineis potestis; ac firmiter credere, ipsos nullatenus vos deserturos, & à quibus id minimẽ expectabitis, illos vobis vt patres & fratres futuros,

*Recreatio  
mundanorũ  
religiosis  
caro cõstat.*

*Consanguinei  
quatenus  
diligendi,  
& eorum  
memoria  
habenda.*

*Et quinam.*

*Amici &  
famuli Dei  
sinceri amici  
sunt.*

quia enim hi mercedem solum à Deo expectant, hinc nos iuuant: sed qui à nobis mercedem quarunt, viso nos pauperes esse, & nulla ipsis in re posse prodesse, quamprimum in nobis iuuantis defatigantur. nam quamuis hoc non omnium, nec profus generale sit, ita tamen in mundo frequentius fit: nam vt paucis concludam, mundus est.

Si quis vobis contrarium consuleret, diceretque virtutem esse aliter facere, ei credere nolite: si enim his omnia, quæ à consanguineis proficiscuntur damna referrem, plus æquo me in scribendo deberem extendere. Sed quia alij, qui, quid dicat, melius me sciunt quam ego, hac de re scripsere, hinc satis sit quod hic dictum est. si enim ego quæ ita imperfecta sum, ipsum tam bene perspexi & intellexi, melius id certè intellecturi sunt perfecti. quidquid nobis de mundo fugiendo deserendoque dicitur, (quod sancti omnes vnanimiter nobis consulunt) certum est bonum esse. Credite igitur, ex omnibus quæ mundi sunt, nihil, vt dixi, magis nobis adhærescere, & nihil esse à quo etiam ægrius auellamur, quam consanguineos. Quamobrem optimè faciunt illæ quæ patriâ suâ excedunt, si videlicet hoc illis aliquo adiumento sit. neque enim in eo rei momentum firmum esse existimo, vt solum corpus subducatur, sed, vt anima firmo cum proposito bonum Dominum nostrum Christum Iesum complectatur: quia enim in ipso reperit omnia, hinc facilè obliuiscitur omniū. Quanquam maximè iuuat, vt tamdiu nos subducamus, quoadusque hanc veritatem perfecte intellexerimus: fieri enim postea poterit, Dominum velle vt cum ipsis agamus, quò cruce nobis donet in eo, è quo voluptatem antea haurire solebamus.

*Non satis est  
solo corpore  
à consanguineis  
remotum  
esse.*

## C A P V T X.

REFERT, NON ESSE SATIS VT NOS ABSTRAHAMVS AB eo quod iam dictum est, nisi etiam nos à nobis ipsis abstrahamus, & hanc virtutem, & humilitatem coniunctas esse.

**V**bi ergo iam animum à mundo & consanguineis abstraxerimus, & iis quibus dixi conditionibus hic nos recluserimus, omnia iam perfecisse nos putabimus, ac nullum amplius nobis certamen superesse. Nolite, carissimæ, in hoc securæ esse, & securitatis huius prætextu obdormiscere, aut quieti vos dare: alioquin enim fiet vobis, quod illi, qui hostio suo optimè clauso, ne qui fures ingredientur, quietè se ad dormiendum componit; & interea intra domum suam continet. Nostis, non esse peiorem furem, quam domesticum; proinde, quia nos ipsas vbique circumferimus, nisi valdè circumspicè aduigilemus, &

vna quæque omni qua potest ratione contendat ( velut in re quæ maioris momenti est, quam reliquæ omnes ) voluntatem suam in omnibus abnegare ; multa sunt, quæ sanctam hanc spiritus libertatem, quam quærimus, vt is ad creatorem suum terra & plumbo iam minimè grauatus euolet, auferre nata sunt. Insigne aduersus hoc remedium est, continuò, quàm omnia vana sint, & quàm citò prætereant, recogitare, vt sic affectus & cor à rebus ad eò vilius auellatur, & perpetuò duraturis applicetur ( Esto enim hoc, tenue & simplex remedium esse videatur, animam tamen maximopere corroborat. ). Adhæc, vt etiam paruis in rebus magna reflexio & auertentia adhibeatur, vt, nimirum, statim atque in aliquam nos propendere animaduertimus, cogitationem nostram inde dimouere & auertere, atq; ad Deū cōuertere studeamus. Et Maiestas illius in hoc nobis adiumento est, magnamq; nobis in eo gratiā præstitit, quòd hac in domo res omnis iā propè penitus confecta sit. Sed quia hæc nostri ipsarū abnegatio & oppugnatio, durum quid & graue est, ( quod nobis ipsi valdè illigata propè sumus, & nosmetipsas quā minimè diligamus, ) hinc vera humilitas hic sese interponere potest, hæc namq; virtus, & prædicta illa, semper iunctim incedere, & duæ sorores esse, quæ ab inuicè disiungi nō debent, mihi videntur. Non hi consanguinei sunt, à quibus vos penitus diuelli debere dico; quin imò illos vos complecti ac diligere, & nunquam ab ipsis abesse cupio. O supremæ & primariæ virtutes, omnium rerum creaturarum dominæ, mundi Imperatrices, quæ nos ab omnibus, quos diabolus nobis tendit, laqueis & impedimentis liberatis, quæque à præceptore nostro Iesu Christo ita dilectæ & caræ fuistis. Has qui habebit, audacter & liberè egredi, & cum vniuerso inferno simul collecto, cum toto mundo, eiusque occasionibus pugnare potest. Neminem hic formidet, ipsius enim est regnum cælorum: non est quod vllum timeat, omnium enim iacturam facere parui pendit, imò ne iacturæ quidem nomine eam dignam existimat. solum meruit Deo suo displicere, eumque rogat vt in his se virtutibus conseruet & teneat, ne sua eas culpa vnquam amittat. Hoc virtutes hæc ( vt verum fatear ) proprium habent, vt coram eo qui ipsas habet, sese abscondant & occultent, ad eò vt nunquam eas ipse videat, aut se eas habere vnquam in animum queat inducere, esto id alij ipsi dicant: tanto interim eas in pretio habet, vt, quòd eas habeat, assidue studeat & allaboret, quotidicq; magis & magis in seipso eas perficiat. etsi qui eas habent, satis per se agnoscibiles sint, & statim eas agnoscant & percipiant illi qui cum ipsis agunt, esto id ipsi nolint.

*Remedia  
ad spiritus  
libertatem  
comparanda.*

*Abnegatio  
sui durum  
quid.*

*Humilitas  
& abnegatio  
sunt magni preij,  
& dua sero-  
ros.*

*Elogia illarum.*

*Qui eas habet, eas se habere non putat.*

*Mortificationi  
& humilitati sit  
dendum.*

Verū eque mea demētia est, q̄ humilitatē & mortificationē verbis conerextolle.

extollere, cū ipse Rex gloriæ Christus ita eas extulerit & laudarit, & tantis quos passusest laboribus, adeo confirmarit! Agedum, filiæ meæ, hic al- laborandū est, ab Ægypto egrediendū: nam illas inueniendo, panē inuenietis caelestē & omnia bene vobis sapient ac dulcia videbūtur; etiā quæ mundanis hominibus amarissima & maximē insipida videntur. Ante omnia ergo procurandum nobis est, vt corporis huius amorem & affectū

*Corporis huius affectus exuamus.*

exuamus: nonnullæ quippe ita naturā nostrā corporeis commoditatibus & recreationib<sup>9</sup> dedite sumus, vt totē propē in iis simus: adhæc ita de valetudine & sanitate nostra sollicitæ, maximē vt mirandū sit, quale duæ hæres certamen, præsertim Monialibus, quin etiam alijs hominibus, moueant. Sed videmur nonnullæ Moniales, nullam aliam ob causam monasterium ingredi, quàm ad sedulò procurandum ne vñquam moriamur. Vnaquæque enim id pro posse suo, procurat & satagit. Sed hic, vt

*In Religione quis vivit, vt Deo seruiat, non autē vt commoditates suas sectetur.*

verum fatear, perparua est ad hoc re ipsa faciendū, comoditas; at vellē, vt ne quidem vlla ad hoc voluntas esset; firmiter apud vos metipsum proponite, carissimæ, non aliam ob causam huc venire vos, quàm vt propter Christum moriamini, non autem, vt propter Christum delicatē & molli- ter corpus curetis. Hoc vltimum namque diabolus, ad præscriptum ordinis rigorem ferendū & obseruandum suggerit esse necessarium; imò

*Corporis delictate ratiōi curā suaderēdū.*

adeo ordinem obseruare iam cupiunt, sine vllō, quod eum obseruent, & conferuent, valetudinis dispendio, antē vt moriantur, quàm ad mensē, ac fortassis ad diem, plenē Ordinem obseruarint. Nescio sanē, quanam de causa huc veniamus: nolite, quæso, metuerē, vt nobis hac in parte, vñquam de futura sit discretio, quod sanē perquam mirum esset. Statim namque ipsimet Confessarij verentur, ne nos austeritatibus ac penitentij enecemus: quin imo, adeo hanc indiscretionem à nobis ipsis odimus, vt alia omnia sic seruare & adimplere nos vellem scio, illas quæ fecus agunt, parum curaturas quod ipsa moneam, vt nec ego curo, quod alias me ad modulā meum metiri velle dicant: hoc enim qui dicunt, verum dicunt. Hoc credo, & certissimē scio, plures me hac in re socias habere, quàm habitura sim aduersarias, contrarium faciendo. Ipsa mihi persuadeco, propterea Dominum vellē, vt plerumque & plerūque malē valeamus: mecum saltem Dominus magna misericordia vñus est, quod malē plerumque fuerim valetudinis, nam cum ego me nihilo minus laute ac delicate habuissem, hinc me aliquam saltem ad hoc faciendum rationem habere voluit. Sed risu dignum est, videre quomodo nonnullæ hoc quod sibi metipsæ inferunt, tormento grauatæ incedant.

*Indiscreta penitentia carpuntur.*

Interdum quidam eas impetus, ne dicam vesania, corripit ad in discretas & immoderatas austeritates, quæ non nisi biduo ( vt ita loquar ) durant, subeundas. exinde diabolus ipsis suggerit, has valetudini & cerebro ipsarum



ipfarum nocuisse, ac propterea suadet, nullas vt austeritates posthac amplius subeant, ne eas quidem quas Ordo præscribit, cum iam sint expertæ quantopere eas noceant. Ne paruas quidem Ordinis regulas (vt est silentium, vnde nullum nobis prouenire damnum potest) obseruamus; & ecce, statim ac somniauimus caput nobis dolere, chorum diu adire omittimus, cum nec hoc nos enecaturu sit. Primo quidem die, quia caput dolerat; altero, quia doluit, & tribus alijs diebus, ne denuo doleat. Et interea, è nostro ipsæ cerebri austeritates nouas comminisci volumus, vt tandem nechas, nec alias præstare valeamus: & subinde, malum ipsum nimis quam exiguum est, & ipsæ nobis persuademus ad nullam omnino austeritatem faciendam nos teneri; sed satis nos facere, ad eas omittendas facultatem perendo.

*Carpiuntur  
qua obdolo-  
rem paruit  
à choro ab-  
sint.*

Dicetis ad hæc mihi, Cur ergo Præposita facultatem illam concedit? Respondeo; forsitan, si interiora cordis perspecta haberet, ipsam negaret, sed, quia necessitatem ipsi prætexitis, nec medicus, qui ad hoc summi informatione, quam antè ei facitis, coadiuuet, nec amica aut aliqua de consanguineis quæ vos deploret, deest; misella superior, licet id subinde nimium ac superfluum esse videat, quid quæso faciet? scrupulum sentit ac veretur ne fortè in caritatem nimio rigore peccet; mauult ergo vos peccare, quam se, & nefas esse putat, sinistrè de vobis iudicare. Quid? Deus bone, hæc querimonia etiam inter Monachas? Ignoscat ipse mihi, quod verear, ne ea apud illas iam in cõsuetudinem abierint. sunt hæc huiusmodi, vt non possint non interdum contingere; ideo autem hie ea adferre visum est, vt ab ijs vobis caueatis. Si enim diabolus semel intimidare nos incipiat, ne quam iacturam sanitatis per austeritates faciamus, nihil boni vniquam efficiemus. Lumen nobis Dominus concedere dignetur, ad in omnibus sapienter & prudenter procedendum. Amen.

*Valetudinis  
nimia cura  
habenda nõ  
est.*

## CAPVT XI.

## MORTIFICATIONVM MATERIAM PROSEQVITVR,

*deque ea mortificatione agit que in morbis exer-  
cenda est.*

**M**agna mihi esse videtur imperfectio, carissimæ sorores, nos semper ob parua & tenuia mala cõqueri. si ea quatenus ferre potestis, de iis conqueri nolite. Quando enim magnum est malum, per se, etiam nullo loquente, queritur; & est hoc aliud querelæ genus; & statim ipsum de foris percipitur. Considerate, vos numero paucas esse: et si inter has aliqua hæc conquerendi consuetudinem habeat, nimis quam sufficiens illa est ad alias omnes affligendas ac vexandas, posito vos inuicem amare ac diligere.

*Non facile  
conqueren-  
dum.*

diligere. Vnde, si qua se malo aliquo, quod reuera tale est oppressam comperiet, quamprimum id patefaciat, & quod sibi necessarium est, remedium capiat: si enim amorem proprium exuatis, talem ab omni recreatione externa auersionem in vobis sentietis, nullatenus vt timendum sit, ne quid recreationis citra necessitatem vobis capiatis, aut sine causa ac ratione conqueramini. Si quando autem aliqua talis causa suberit, consultum fuerit eam indicare; ac melius multo, quam sine ea vltro recreationem capere. Et sanè admodum malè factum esset, si nemo vlla vestri compassione tangeretur. Hoc porro vobis asseuerare ausim, vbi & oratio & amor vigent, & vbi tam exiguus monialium numerus est, vt altera alterius necessitatem facillè notatura sit, illic nec recreationem, nec sollicitudinem de vobis sanitati restituendis, vnquam defuturam. Verùm, nolite de infirmitatibus & morbulis quibusdam muliebribus omninò còqueri: nam diabolus non nisi nudam quamdam harum penarum & dolorum imaginationem subinde excitat; quæ sicut veniunt, ita & abeunt, & nisi hæc dicendi, deq; omnibus apud aliquem præterquam apud Deum conquerendi consuetudinem exuatis, numquam conquerendi erit finis. Ideo autem tam seriò huius rei vos commonefacio; quòd permagni hanc referre, ipsamq; esse quæ magnam disciplinæ in monasteria solutionem ac relaxationem induxerit, mihi persuadeam. Hæc porro habet corpus nostrum im̄fectionem, quòd eo plures necessitates aperiat & prætexat, quò delicatius & molliùs habetur. Mirùm sanè est, quàm illud delicatè & blandè haberi velit. quòd verò aliquatenus bona ad hoc ratione & prætextu moueri videatur, quantumcumque etiam parua necessitas illa sit, misellam animã decipit, ne quod in virtutibus incrementũ capiat. Cogitate aut̄ q̄ multos pauperes infirmos inuenirẽ sit, qui nullum habent qui suam necessitatem aperiant. Porro duo hæc, pauperem esse, & lautè beneq; haberi, non bene simul consistunt. Cogitate præterea multas coniugatas esse (scio enim tales reperiri) & quidem genere illustres, quæ, esto grauib; afflictionibus & morbis premantur, conquerit̄ de illis neutiquam audent, ne q̄ maritis suis molestiã exhibeant. Agedũ ergo, misera ego peccatrix, scio nõ venisse nos huc, vt delicatius ac lautius tractaremur, q̄ illæ. A q̄ magnis m̄di huius laborib; & malis libera; vos estis! Tolerate & sustinete modicũ quid, ppter amorẽ Dei, ita vt nemo id re sciat. Est v.g. mulier quæ infelix matrimoniũ iniijt, q̄ necybi cõiux ipsius hocre sciat, nulli id dicit, nulla de re conqueritur, multa q; æquanimitèr molestias pferit & sustinet, amaritudinẽ cordis sui nemini aperies. Et nos, nihil secretò solo Deo & nobis conscijs, ferre poterim; ex ijs quæ nobis ipse ob peccata nostra ferenda imponit? Vt taceam, malum ipsa patefactione ne minimum quidem imminui aut mitigari.

*Non est facile de paucis rebus còquerendũ, quas diabolus interdũ suggerit.*

Quid quid autem dixi, non ita capiendū est, vt locum habeat, quando malum ipsum graue est, puta cum grauis aliqua febris ingruit; quamquam semper, & in omnibus, moderationem adhiberi, & patientiam ostendi velim. Sed de paruis quibusdam loquor infirmitatibus, quæ nos lecto non affligunt, vt propterea necesse non sit alijs nos importunas esse. Sed quid, si hoc extra domum hanc legi audiriue deberet? quid, quæso Moniales omnes de me dicerent? Equidem omnia hæc quam aequissimo animo perferrem, si modò vel aliqua sese in melius emendaret. Si enim vcl vna sola hac in re deliquisse deprehēdatur, hæc in causa est, cur, vt plurimum mihi creditari sint, quantumuis etiā malè constituta sit. Ponamus nobis ob oculos sanctos nostros Patriarchas & patres, & priscos eremitas, quorum ipsæ vitam imitari proponimus, quas hi pœnas & dolores subierint oportet, & quidē in solitudine viuendo, quale frigus, famē, æstum, calorem qualem, neminem habentes, præterq̄ solum Deum, cui necessitatem suam quererentur? Anne putatis, illos è ferro fuisse? tam constabant carne, quam nos. Mihi credite, carissimæ, cum hæc corpuscula domare iam incipimus, tunc ea nobis tam molesta non esse. Sat multos inuenire erit, qui quæ necessaria vobis sunt, procurabunt; nolite igitur pro vobis ipsis sollicitæ esse, nisi in aliqua notabili necessitate. Nisi enim firmum propositum faciamus mortis semel generose deglutiendæ, & sanitatis corporalis negligendæ, nihil vinq̄uam generosi præstabimus. Date operam, vt mortem non timeatis, & vt rotas vos in Deum resignetis, & veniat quidquid venire potest. Quid refert nos mori? annon, cum corpus nos toties deceperit, ipsi id semel decipere volumus? Et mihi credite; maioris huiuscemodi resolutio momenti est, quam intelligere possimus. Per frequentem enim eius paulatim, per Dei gratiam, renouationem tandem absolutam, in corpus nostrum, ius & dominium acquirimus. Huiusmodi potro hostem superare, magni refert, ad in vitæ huius conflictu perdurandum. Hoc nobis Dominus, prout & potest, concedere dignetur. Crediderim equidem, neminem lucrum quod hac in re situm est, intelligere, nisi qui iam de facto victoria fruitur: quæ quidem tantæ est, vt, quisquis illam norit, nullum eum laborem tamquam grauem recusatorem existimem, quò in huiusmodi requie & dominio viuere possit.

## CAPVT XII.

VERVS DEI AMATOR VITAM ET HONOREM PARVI FACIAT & DESPICIAT OPORTET.

IAM ad alia, quæ etiam permagni sunt momenti, esto parua esse videntur, transeamus. Omnia sanè laboriosa & molesta nobis esse vidētur:

*Gravis morbi habenda ratio & cura, & nihil minus ostendenda patientia.*

*Patrum priscorum rigoros*

*Sui ipsius cura deponenda*

*Nimiam de sanitate & valetudine sollicitudinem reprehēdit. Sed in morbis eum curam haberi vult.*

*Quas animæ recipiat gratias dū operari incipit.*

& merito, est enim bellū cōtra nosmetipsas. Sed statim atq; ipsæ operari incipimus, Deus tunc quāmaximè in anima operatur, & tot illi gratias confert, vt quidquid in hac vita fieri potest, illi nimis quā paruum & exiguum videatur. Et cū nos Moniales id quod amplius est, faciamus, (quale est, libertatem propter Deum derelinquere, illam alterius arbitrio subiiciendo; tot labores, molestias, ieiunia, tam arctum silentium ac clausuram perferre; denique chorum frequentare; adeo vt, etsi nos ipsas delicatius habere maximè cuperemus, forsitan id nonnisi interdum accideret; & forsitan è multis quæ vidi monasterijs ego sola essem, quæ hoc facerem) cur ergo abstineamus ab internorum mortificatione; cū in ea situm sit, vt ea bona, de quibus iam antè paulo egi, bene regulata sint, & magis meritoria & perfectā, illaque postea magna cum suauitate & quiete perficiantur: Hoc acquiritur per hoc, quod, vt dixi, voluntatem & inclinationem nostram, etiam in paruis rebus, non sequi paulatim assueciamus, quoad usque corpus spiritui penitus subiectum sit. Iterum dico, omnia, aut saltem pro maxima parte, in eo sita esse, vt omnem de nobis ipsis, de quæ propria commoditate sectanda, sollicitudinem deponamus: qui enim Domino reuera & sincerè seruire incipit, nihil ei offerre minus quā vitam potest, cū suam ei voluntatem iam obtulerit. Cur illam ergo dare veremini? Etenim si verus Religiosus, ac verus orationis studiosus est, & diuinis consolationibus ac gustibus frui desiderat, scio, illum motum pro illo obire, & crucem ferre, non detrectaturum. An ignoratis, carissimæ, boni Religiosi, & eius qui de intimis Dei amicis & familiaribus vnus esse vult, vitam longum martyrium esse? longum dico: si enim id conferamus cum eo qui quā citissimè decollabatur, meritò diuturnum ac longum vocari potest; tota alioqui vitā nostra breuis est, & in nonnullis hominibus breuissima.

*Qui voluntatem resignat paruem potissimam religionis explet.*

*Paulatim acquiritur mortificatio.*

*Vita Deo danda.*

*Vita Religiosa longæ est martyriū.*

Et quid scimus, an nostra tam futura sit breuis, vt post horæ spatium vel momentum quā iam Deo penitus seruiendi propositum fecimus, ea finem sit habitura? Id fieri quidem posset. Interim tamen parui faciendum est, quidquid semel finem habet; & adhuc minoris vita, cum illius ne vnum quidem diem certum habeamus. Et quis est, qui cū omnem horam putabit supremam esse, eam in laboribus non impendat? Mihi ergo credite, isthoc reputare, longè certissimam esse; quam obrem discamus & consuescamus in omnibus voluntati nostræ contrauenire, quod licet in momento & statim non fiat, si tamen sedulo ad hoc vt monui per orationem conuitamini, paulatim vos ad summum peruenisse gradum videbitis, nesciendo tamen, quomodo illuc perueneritis. Sed, quā rigidum & durū esse videtur, dicere in nulla omnino re recreationem aut voluptatem nos debere capere; eò quod simul non dicitur,

*Vita breuior.*

quan-

quantam hæc voluntatis mortificatio recreationem & dulcedinem secū ferat, & quantum ex ea, etiam in hac vita, commodum sequatur. Sed in hac domo res omnis iam penè tota confecta est cum omnes vos ipsas assidue in hoc exerceatis, vna namque excitat aliam; vnde vnaquæque studiosè contendere debet, vt alias omnes anteeat ac præcurrat.

Interni porro motus seridè aduigilandum est vt coërceantur, præsertim si ad hoc tendant, vt aliâ aut meliores, aut maiores videri velint. Per suam nos passionem Dominus tueri dignetur, ne vel dicamus, vel cogitemus, (ita quidem vt morosè nos in eo detineamus) Ego sum in Ordine magis veterana, sum annis senior, Plus laboravi quàm alia, Illa meliùs habetur quàm ego. Id genus cogitationes si occurrunt, quàm citissimè repellendæ sunt: iis namque diutius inhærere, aut identidem de illa re loqui, pestilens contagio est, & è qua grauissima in monasterijs mala damnaq; oriri solent. Si superiorem vos habere contingeret, quæ tale quid, quantumuis paruum, permitteret, credatis velim, Deum ob peccata vestra permisisse, vt eam, velut perditionis vestræ principium & originem haberetis. Quocirca inuocate eum, & per omnem orationem vestram apud eum instate, vt remedium aliquod afferre huic malo dignetur, quòd præsentissimo in periculo versamini. Diceris mihi fortasse, ignorare vos cur id ita extollam, & nimis rigidè me loqui: cum Deus etiam ita non mortificatum, suauiter & blandè habeat, ac benefaciat. Equidem non nego: infinitâ quippe sapientiâ suâ videt id ita expedire & opus esse quòd eos paulatim ad omnium rerum abnegationem & sequestrationem adducat. Non id voco omnia abnegare, monasterium ingredi, nam possunt impedimenta quædam habere, ob quæ id minus intrare valeant; & omnibus in locis potest perfecta quædam anima mortificata & humilis esse. Porro vno in loco difficilius hoc illi est, quàm in alio: nam commoditas loci plurimum ad hoc iuuat. Sed vnum mihi hoc credite, si vel minimum aut honoris, aut bonorum temporalium desiderium in ipsis locum habeat, (hoc namque tam in monasterijs, quàm extra eadem reperiri potest; quamquam pauciores ad hoc in his occasiones habentur, vnde etiam culpa in ijs maior esset) fore, vt, tametsi ad multos annos orationem, aut potius cõsiderationem (nam perfecta oratio omnes tandem imperfectiones aufert) exerceant, nunquam tamen singularem aliquem progressum faciant, vel vero orationis fructu fruuntur. Videte igitur, carissimæ, an non permagni referat, vos hæc quæ tam contemptibilia esse videntur, detestari, cum non aliam ob rem huc veneritis. Secus si feceritis, non propterea magis honoramini; sed, vbi compendium facere poteratis, ibi facitis dispendium: ad eò vt damnum simul & infamia hic reperiaatur. Vnaquæque igitur videat quam sit hu-

*Motus interni  
coercendi  
ante omnia.*

*Præuincendi  
voluntatis  
mala.*

*In omni loco  
exerceri potest  
mortificatio & hu-  
militas.*

*Honoris cura  
in magnis  
monasterijs  
malum est.*

*Honores  
nillos qua-  
rit humilis.*

*Humilitatis  
honor &  
commoda.*

milis, & sic videbit quantum profecerit. Existimo fore, vt diabolus eam quæ verè humilis est, etiam quoad primum motum, tentare non audeat in rebus ad præminentiam spectantibus: quòd enim versutissimus sit, vapulare metuit. Etenim fieri non potest, vt quæ verè humilis est, non propterea magis in hac ipsa virtute solidetur aut proficiat, si eam diabolus hac in parte tenter: certissimum namque est, illam tunc oculos in vitam priorem coniecturam, & visuram, quam parum Domino hæctenus seruerit, cum tamen tam multum ei debeat; quamque ipse excellens & præstans opus in sese humiliando fecerit, quòd humilitatis exemplum nobis daret; adhuc sua eam notaturam peccata, & vbinam iam ob eadem esse promeruerat. Per hæc porro considerationes anima tantum lucratur, vt postmodum ad eam denuò hostis reuerti non audeat, ne comminuto capite, rursus re infecta abscedere cogatur.

*Considerationes eius  
qui verè  
humilis est,  
cum ad super-  
biam ite-  
ratur.*

Hoc à me consilium capite carissimæ, & videre ne vniquam eius obliuiscamini, vt non solum in interioribus lucremini ( si enim in illis nullum faceretis lucrum, ingens sanè malum foret ) sed etiam quoad exteriora procuretis vt confortores vestra è tentatione vestra prouentum & commodum reportent, si modo aliquam de hoste vestro vindictam sumere, & citius à tentatione vestra liberari velitis: scilicet, vt statim atque tentamini, superiori vos ipsas detegatis, ipsamque quam affectuosissimè rogetis, vt abiectum & vile aliquod officium vobis exequendum committat, aut ipsametsponte vestra id quam poteritis optimè peragite; & apud vos ipsas seriò examine, quam potissimum in re voluntatem vestram per res ei contrarias & repugnantes, quas Domino suggerente discetis, exercere ac mortificare poteritis, nec non publicam mortificationem, cum illa hac in domo vsitata sit & vsurpari soleat, subeundo itaque fiet, vt tentatio paruo tempore duret; vestrum porro est curare, vt ea valde modicum duret. Liberet nos Deus ab illis, quæ sic ei seruire volunt, vt simul & de honore sollicitæ sint, & subire infamiam vereantur. Sciat is oportet, malum id lucrum esse, & vt dixi, honorem ipsum amitti eo ipso quod quæritur & ambitur, maximè dum altero quis maior esse & præcellere desiderat, nullum quippe in mundo venenum ita vitam eripit, atque hæc perfectionem tollunt & enecat,

*Ambitionis  
mala.*

Dicetis mihi has naturales reculas esse, ac proinde nõ multum curandas videri nolite, quæso, hinc ridiculo agere; hoc namque in monasteriis crescit ad instar spumæ, & in tam manifesto periculo, quale situm est in eo quod quis horum punctorum honoris rationem habeat, & num quæ illi facta sit iniuria, nec ne, reflectat, nihil vt paruum ducendum est. Scire vultis rationem? vt taceam alia, Diabolus forsitan in paruis aliquam vestrum rebus adoritur, quæ in se penè nihil sunt, statim verò efficit vt hæc

*Honor de-  
panditur,  
dum quari-  
tur.*

ipse

ipsæ alteri cuidam magnum quid esse videantur, adeò vt hæc magnum fore caritatis opus creditura sit, sociam cõmonere, quomodo talem sibi iniuriam irrogari patiat, dicens; Deũ precor, vt tibi det patientiam, hoc eq̃; illi offerre queas; nam ne sanctus quidem plura perferre posset. Paucis vt complectar, talem in lingua alterius dæmon ignem excitat, vt, licet tandem tecum ipsa firmiter statuas illud perferre, à vana tamen gloria tentata maneat, & quidem in re quam non ea qua quidẽ perferri oportebat, perfectione pertulisti. Imò adeò hæc nõstra natura infirma est, vt, esto vane gloriandi occasionem ipsæ nobis præscindamus, dicendo, nullam in eo patiendi materiam esse; aliquid tamen fecisse nos putemus, & hoc ipsa in nobis sentiamus; quanto verò id magis, si & alias id pro nobis sentire videamus. Hoc porro afflictionem & pœnam etiam nobis adauget, & cogitare nos facit nos bono iure niti. itaque contingit, animam omnes quas merendi habuerat occasiones amittere, & manere debiliorem, & ostium velut aperiri vt diabolus postea aliquid deterius ei instillet & inspiret. Imò fieri etiam posset, vt (etiam te id libenter pati volente) ipsa ad te venirent, & rogarent num bruti bestia sis; cum rationi nimis quàm consentaneum sit, vt quæ nobis iniuria fit, sentiamus. Per amorem Dei vos obsecro etiam atque etiam, carissimæ, vt nulla vestrum per indiscretum aliquem amorem erga aliam moueatur, ad ei in rebus huiusmodi fictas iniurias & afflictiones concernentibus compatiendũ: hæc namque compassio similis est illi, quam amici & vxor Iob, erga eum habebant.

*Quantum inde mali sequatur, quod anima non bene se in tẽratione gesserit.*

## CAPVT XIII.

COEPTAM MATERIAM DE MORTIFICATIONE PROSEQUITUR, & ait, Religiosam ceremonias, punctula, ac rationes mundanas fugere debere, vt ad veram rationem perueniat.

SÆpius vobis dico, carissimæ, & iam id scripto hic committere volo, & postero traditum relinquere, ne quæ vestrum eius obliuiscatur, huius domus Religiosis, nec non adeò omnibus qui ad perfectionem aspirant, remis velisq̃; quã maximè procul fugiendum esse, vt dicat: Ratione nitebar & iute, facta mihi iniuria est, & qui mihi illam intulit, immeritò intulit. Liberet obsecro nos Deus ab id genus malis rationibus. Quid? æquũ & iustum fuisse putatis vt benignissimus Dominus noster Iesus tantas iniurias pateretur, & hæc præter omne fas & iustitiã inferretur? Quæ crucẽ aliã ferre non vult, quã quæ illi æquissimo iure & meritissimo imponitur, ad quid in monasterio agat, nescio: reuertatur ad mundũ, vbi horũ argumentorũ ac rationũ nulla habebitur ratio. An fortassis tãtũ poteritis pati, vt plura pati non debeatis? quãnã hæc ratio est: Equidẽ verè eã nõ intellego. Cũ aliquis nobis honor, aut applausus, aut bona tractatio cõtinget,

*Excusatio quanto opere fugienda.*

*Iniuria non sunt assimãda iuxta meritum patientis.*

tunc

tunc huiusmodi proferre rationes possumus (nam profectò rationi plane aduersatur, tale quid nobis in hac vita fieri) sed cum nobis iniuria fit (ita quippe id vocant, non autem quòd verè nobis iniuria irrogetur) nescio quid sibi velit quòd sic loquamur. Quid? sponse ne tam potentis Regis sumus, an non? si sumus, ecquæ mulier honesta non particeps fieri velit infamiæ & probri sponso & marito suo irrogati, esto sua ipsa id voluntate non velit? Adeò vt honoris & infamiæ maritus & vxor inimicem particeps sint: Quocirca stultum & indignum est, in honore & regno eius partem habere & eo frui velle, & nullam in opprobrio & passione portionem quærere. Non faxit Deus, vt tale quid vniquam cupiamus: at, quæ inter omnes minimi fieri videbitur, illa omnium se felicissimam existimet. Et est, reuera felicissima, dummodo prout oportet, id toleret; honor quippe illi nec in hac, nec in altera vita deerit. Et hoc mihi credatis velim; sed, quam stultè & ineptè loquor, quòd mihi credi velim, cum ipsa met summa veritas id etiam asserat. Aliqua saltem in re summam sanctissimæ Virginis matris, cuius habitum gerimus, humilitatem imitemur, carissimæ. Nam reuera turpe est eius nos Moniales dici, illius autem humilitatem non sectari: nam quantumuis ipsa nos humiliare videamur, nimis quam multum distamus ab eo, vt talis matris filia, & talis sponsi sponsa dicamur.

Nisi ergo quæ superius dicta sunt, summa cum diligentia rescindantur, quòd hodie exiguum quid, & propè nihil esse videtur, cras fortasse veniale peccatum erit; idque tam duræ crudæque est digestionis, vt, nisi serio caueatis, solum id mansurum non sit, quæ sanè res in congregationibus pessimæ cõsequentiæ est. Ad hoc reflectere & aduertere quàm maxime oporteret nos, quæ ad hanc congregationem venimus, ne alijs, qui nobis benefacere, bonoq; nobis exemplo præluere allaborant, damnù aliquod inferamus. Si autem intelligeremus, quantum detrimenti communitati inferatur, dum mala quæpiam in eam consuetudo introducitur, mortem libentius oppeteremus, quam aliquam ad hoc occasionem daremus; hæc quippe mors corporalis est; sed damnium in animabus, damnium grauissimum est, & quòd, prout mihi quidem videtur, finem nullum habet: nam vnâ demortuâ semper alia atque alia succedunt, quæ omnes forsitan plus ex vna mala, quam nos induxerimus, consuetudine noxæ, quam è multis virtutibus boni haurient; dæmon namque efficit, vt numquã illa intermoriatur, at virtutes, per ipsammet naturalem infirmitatem humanam decidunt, nisi homo per se contra nitendo allaborer, & Dei gratiam exposcat. Hem! quam illa magnam caritatem, & quale Deo obsequium Monialis præstaret, quæ, cum se ad consuetudines has in domo seruari solitas, seruandas imparem videret, hoc in se vellet

*Qua minimus honorata omnium est felicissima.*

*Imitanda B. Virginis humilitas.*

*Quam noxium sit malam consuetudinem inducere.*

agnosce-



agnoscere, & in mundum hinc regrederetur, priusquam vota eaderet, itaque alias quiete sua frui iuneret. Imo, in nullis omnino monasterijs, si modo credere velint, eam retinebunt, nec ad professionem admittent, quoadusque eam, post multorum annorum probationem & periculum, valde se comperiant emendasse. Non loquor de defectibus circa opera penitentiae & ieiunij, nam, estis haec sint imperfectiones, non tamen huiusmodi sunt, quae tantum, si negligantur, damnum adferant, sed de certis quibusdam conditionibus, quae in nonnullis notantur, quod scilicet laudari & magnificari gaudeant, quod alienos defectus acutè videant, proprios vero numquam agnoscant, & alia huiusmodi, quae indubie ex humilitatis defectu oriuntur. si qua huiusmodi sit, nisi eam Deus benignè respiciat, magnum illi spiritum dando, non sinat Deus, eam ut in vestra congregatione retineatis, antequam ipsam ad multos annos probaueritis & videritis nū se correxerit. Noueritis enim, ipsam & nullā in se ipsa requiem habituram, & vos omnes quoque inquietaturam. Unde me illorum miseret monasteriorum, quae saepe, ne quam talis secum indotem attulit pecuniam, reddere cogantur, vel ut honori amicorum illius consulant, intra domum continent furem, quae ipsorum thesaurum diripiat. Vos honorem mundanum hac in domo prodegistis & perdidistis (pauperulae quippe nullo loco sunt) alienus ergo honor tanto vobis non consistet, aut ita cura sit. Honor noster, carissimae esse debet, Deo seruire, si quae autem in hoc vos impedire vellet, honorē suum sibi habeat, & extra maneat. Hac enim de causa maiores nostri anni vniuersi nouitiatū instituerunt: equidē vellē, ut ante decennium nulla ad professionē emittendā admitteretur: quae enim verē humilis est Monialis, parum curabit quod professionem non fecerit, probè sciens, se, si bona & morigera sit, minime expellendam: si autem bona nō sit, cur huic Christi Saluatoris nostri collegio damnificare valeat? Voco autem, non bonam, non quae aliquam vanitatem faciat (quam, cum Dei gratia, longe à domo hac abfuturam credo) sed, quae non bene mortificata sit, at rebus mundanis, aut sibi, in ijs quae dixi, affectu maligno adhærescat. Quaecumque autem notabilem in se emendationem non videbit, mihi, quae so, credat, & nullatenus professionem edat, nisi hic habere infernum velit; & deus Deus, ne & postea eum habeat: quia multa illuc deducuntur, in ipsa reperiuntur, & forsitan, nec aliter tam bene hoc intelligent, quam ego. Hoc mihi credatis velim, alioquin, ipsam tempus quod ad oculum id ostender, vobis in testem do. Etenim propositum nostrum est, nō solum Monialium, sed & Eremitarū vitam ducere, sicut primi nostri Patres sancti fecerunt; itaque nos ab omni eo quod creatum est, sequestramus, & separamus. Et cum à Domino aliqua ad hunc locum delecta est, potissimum curamus, hanc ut illi gra-

*Ad quos defectus reflectere oportet, ut à professione excludant.*

*Religiosarū honor est seruire Deo.*

*Quae verē humilis est, de voce emittendā sollicita non est.*

*Non est ad professionem admittenda, quae rebus mundanis affixa est.*

*Dominus  
dat gratiã  
ijs quos ad  
ordinem S.  
Matris vo-  
cauit.*

tiam det, & licet modò non habeat eam quam quidẽ oportebat, perfe-  
ctionem, facilè tamen apparet, et niam eò tendere, idque colligere est è  
summo gaudio & iucunditate, quam sentit ex eo quòd iam nullum cum  
vlla vitæ huius re sibi negotium posthac fore videat; nec non è summa  
illa delectatione, quam ex omnibus rebus ad religionem spectantibus  
percipit.

Iterum dico, si quæ ad ea, quæ mundi sunt, affecta sit, & operam non  
det vt paulatim proficiat, illam ad monasteria nostra prorsus ineptam  
videri; & si nihilominò omninò Monialis esse velit, ad aliud Monasteriũ  
concedere posse; sin minus, visuram quomodo sibi res sit successura. Me,  
quæ hoc primũ incepti, non infimulet, quod ipsam non commonue-  
rim. Si modò cælum in terra inueniri possit, domus hæc cælum est ei, cui  
satis est soli Deo placere, & de propria commoditate parum sollicita est;  
& satis commodè beneque in ea sumus. Sed, si amplius quid desideret,  
omnia perdet, quia id hic non habebit. Anima porro, quæ contenta non  
est, similis est nauſeabundo; hic enim, quantumuis cibus sapidus est, nau-  
ſeam eius concipit, & quod beneuolentes quàm cupidissimè comedant,  
hoc ipsi in stomacho nauſeam ciet. Alibi melius salutem suam operabi-  
tur, & forsitan ad eam paulatim pertingeret perfectionem quam hic ferre  
non poterat, cum illa simul & semel hic assumatur. Nam etsi expe-  
ctandum sit tempus, vt quoad interiora ab omnibus penitus nos seque-  
ſtremus & mortificemus; quoad interiora tamen id fieri debet quàm bre-  
uissime, ob ingentia quæ inde ad alias deriuari possent damna. Et si hic  
(cum nimirum omnes sodales suas id facere videat, & semper in tam bo-  
no consortio agat & conuerſetur) anno vno non proficiat, vereor vt et-  
iam multis annis non proficiat. Non dico, pari id in ipsa perfectione fu-  
turum, qua in alijs erit; ita tamen, vt apertè intelligatur, ipsam paulatim  
meliusculè habere: quod statim videre est, cum morbus ipse mortalis  
non est.

*Etsi ad per-  
fectionẽ in-  
teriorũ tem-  
pus necessa-  
riũ est, tamẽ  
exteriora si  
multo citius  
pudientur.*

#### C A P I T U L U M XIV.

OSTENDIT, QUANTI REFERAT, NULLAM EARVM AD  
*professionem admittere, quarum spiritus rebus predictis  
contrarius est.*

*Monasteriũ  
ingrediẽtis  
inẽtio spe-  
ctanda est.*

**C**Rediderim equidem Dominum benignè & favorabiliter ad-  
modum se gerere erga eum qui firmam apud se determina-  
tionem facit: atq; ideo illius quæ ad Ordinẽ admittitur consideranda in-  
tentio est, scilicet vt non solum huc veniat vt sibi ipsi bene sit; quem-  
admodum hodierna die permultas facere videmus. esto hanc intentionẽ  
Dominus perficere possit, si persona bono sit ingenio, & valeat iudicio;  
at, si

at, si ingenium non habeat, nullatenus admittenda erit: nam nec seipsam intelliget, quomodo ad monasterium veniat, nec etiam alias, ut meliorem intentionem induat, ei postea persuadere cupientes. Plerumque enim fit, ut, quaecumque hunc defectum habet, semper sese melius putet intelligere quid sibi conveniat, quam quae prudentissima est. Quod malum huiusmodi est, ut id ego velut immedicabile reputem; communiter namque aliquam malitiam secum fert. ubi quidem magna est congregatio, facile id tolerabitur; sed inter tam paucas ac nos sumus, minimè tolerandum est. Cum praeclarum aliquod ingenium ad bonum induci incipit & pertrahit, firmiter ei adhaerescit; videt quippe, id sibi expediensissimum esse: & si fortè ad magnum spiritum habendum non pertingat, saltem ad bonum consilium dandum, & ad alia plurima erit utile, ita ut nulli molestum sit: at quando alicui deest ingenium, nescio quem illa in communitate facere fructum possit, damni verò inferre possit plurimum. Hic defectus admodum paruo aut brevi tempore non notatur: plurimas quippe inuenire est, quae bene quidem loquuntur, sed parum intelligunt; aliae e contra verbis breues sunt, & non eloquentes, sed ad multa intelligenda idoneae. quamquam & sanctas quasdam simplicitates inuenire fit, quae in rerum mundanarum tractatione & conuersatione parum veritate sunt, sed ad cum Deo conuersandum maximè industria.

Quocirca diligenter videant & dispiciant Superiores oportet, quasnam admittant, & admissas logo tempore explorent, antequam vota eas finant emittere. Date operam, ut tandem mundus intelligat, potestatem vobis esse ad ineptas & inhabiles dimitendas: nam in monasterijs, in quibus austeritates locum habent, multas ad hoc faciendū causas inuenire erit, nec sibi illa iniuriam fieri putabunt, si id rite obseruerit. Hoc eo dico, quia tempora nostra iam ita infortunata sunt, & tanta nostra debilitas, satis ut non sit id nos habere ex institutione ac praecepto eorum qui ante nos fuerunt, quo minùs intueamur id, quod praesentes & moderni ut honorificū duxerunt, ne quā scilicet amicis iniuriā & offendiculū inferrent. itaq; dū parua inferre iniuriā cauemus, ad quoddā hominū obloquiū impediendū (quod tamen nihil omnino est) bonas laudabilesq; consuetudines in defuetudinē & obliuionē venire sinimus. faxit Deus, ut in altera vita non luant, quae tales in Ordinē admittunt; nunquam quippe aliquis deest praetextus, quo, hoc nefas & illicitū non esse, ipse nobis persuadeamus. Et est hoc huiusmodi, ut singulas nostrū per se ad hoc aduertere oportere t, Deoq; in precibus id cōmendare, & Superiorē ipsam animare; cum res sit, quae vsque adeo ad vnāquamque in particulari spectat. Vnde Deum precor, ut sapientiam ac lucem in hoc vobis elargiatur. Et

*Ad quid bonū ingenii profic.*

*Consuetudines b. na intelligenda nō sunt.*

ipsa mihi persuadeo, quãdiu Præposita, sine vlllo sinistro affectu aut passionem, commodum domus quærit, futurum, vt Deus ipsam numquam errare patiatur: & e contra, in harum commiserationum, & fatuarum considerationum, intuitu errorem neutiquam de futurum credo.

## CAPVT XV.

QUANTVM SITVM SIT BONI IN EO, VT QVIS SE, ETIAM  
quando se innocentem & sine culpa condemnari videt, non excuset.

**I**D, quod nunc docere vos volo, mirè me confundit, & ruborem magnum mihi inicit, scilicet, ne vos vllatenus excusetis (quod sanè perfectissima quædam, & maximorum meritorum est consuetudo) me etenim opere & re ipsa præstare oportet, quod quoad hanc virtutem vos docere volo. fateor (& quidem verissimum est) in hac me quàm minimum profecisse: nunquam enim (vt mihi quidem videtur) occasio mihi deest cogitandi mihi que persuadendi, maius bonum fore ac virtuosius, me excusare. Verùm quia interdum id licitum est, imò malè quis faceret, si se non excusaret; hinc discretionem, aut (vt melius loquar) humilitatem nõ habeo, ad tunc hoc faciendum cum expedit. Magnæ siquidem humilitatis argumentum est, videre, immeritò & innocentes nos damnari, & si flere; q̄ qui facit etiã nã ille Dominum Iesum, qui omnes nostras culpas abstulit, egregiè imitatur. Vnde etiã atq; etiã vos rogo, vt vos quoad hoc exercere satagatis: magnos quippe secum hæc res fructus fert; & vice versa, nullum omnino in nostri excusatione commodum video; nisi forte quibusdam in casibus, dum scilicet aliquam proximo irascendi occasionem daremus, veritatem ei non aperiendo, facile hoc intelliget, qui maiorem me discretionem habebit. Equidem permagni referre arbitror, vt huic se virtuti quis assuefaciat, aut veram à Domino humilitatem obtinere satagat; etenim ex hac altera illa proueniat oportet. Qui enim verè humilis est, re ipsa velle ac desiderare debet, vt parui fiat, vexetur, exagitetur, & condemnetur, esto nihil, cur id mereatur, commiserit. si enim imitari Dominum velit, quanã in re meliùs quàm hac, eum imitetur: nulla

*Humilis est, & Dominum imitatur, qui se immerito condemnari patitur, nec se excusat.*

*Satius est imitari virtutibus, quam asperitates subire quæ valeletudini nocent.*

corporali ad hoc opus est fortitudine, nullis viribus, nullo alterius auxilio, præterquã Dei solius. Vell & sanè carissimã, vt ad insignes hæc virtutes comparandas, omne nostrũ studiũ & conatus, & omnis penitentiã nostra tenderet: nam quod ad alias excessiuas & immoderatas austeritates spectat, nostis me, in illis vobis permittendis, quàm strictissimam esse, quod nocere eã valetudini possint, si sine discretionem suscipiantur: sed in priori illo non est quod timeamus; virtutes enim internæ, quantumlibet magnæ, corporis robur non imminuunt, quo minùs Religioni vtilis sumus

mus & seruiamus, imò verò animam corroborant. Deinde (vti & alias me dicere memini) in minimis rebus assuefacere vos potestis, vt in alijs maioribus victoriam referatis. Porro, quàm bene hoc scripto traditur, quàm autem malè id ipsa opere ( vt verum fatear ) in magnis rebus exequor. Numquam verò rei huius periculum facere potui; numquam enim vllū aliquod de me malum loquentem audiui, quin liquido perspiccerem, minus illum dicere quàm reuera id erat. nam, etsi fortè eadem mala non essent, in alijs tamen plurimis Deum offenderam, vnde etiam plusquam satis facere mihi videbantur, quòd de alijs illis nihil dicerent: etenim semper magis mihi placet, vt quæ falsa sunt de me dicant, quàm quæ vera sunt. Huc imprimis confert, vnūquemq; apud se considerare quantum hic boni & commodi omnimodis sequatur; & quàm, vice versa, parum damni (meo quidem iudicio) hinc proueniat, imò illud hic præcipuè homo lucratur, quòd Dominum aliqua saltem in re imiteretur. In aliqua saltem re inquam: nā si omnia benè & accuratè expendantur, numquam sine omni prorsus culpa, & planè immeritò, accusamur; semper quippe culpis scateremus, cum septies per diem cadat iustus; & mentiremur haud dubiè, si nullum nos habere peccatum diceremus: ita vt, licèt id in nobis peccatum non sit, cuius insimulamur, numquam tamen ita omnis expertes culpe simus, sicut bonus Iesus erat.

*Quantum sequatur boni ex eo quod quis se non excuset.*

Quando, o bone Iesu, mecum perpendo, quàm multis passus sis modis, & tamen id te minimè promeruisse, quid de me ipsa dicam nescio; aut, quid sentirem tūc cum quid pati nolebam, aut vbi sum tunc, cum me excuso: & tu bonum meum nosti, si quod bonum habes, non per alias id mihi manus datum esse, quàm per tuas. Quid porro inde tibi aut accedit aut decedit, Domine, vtrum multa des an pauca; an, quia id non promerui non promerui quoque beneficia, quæ in me contulisti: mene desiderare vt aliquis bonam de re adeò mala, qualis ego sum, opinionem haberet, quæ tam multa mala de te dixi, qui super omnia bona bonus es: Est hoc prorsus intolerabile, Deus meus, prorsus inquam intolerabile: nec vellem permitteres, vt aliquid non vsquequaque oculis tuis placens, in ancilla tua reperiretur: respice porro, Domine, meos, cecos & valdè modico contentos esse; tu mihi lumè da, & præsta, verè vt ab omnibus contemni & vilipendi cupiam, cum tories te, à quo tam fideliter tamen diligor, dereliquerim. Quid hoc est, Domine mi? quod lucrum speramus ex eo quòd creaturis placemus? quid nobis noceat, ab illis omnibus acriter accusari & traduci, si in oculis tuis sine culpa simus?

Quàm difficulter carissimæ, hanc intelligere veritatem possumus! Bonum est considerare & hæc est causa, cur numquam ad perfectionis apicem ascensura simus, quia sic quod est & nisi assiduè præ oculis habeamus, & recogitemus, quid sit quod est, & quod non est.

quod non est. Nam, esto aliud in eo bonum & commodum situm non esset, quam quòd is qui vos accusauit, magno rubore suffunderetur, eū videbit, quòd vos innocentes & innoxias iudicari pariamini, id sanè quàm maximum est. Tale quid subinde animam magis sustollit; quàm decem conciones. Operibus autem omnes cõcionatrices simus oportet, cum & Apostolus Paulus, & nostra inhabilitas & ineptitudo verbis & linguà nos concionari vetet. Nolite vinqum cogitare, malum aut bonum quod facitis, quantumuis arètè reclusa sitis, occultū futurū; Putatisne, carissimæ, q̄ vos ipsas non excusetis, idèd neminem fore qui vestri patrociniū suscipiat? Videte, quomodo Dominus Magdalenam, tum in Pharisei domo, tum etiam cum à sorore carperetur, defenderit & propugnauit. Non tam rigidè is vobiscum, quàm secum, ager: cum enim latro patrociniū eius suscipiebat, in cruce tunc pendebar. Maiestas quippe eius, aliquem excitabit, qui patronum vestrum ager, & si id non fecerit, certum est id minimè opus esse. Hoc ego re ipsa vidi, atque etiam ita est; esto vos eius recordari nollem, sed gaudere, quòd culpemini. Quale autem anima vestra inde lucrum relatura sit, tempus vos docebit, quod ad hoc vobis in testem configno. Ita namque libertatem acquirere incipimus, & perinde nobis est, malumne an bonum de nobis dicatur; imò verò huiusmodi quid, id vobis esse videtur, vt ad alios potiùs quàm nos spectet. Et perinde se res hic habet, ac cum duo secum inuicem loquuntur; qui quod nobis non loquantur, de ipsis respondendo minimè solliciti simus; ita & hic, eò quòd ex consuetudine minimè nos ad respondendum teneri putemus, ad nos minimè sermonem fieri credimus. Hoc impossibile prius videatur nobis, quæ tam citò indignamur, & parum mortificatæ sumus. Initio quidem fateor, graue hoc est, sed isthanc libertatem, & nostri ipsarū abnegationem, & mortificationem, per Dei gratiam, obtineri posse scio.

## CAPVT XVI.

**EC QUOD ESSE DISCRIMEN DEBEAT INTER PERFECTI-**  
*onem vitæ contemplatiuorum, & eorum quibus oratio mentalis sufficit, & quomodo fieri possit, animam negotii distractam & vanam subinde à Deo ad perfectam contemplationem extolli; & quæ huius rei sit causa. Hoc caput, vti & sequens notatu dignissimum est.*

**N**olite existimare, carissimæ, hæc omnia multum esse; scachos quippe (vt in prouerbio est) iam primum digerere & ordinare incipio. Petistis à me, vt modi orationis tenedæ principia vobis traderem: quod ad me, carissimæ, et si per hoc me principium Deus npi duxerit (nā verissimile est nondum me harum virtutum principium habere) aliud tamen ignoro. Credi-

*Esto nos non excusetis  
 Deus enim  
 semper excusat aliquem  
 qui innocẽ  
 rem defensit.*

Credite autē, eum qui in lusu scachorum latrūculos & scachos non rectē nouit collocare, non bene lusurum, & nisi simplicē ac secundariū scachū dare nouerit, neq; etiam primariū & scachmatum daturū: esto me reprehenderetis, quōd de lusu loquat, cūm is in hac domo nec reperiatur, nec inueniri debeat. hinc perspicere potestis, qualem uobis Deus matrem & fundatricem dederit, quæ etiam huiusmodi nugarum perita fuerit. At dicunt, lulum hunc aliquando licitum esse. Quā uerō id genus lusus uobis quadraret, ac quam citō si sapiūs eum usurparemus, diuino huic regi qui manibus nostris nec poterit, nec uolet elabi, scachmatum daremus. Regina autem est, quæ hoc in lusu maximum ei facessere negotium potest, ad quod etiam alij eam latrunculi iuuant. Nulla Regina ita cum mansuefacere potest ac humilitas. hæc enim eum è cælo, in purissimæ uirginis uerum fecit descendere, & per hanc vno dumtaxat capitatis crine eum in animas nostras deuocabimus. Et certum fixumque uobis sit, eum qui plus humilitatis habuerit, magis ipsum retenturum; qui uerō minus, etiam minus. Non intelligo enim, nec etiam intelligere possum, quomodo inueniatur, aut etiam inueniri possit, humilitas sine amore, & amor sine humilitate: imō impossibile est, hæc duas uirtutes in aliqua in sua perfectione sine insigni quadam à rebus omnibus creatis alienatione & renuntiatione inueniri.

Petētis à me, carissimæ, cur de uirtutibus uobis hic loquar, cum satis multos habeatis libros, è quibus eas discere possitis & aliud audire nolitis quam de contemplatione loquentem? Dico autem uobis, si etiam de meditatione uoluissetis ut uobiscum agerem, etiam de illa loqui possem, & omnibus consulere, ut eam exercerent, tametsi uirtutes nullas haberent: etenim ipsa omnium uirtutum comparandarum principium est, & omnium nostrum Christianorū uita in eo sita est, ut ei nos dare incipiamus: atque ad eò nemo quantumuis perditus & improbus sit, si quidem à Deo ad tantum bonū ex ceteris, ipsum negligere aut omittere deberet, uti alio me loco monere memini; quod ipsum & alij multi scriptores docent, qui quid scribant sciunt, nam ego sanè id nescio; nouit Deus. At contemplatio, carissimæ, quid aliud est. nam in hoc omnes erramus, quod, statim atque aliquis quotidie per aliquod temporis spatium peccata sua cogitare incipit (quod eum, qui plus quam nomine tenus Christianus esse uelit, facere oportet) eum ualde contemplatiuum esse dicant, & quamprimum solidis illis & illustribus uirtutibus donatum illum cupiant esse, quas habeat oportet is qui maximè contēplatiuus est, imo & ipsemet multo magis id uult. Hic in ipsis errat principiis, & latrūculos bene digerere nesciuit; satis esse putās eos nosse, ad scachmatū inferēdū ac dādū. Hoc aut fieri nequit: Rex enim, de quo loquimur, non ita faciliē sese dedit, nisi illi dūtaxat, qui

*Humilitas est que Deum maximo exprimat.*

*Nemo statim perfectus est ac orationē tenero incipit.*

xat qui se totū ei dat. Si ergo viā me vobis declarare vultis, carissime, que rectā ad contemplationem ducit, nolite agrē ferre, si equo diutius forsitan immoreris, quā, esto initio tanti nobis esse momenti non appareant, meo tñ iudicio maximū videtur. q̄ si audire nolitis, aut executioni mādare, in oratione vestre mēali, quoad viueris, remanete. Nā vobis, quin & omnibus alijs, ad tantum bonum aspirantibus dicere auium (fieri tamen potest me errare, cū rem hāc ad modulum meum metiar, quæ viginti ipsis annis hoc assequi sum conata) nequaquam vos ad veram contemplationem peruenuras iam verò exponere mihi viliū est, quid sit oratio mētalī, forsitan enim nonnullæ vestrum nondum satis intellexerint, quid illa sit. & faxit Deus, vt sic eam practicemus, vti practicanda est: quamquam verear, ne ea satis tenuiter & frigidè vsurpetur, nisi virtutes simul habere satagamus, tamen si non tam alto in gradu & tam perfectas, atque ad contemplationem requiruntur. Dico igitur, Regem glorie ad animam nostram non venturum (vt scilicet cum ea vniatur, & velut connubium ineat) nisi heroicis & solidas virtutes consequi pro posse allaboremus. Pluribus hoc declarare volo; si enim me vel minimum quid contra veritatem dicere deprehendatis, in nulla re prorsus mihi fidem date; & iure meritoque id faceretis, si quidem scienter id & aduertenter facerem (sed hoc à me auertat Deus). Id autem si contingat, ideo erit, quòd rem melius aut non sciam, aut non intelligam. Dicere ergo volo, Deam interdum hominibus in malo statu agentibus tantas gratias facturam, vt eos ad contemplationem sit euecturus, quòd hæc ratione & via ipsos è manibus demonis cripiat.

Ah, quoties te, Domine, contra diabolū velut duellare, & confertis brachijs certare cogimus: satis non erat, quòd te à brachijs eius complecti siueris, cū te in templi pinnaculū sustulit, vt nos doceres quomodo eum expugnare debeamus? quale, quæso, spectaculū hoc esse debeat, filiæ, videlicet solem illum tenebris ipsis proximum & velut iunctum videre? quā verò scelestus & damnatus ille timore plenus fuerit oportet, vt tamen nesciret vndenā is sibi accideret: non permittebat enim Deus, vt hoc ipse intelligeret. Benedicta sit tanta pietas & misericordia, quomodo nos Christianos pudere deberet, quòd eum quotidie cōfertis brachijs (vt dixi) eum tam fœda bellua certare compellimus? Equum sane & necessarium erat, Domine, tam valida & robusta te brachia habere, atque habes. sed qui sit, vt per gratia illa, qua in cruce passus es, tormenta, illa tibi nō debilitata & infirma reddita sint? Sed, quidquid ex amore patimur, iterum sponte sua solidatur, & coalescit; vnde credo futurū fuisse, vt si quidem viuis mansisses, amor quo nos ipse prosequeris, iterum vulnera & plagas tuas consolidasset, ita vt nullā aliā ad hoc opus fuisset medicina

*Deus inter-*  
*dam ad cō-*  
*templationē*  
*euehit qui*  
*in malis sūt*  
*statu*

*Quod ex a-*  
*more qui*  
*patimur, ilico*  
*desinit.*



dicinā & medicamentis. Utinam verò Deus meus & Dominus, aliquis mihi talem in omnibus, quæ mihi molesta & pœnosa sunt, medicinā sup-  
peditaret; quàm illa libenter mihi desiderarem, si modò certò scirem per  
tam salutare vnguentum me sanitati restitutum iri.

Ut autem ad id, quod antè dicebam, reuertar, dico quasdam animas  
esse, quas hac Dominus ratione se lucrifacere, & ad se pertrahere posse  
nouit; &, quàmuis eas iam penitus desperatæ salutis & perditas esse vi-  
deat, vult tamen Maiestas eius, quò minus ad frugem redeant, à se non  
pendere. ac licet in malo statu sint, & à virtutibus non bene instructæ; cõ-  
solationes tamen, ac gustus, & cordis teneritudinem, ipsis immitrit; quæ  
eas paulatim ad bona desideria concipienda mouere incipit, quin & sub-  
inde illas ad contemplationem adducit; sed rarò id fit, & est ea parua du-  
rationis. Et hoc, vt dico, facit, vt videat & probeat, an per hanc suauitatem  
illæ sese ad sepè eo fruendum cupiant disponere: at si se huc non dispo-  
nant, condonare id tibi possunt, aut potius tu id illis condona Domine.  
Dolendum quippe in primis est & indignum, hæc ratione ad animam  
aliquam venire, & ipsam se postea ad ea quæ terræ huius sunt applicare,  
quò affectu ipsis adhæreat. Multos esse credo, quos hoc Dominus modo  
probat, sed quàm paucissimos, qui sese ad hoc fauore & gratiâ fruendum  
disponant. Cum enim Dominus eam elargitur, & nos in culpa non su-  
mus, certissimè mihi persuadeo, ipsum à dando non cessare, donec ad al-  
tiorē eas gradum euehat. Sed, cum tã promptè & sincerè nos ipsos ma-  
iestati eius non damus, quàm ipse se nobis dat; nimis quàm satis facit,  
quod in mentali oratione adhuc nos manere sinat, & nos per intervalla  
subinde, velut operarios in vinea sua laborantes, inuisat. Sed alij illi, caris-  
simi illius sunt filij, quos continuò penes se, & ad latus habet, quosq; à se  
non libenter dimitteret, nec dimittit, quòd illimet iam ab ipso discedere  
nolint. Sux illos mensæ assidere facit, ac de suo illos cibo reficit, ac de vt  
etiam escam, (vt vulgo dicitur) ore suo educat, quò ipsos huius participes  
faciat.

O beatam solitudinē, carissimā! ô beatam ac felicem regularum  
tam paucarum & viliū abdicationem, quæ ad tam sublimem statum af-  
cendit! Cogitate, quàm parum curaturæ sitis, quòd vos vniuersus mun-  
dus accuset & calumnietur, dum modò suis vos Deus ipse brachijs com-  
plectatur? potens ipse est ad ab omnibus vos malis & calumnijs liberan-  
das: verbo vno cum mūdum fieri & esse iuberet, ipse ilico factus est; nam  
ipsum velle, est operari. Nolite timere, vt maleuolorum obloquia contra  
vos insurgere ipse vmquam permittat, nisi fortè ad maius ipsum diligen-  
tium bonum ac commodum: neque enim tam paruo se diligentem amo-  
re prosequitur. Cur ergo nos, carissimā, omnem quem possumus, amorē  
ci non

*Cur anima  
mala inter-  
dū ad contē-  
plationē  
euehatur.*

*Malum est  
Deo semel  
inuenio, ad  
res terræ eo  
relieto redi-  
ro.*

*Quomodo se  
Dominus cū  
ijs gerat qui  
faciūt quid-  
quid possūt*

& non ostendamus? considerate, quæso, quàm bona & pulchra commutatio sit, amorem nostrum, pro amore ipsius, rependere & persolvere cogitate, ipsum posse omnia, & nos nihil omnino, nisi illud tantum, quod ipse nos posse facit. Sed quid, quæso, est, Domine creator, quod pro te, & in tui gratiam facimus? etenim leue aliquod propositum & bona voluntatula velut quoddam nihilum est. Cum ergo Maiestas eius eo quod nihil est omnia nos emere cupiat, ne simus, quæso, ita fatuæ & insipientes. Video, Domine, omne nostrum damnum ex eo prouenire, quod oculos in te non conijciamus: si enim nihil aspiceremus præterquam viam, statim eo peringeremus; sed, quod oculos (vt idico) in veram viam non conijciamus, hinc millies cadimus, & cespitamus, & à via erramus. Ad eod quidem nobis ea videtur noua, numquam vt trita & calcata fuisse videatur. Deplorandum sanè & miserum est, videre quod interdum circa hoc cõtingit. Ideo dico videri nos nec Christianos esse, nec vñquam in vita passionem Dominicam legisse: si quando enim vel minima occasio incidit, in qua, ne minoris quàm oporteat ab aliquo fiamus, periculum est, minimè id ferimus, nec vñquam id ferre posse videmur: nam statim dicunt, Nõ sumus sancti, non sinat Deus, carissimæ, vt, si quando aliquid imperfecti commiserimus, dicamus, Non sumus Angeli, non sumus Sanctæ: cogitate, esto iam sanctæ non sumus, nihilominus valdè bonum esse, cogitare, posse nos, si ad hoc conitatur, Deo auxiliarem manum à parte sua apponente & nos iuuante, esse sanctas, nolite timere, vt ipse in culpa sit ac deficiat, si ipsæ in culpa non sumus & deficiamus. Cum autem aliam ob causam huc non venerimus, operi (vt dicitur) manum admoveamus; nihil excogitemus quo quidem Deo seruire posse putemus, quin firmiter præsumamus ac speremus, mediante eius gratia nos id posse adipisci. Talem animositatem & præsumptionem hac in domo reperiri vellem, vt quæ facit vt & humilitas semper increseat, & sanctam quamdam audaciam habeamus: Deus enim fortes & animosos iuuat, nec personarum acceptor est. Longè à proposito deflexi; vnde ad id quod dicere cõperam, nimirum quid oratio mentalis & contemplatio sit, reuerti volo. Indecens & dissentaneum quidem esse videtur me de ea loqui, sed apud vos in omnibus excusationem inueniam; & forsitan id melius è stupida scriptioe mea, quàm ex aliorum scriptorum subtili intelligetis. Ad hoc autem mihi Dominus gratiam concedere dignetur. Amen.

Noxiū est oculos nostros ad Deum nō conijcere.

Cum deliquimus, non statim dicendum est, Non sumus Angeli aut sancti.

Bona præsumptio est, præsumere nos cū Dei gratia omnia posse.

## CAPVT XVII.

OMNES ANIMÆ AD CONTEMPLATIONEM APTE NON  
*sunt, & nonnulla etiam valde serò ad eam pertingunt; & is qui verè humilis est, con-*  
*tentus sit oportet per eam viam incedere, qua*  
*eum Dominus deducere*  
*volet.*

Videor iam in orationis materiam intrare; sed aliquid mihi adhuc dicendum restat, quod permagnifanè momenti est; de humilitate inquam, quæ hac in domo in primis necessaria est; in ipsa namque primarium orationis exercitium situm est, & sicut dixi, apprime necessarium est inquirere & scire vos velle, quoniam modo quàm maximè in humilitate vos ipsas exercebitis; & est hoc magnum huius virtutis punctum, & omnibus orationis studiosis maximè necessarium. Quomodo enim qui verè humilis est, cogitare poterit, tam se bonum esse atque ij sunt qui ad contemplationis gradum pertingunt? Vt quidem talis sit, Deus facere potest per suam bonitatem & misericordiam: sed, si meum sequi consilium velit, semper se in infirmæ loco collocet; ita namq; vt faceremus, Dominus nos & verbis & opere etiam ipso docuit. Huc tamen ipsa se disponat, si fortè hac eam via Dominus vellet conducere, sin minus tunc humilitas locum habet, quod scilicet beatam sese æstimet, quod ancillis Dei seruire possit, eique gratias agat, quod cum Dæmonum ancilla in inferno esse promeruerit, Maiestas tamen illius ipsam in ancillarum suarum numerum cooptarit.

Non sine causa hoc dico; nam, quemadmodū iam antè dixi, permagnè refert, intelligere, non eadem omnes via à Deo conduci; & forsitan, qui se infimo in loco incedere putat, in oculis Dei summus & supremus est. Adeo vt cogitare non debeamus, cum omnes quæ hac in domo sunt, in oratione se exercent, propterea omnes debere esse contemplatiuas; hoc enim impossibile est, & permultum consolabitur eam quæ contemplatiua non est, hanc veritatem intelligere, scilicet, esse hoc rem quam Deus dat ijs, quibus dare voluerit. Sed, quoniam hæc ad salutem minimè necessaria est, & Deus hanc à nobis in præmium ac mercedem non petit, minimè cogitet fore, vt aliquis hanc ab ipsa petiturus sit, aut propterea desinat valde perfecta esse, si modo faciat id quod dictum est. Quin imò fieri potest, vt sic maius meritum habeat, cum maiorem hic suscipere laborem debeat, & Dominus eam vt fortem *conducat, & in tempus futurum simul ei & iunctum referuet id quo iam*

*Primarium  
 orationis  
 exercitium  
 est humilitas,*

*Non ideo o-  
rationis fru-  
dium inter-  
mittat quis  
quod ad cõ-  
templationẽ  
euectus non  
fit.*

*S. M. an-  
nis qua-  
tuordecim  
sine libro me-  
ditari non  
petuit.*

*Diversus ad  
meditationẽ  
se disponendi  
modus.*

*Sancta qua-  
ad orationi  
mentali in-  
sistere non  
poterat.*

*Gustus à da-  
mone venire  
possunt.*

*Gustus à  
Deo veni-  
entes adse-  
runt humi-  
litate.*

*Qui gustus  
nullos reci-  
peunt, am-  
bulant in  
humilitate.*

hinc non fruitur. Non ideo tamen animum despondeat, vel orationem in-  
termittat, aut facere desinat quod reliquæ omnes faciunt. Subinde enim  
Dominus valde serò venit, & hinc tam bene, & tam coniunctim simul  
omnia soluit, quàm in multis annis, paulatim alijs dedit. Plusquam qua-  
tuordecim ipsa annos fuit, quod ne quidem meditationem exercere pos-  
sem, nisi simul in libro legèrem. Erunt & multi alij huius conditionis &  
genij; alij quoque, qui, esto etiam in libro legant, meditari tamen non  
possunt, sed duntaxat vocaliter orare; & in hoc subinde adhuc hærent,  
nec ulterius progrediuntur: Etesim nonnulli tam leuium agiliùmq; cogi-  
tationem sunt, vt nulla in re hæere possint aut se detinere, sed semper  
inquieta sint; & ita quidem, vt, si suam retinere cogitationem & cohibere  
velint, quo de Deo cogitent mox illa ad sexcentas nugas, scrupulos, &  
dubitationes procurrat. Noui quamdam, annis quidem grauem, & vita  
sanctam (& faxit Deus, vt vita mea illius vitæ par esse possit) quæ multas  
subibat austeritates, insignisque Dei ancilla erat, ad hæc permultas horas,  
quin & annos in oratione vocali impendit, ad orationem verò mentalem  
nullatenus pertingere potest, ad sumum hoc præstare potest, quod se pau-  
latim assuefaciat, vt se in vocali detineat. Huius conditionis & alios plures  
reperire est; & si quidem humilitatem habuerint, credo fore, vt hi, ad si-  
nem, non minùs lucrati fuerint, sed fortasse æquè multum, atque illi, qui  
magnis consolationibus fruuntur: & longè ex parte securiores sunt.  
neicimus enim, hæc suauitates ex Deo ne sint, an verò à dæmone cau-  
sentur. & si quidem à Deo non sint, maiori expositæ sunt periculo (aliud  
enim diabolus hinc non spectat, quàm vt hominẽ ad si perbiam adducat)  
sed si à Deo sint, non est quod timeamus, humilitatem enim secum adse-  
runt, vt pluribus alio in libro ostendi. Alij verò qui nullam suauitatem  
aut gustus accipiunt, in humilitate ambulant; verentes ne suã culpã id fi-  
at, semper de vterius progrediendo solliciti; quin imò si alium quemlibet  
vel vnam lacrymam effundentem videant, & eam ipsi non habeant, sta-  
tim se in obsequio Dei in postremis hæere putant; cum tamen fieri possit,  
vt longè illo anteriores sint. Lacrymæ enim, tamen si bonæ sint, non sunt  
tamen per omnia perfectæ: in humilitate verò, mortificatione, abnegatio-  
ne, alijsque virtutibus semper plus securitatis consistit: nec est quod time-  
aris aut vereamini, quasi non tam bene ac perinde ad perfectionem per-  
uenturæ sitis, ac qui valde contemplatiui sunt. Martha sancta erat, esto,  
contemplatiuam fuisse non legatur. quid ergo amplius vultis quam vt  
sanctæ huic virgini, quæ Christum Saluatorem nostrum toties in domum  
suam suscipere & cibare, ei seruire vnaque cum eo mensa assidere meruit,  
similes esse possitis; si semper, vt Magdalena, in raptu fuisset, & absorpta,  
nullus fuisset qui diuinum hunc conuiuiam mensa sua excepisset.

Cogitate igitur, hanc congregationem sanctæ Marthæ domum esse, & in ea ex omnibus aliquid esse debere; unde illæ quæ per actiuam vitam conducuntur, murmurare non debent aduersus eas, quæ spiritum contemplationis profundè imbiberunt, utpote scientes, Dominum pro ipsis responsurum, & esto is pro maxima parte taceat, facturum ut seipias, & quidquid demum est, obliuiscantur. Cogitent itaque aliquam esse debere, quæ cibum ipsi præparet, seque felices reputent, quod cum Martha seruire mereantur. Norint oportet, veram humilitatem sitam imprimis esse in eo, ut paratissimi sint contenti esse eo quod Dominus circa ipsas disponere voluerit, seque semper indignos reputent, qui serui illius nominentur. Si ergo contemplari, & tam mentalem, quam vocalem orationem tenere, morbos curare, adhuc in rebus ad domum spectantibus ministrare atque etiã in re vilissima & abiectissima laborare; si hæc omnia, inquam, sic hospiti huic, qui ad nos venit ut apud nos diuerteretur, nobiscum manducet, ac nobiscum delicietur, ministrare, quid, obsecro, pluris nostra refert, utrumne in hac, an in illa re illi famulemur? Non dico, id à nobis pendere, sed tantum ut omnium periculum faciatis: non enim in vestra electione, sed in Domini voluntate ac beneplacito situm est: at si post multorum annorum spatium euolutum pateat, ipsum velle ut singulari in proprio officio sibi deseruiant, egregia sanè humilitas vestra foret, etiam tunc delectum facere velle. Sinite, quæso, patrem familias facere quod lubet; ipse enim & sapiens, & potens est: tam nouit ipse quid vobis conueniat, quàm quid sibi. Hoc certum vobis sit, si fecerimus quod possumus, & tali qualem dixi, perfectione ad contemplationem præparemur, ac ne tunc quidem eam nobis det (verum, ut mihi quidem persuasum, non poterit eam nobis non dare, modo veram mortificationem & humilitatem habeamus) hanc illum nobis suauitatem & gustus in futurum reseruare, ut in celo simul & iunctim illam nobis det; ac nos (uti etiam aliàs dixi) quasi generosos quosdam milites tractare velle, nobis hoc in mundo sic crucem imponendo, sicut eam Maiestas illius quoad vixit tulit. Quem autem sinceriolem & meliorem ostendere nobis amorem potest, quàm hoc ipsum nobis dare, quod sibi ipsi aliàs depoposcit? Imò verò fieri posset, ut ne ex contemplatione quidem tantum præmium reciperetis. Hæc sunt illius iudicia, nostrum non est his nos immiscere. Porro nimis quàm magnum bonum est, quod in nostra electione id situm non sit, nam quod in contemplatione maior nobis sita videatur esse quies, hinc statim omnes magni contemplatiui esse vellemus. O, quantum lucrum est, è nostro beneplacito & arbitrio lucrari nolle, ne, quam sic iacturam timeamus; cum hominem bene mortificatum nullam vquamquam Deus iacturam, nisi forte ad maius ipsius bonum & lucrum, facere pariatur!

*Qua per  
viam acti-  
uam condu-  
cuntur, non  
murmurent  
contra  
contempla-  
tiuas.*

*Ironice di-  
ctum.*

*Vtile est pro-  
prio iudi-  
cio proficere  
nolle.*

## CAPVT XVIII.

EANDEM PROSEQVITVR MATERIAM, ET OSTENDIT,  
*quanto maior sit contemplatiuorum, quàm actiuorum labor; quod ad  
 magnam actiuorum consolationem facit.*

*Contempla-  
 tiuorum  
 cruces gra-  
 uas.*

Dico igitur vobis, carissimæ, quas scilicet Deus per viam contempla-  
 tionis non ducit, eos qui per hanc incedunt ( prout quidem ipsa vidi,  
 & ex ipsis intellexi ) non minorem actiuis crucem ferre: imò miraturas  
 vos, si, quibus vijs & modis cruces illis Deus imponat, videretis. equidem  
 tam de his, quàm de illis loqui possum; & certò scio, cruces quas contem-  
 platiuis Deus imponit, intolerabiles esse, & tales eas esse, vt nisi illa ist-  
 hoc suauitatum cõdimento condiret, ferri prorsus non possent. Et per se  
 patet, cum per viam difficultatum ac laborum à Deo conuolui eos certissi-  
 mum sit quos multum diligit, & quo magis eos diligit, eo etiam per gra-  
 uiores difficultates conducere; credibile non videri, eum contemplati-  
 uos contemnere & negligere, cum suo eos ipsèmet ore deprædicet, & vt  
 amicos suos reputet. Stultum porro & fatuum est, cogitare, eum homines  
 delicatos, nullasq; vnquam & molestias & ærumnas expertos, ad amicitiam  
 suam admittere; imò certissime mihi persuadéo, hasiis grauiiores &  
 acerbiores, quàm alijs hominibus immittere. Quocirca, quia eos per viam  
 adeo asperam & scruposam ducit, vt subinde se deuiare, & ad viam  
 suam de nouo ingrediendam & reperendam redire debere putent; hinc  
 eos ab illius Maiestate non iam aqua, sed vino sustentari necessum est, vt  
 diuino hoc vino inebriati, non sentiant id quod patiuntur, & ipsum pa-  
 ti possunt. Vnde multos penè verè contemplatiuos video, quin simul eos  
 ad patiendum egregiè animatos & dispositos videam: nam primum,  
 quod Dominus in ipsis si pusillanimes & debiles sint, facit, est, quòd eos  
 animet, & nullis omnino molestijs ac laboribus perterreri faciat.

*Vinum con-  
 solationis eis  
 necessariū.*

*Debiles  
 Contempla-  
 tiuos ante  
 omnia Deus  
 animat.*

Crediderim equidem, vitæ actiue sectatores, quod contemplatiuos  
 non nisi aliquantulum delicijs perfundi & consolatione videant, sibi per-  
 suadere, non aliud hic quàm modicam illam recreationem subesse: ego  
 autem dico, vos forsitan ne vel vnum quidem diem ex illis quos ipsi tran-  
 sfigunt, posse transigere. Adeo vt Dominus ( vt potè probè sciens ad quid  
 quisque aptus sit ) tale vnicuiq; officium det, quod animæ ipsius, & huic  
 ipsi Domino, vt salutis bonoque proximi conuenientius esse conspiciat, &  
 posito te id non impetrare, dummodo à parte tua satis ad hoc te dispo-  
 fueris, nolito putare, laborem tuum frustraneum & incastam fore. Dico  
 itaq; totis nos omnes viribus ad hoc cõniti debere, cū ad nihil aliud hec  
 conuenerimus, idq; nõ solū vno, duobus ac ne quidè decē annis, ne id ex  
 ignaui

*Deus vni-  
 cuique dat  
 quod ei ma-  
 xime con-  
 uenit.*

ignavia deserere videamur: bonū porro est, Dominum videre, nos à parte nostra in culpa non esse, ad instar generosorum militum, qui licet diu stipendia meruerint, sempertñ parati esse debēt ad in tali officio & munere duci obediendū, in quo eos ipse collocare volet, cū norint suū sibi stipendium benè ab ipso persolutum iri, quanto porro melius nos ter nobis id Rex persoluet, quam Rex aliquis huius mundi? Dux ergo, milites sibi presentes & ad militandum paratos cernens, & ad quid quisque aptus sit, iam per spectum habens, munera pro cuiusq; valore & robore disperitur, si autem hi presentes non adessent, nihil omnino illis daret, nec officii vllū, in quo sibi seruirent, crederet. Mentali ergo orationi vos applicate, carissimæ; si quæ verò hanc facere nequeat, in vocali se exerceat, ac lectione spirituali, & pia cū Deo colloquia, sicuti postea docebo, frequentet: orationis porro horas elabi non sinat, nescit enim qua sponsus hora vocaturus sit (ne, quod fatuis virginibus alias contigit, illi etiam eueniat) & an maius sibi onus imponere velit, etsi dulcedine aliqua temperatū: si autē tale quid nihil faciat, nō esse se ad hoc idoneā arbitretur, sed alterū illud magis sibi quadrare. Sic demum per humilitatem meremur, cum scilicet nobis reuera persuademus, ne quidē ad id quod facimus idoneas nos esse, interim tamen latenter seruiamus, & quod nobis iniungitur sicuti dictū est, hilariter adimplemus. Et, si quidē hæc humilitas sincera sit, talis vitæ actiue ancilla nimis quā felix est, quia de nullo alio, præterquā se ipsa conqueretur, & suo reliquas certamine (quod sanè non est exiguū) contentas esse sinet: nā, esto signifer in cōsistibus nō prelietur, nō tamē idcirco desinit in magno periculo versari, & in interioribus magis quā reliqui omnes, ipse laboret oportet. Quod enim vexillum gestet, & sustineat, se nequit ipse defendere; nec id sibi è manibus extorqueri sinere debet, esto in partes mille esset concidendus. Pari modo contemplatiui ipsum humilitatis vexillum album sustollere debent, & multa quæ sibi infligentur verbera perpeti, vt ne vnum quidem semel reuerberent? ipsorum enim munus est pati, ad instar Christi, ac crucem in altum eleuare, neque eam de manibus, quantocūq; demū in periculo versentur excidere pati, nullā in passionē sua infirmitatē imbecillitatemue præferēdo: ad hoc enim tam illustre illis & honorificum munus conceditur. Videant itaque quid agant, si enim vexillifer signum sibi è manibus extorqueri & eripi sinat, commilitones succumbent, itaque non mediocre incipientibus ac non adeò longè prouectis, damnum creati existimo, si illos, quos iam vt duces & amicos Dei tenent, officio quo funguntur, opera paria præstare nō videant. Alij milites se gerunt, prout possunt, subindeque ab eo recedunt loco in quo maius periculum esse vident; nemo autē ad hoc reflectit, nullamq; honoris in hoc sui iacturā faciūt; sed in alios illos oculi omnium

*Deo semper paratos nos sistere debemus, vt de nobis faciat quicquid libuerit.*

*Contemplatiui vexillifero castro si cōparentur*

*Multa pati debet, nullū verò idē inferre.*

*Noxium est cum consēptiui non se gerant pro munere quod habent.*

con-

conuersi sunt, nec vel minimum mouere se possunt, quin videantur. Magnus & status honorabilis bonusest, quin & singularem quamdam benevolentiam & gratiam Rex erga illos, quos ad hoc vocat, declarat, sed qui hoc suscipit, non paruum in se onus & obligationem denotat.

Si ergo, carissimæ, nec intelligimus, nec scimus quid petamus, si namus Dominum facere quod lubet, qui melius nos perspectos habet, quam nos ipsæ; & ipsa humilitas requirit, vt contentæ simus eo quod nobis datur: non paucos enim videre est, qui quasi itine & ex iustitia suauitates & dulcedines à Deo petere videtur. Egregia scilicet humilitas. Idcirco omnium cognitior & p̄ceptor Deus optimè facit, quod, quantum quidè credo, rarè huiusmodi p̄sonis eas concedat, vtpote qui eas ad calicè suum bibendum parum apras esse cognoscit. Vt ergo sciatis, filia, vtrum profectum aliquem feceritis, hoc, signum erit, si nimirum vnaquæque vestrum se omnium pessimam esse credat, & ex eius operibus liquidò colligi queat eam se vt talem ducere, idque ad aliorum profectum & commodum: non verò id, signum est, si plus consolationum in oratione, aut raptus, aut visiones, aut aliàs id genus gratias, quas Dominus ei cõcedit, habeat: expectare quippe debemus, donec in altero mundo simus, vt illarum rerum valorem sciamus. Sed alterum illud quod dixi, moneta communis est, redditus, qui numquam cessat, feudum perpetuum, & census irreuocabilis (nam alia illa, non sunt permanentia, abeunt & redeunt) at magna humilitatis & mortificationis virtus, & insignis quædam obedientia, quæ in eo sita, vt nevellatum quidem vnguem discedere velitis ab eo quod Prælatus ac Superior mandat, certò vereque scientes, hoc vobis ab ipsomet Deo, cuius ipse vicarius est, præcipi.

De obedientia autem maximè & potissimum me hic agere oportet; sed, quia mihi Religiosæ esse non videntur, si eam non habeant, hinc de ea nihil dico: quia alloquor Religiosas, & ( prout mihi quidem videtur) bonas Religiosas, aut quæ tales saltem esse gestiunt; hinc in re adeò manifesta, quæ tamen tanti momenti sit, non nisi vnum verbum addam, ne obliuioni ea tradatur. Dico ergo, si quæ voto ad obedientiam obligata, in ea deficit, non oranimodis allaborans vt summa quàm potest perfectione votum hoc suum expleat, nescire me ad quid & quare in monasterio viuat. Hoc saltem ipsi dico, quamdiu contra hanc peccabit, numquam ipsam ad contemplationem peruenituram, imò ne quidem ad actiuam vitam vtilem fore. Est hoc longè certissimum: hinc etiam si, quis esset, qui ad obediendum voto non teneretur, & tamen ad contemplationem peruenire vult aut satagit, debet, si modò securè procedere velit, & non falli, suam insigni cum resolutione voluntatem, in Confessarij aliquusque contemplationis spiritum, habeat, manus resignare: certum quippe

*Inobediētes  
perstringū  
tur.*



quippe est fore, vt hac ratione plus vno anno, quàm aliàs plurimis, profecturus sit. Sed quia vobis de hac re loqui minimè necessarium videtur, hinc pluribus de ea me agere opus non est.

Finem igitur facio, si dixerò, has esse virtutes quas vos habere desidero, carissime, & quas vt habeatis satagere, & quas vos alijs sancta quadam inuidia inuidere, vos oportet. Quantum autem ad alias illas deuotiones, nolite vos ipsas torquere, aut caput frangere, quod eas non habeatis: est quippe incertum quid fieri quoq; possit, vt in alijs quidè hæc essent velut à Deo venientia, at in vobis posset Maiestas eius permitttere vt diabolica essent illulio, & cacodæmon vos deciperet, sicut multos alios decepit. Cur ergo per incertum quid Domino seruire vultis, cum per alia plurima id certò & securè facere possitis: quis in id genus pericula vos conijcit? Hæc ideo sic vberius deduxi & profecuta sum, quòd illa sciam expedire dici: natura quippe nostra infirma est, & cui Dominus Spiritum contemplationis dare volet, hunc Maiestas eius etiam validum & fortem reddet. Quos autem ad eam non vocabit, illis vsui venient documenta quæ hic tradidi, è quibus ipsi etiam contemplatiui sese humiliandi materiam capient. Dominus pro suâ misericordia lumen nobis ad voluntatem ipsius in omnibus sequendam, concedat, itaque nulla nobis timendi erit occasio.

*Non dolent  
aut contri-  
stentur qui sã  
ad cõcepta-  
tionem ene-  
ant non sã.*

## CAPVT XIX.

IN QVO DE ORATIONE LOQVI INCIPIT, ET CVM IIS A-  
*git qui intellectu discurrere nequeunt.*

**I**AM multi elapsi sunt dies, ex quo priora illa scripsi, ad eò vt nullum exinde mihi tempus ad scriptioni me denuo applicandam fuerit: vnde nisi prius scripta relegerem, planè quidam antè scripserim, nesciam, ne quod tamen temporis dispendium faciam, continuabo prout possum, esto sine aliquo ordine & interruptè. Ingenijs bene dispositis, & animabus exercitatis, quæque apud se ipsas manere possunt, tam multis, tamq; boni scripti sunt libri, & à tam præstantibus auctoribus conscripti, vt non mediocris error foret, aliquod vos verbis meis in materia de oratione, pondus inesse credere; cum, vti dixi, tales libri vobis suppetant, in quibus iuxta singulos hebdomadæ dies, vita ac passionis Domini mysteria dis-

*Boni medi-  
tandi metho-  
dus.*

perita sunt, nec non aliquæ de iudicio, in ferno, nostraq; vilitate, & summa nostri erga Deum opt. max. obligatione meditationes, idq; excellèti quadam doctrina & ordine tradite, tam quoad principium orationis quàm finem eiusdem, continentur. Ad eò vt hanc orandi methodum tenere scientibus & assuetis, nihil amplius sit quod dicatur: Dominus quippe illos per bonam hanc

hanc viam ad lucis portum conduceret, & vbi tam bona sunt initia, bonus erit etiam finis. Quicumque autem viam hanc ingredi & ambulare poterunt, in quiete sunt & securitate; cum enim intellectus alicui considerationi illigatus est, sine vlla prorsus difficultate procedit. Sed propositum mihi est, illis aliquod remedium suggerere qui ad hoc inepti sunt; si modo Domino placeat, vt aliquid consentaneum adferam; sin minus, vt vos saltem hinc discatis, multas esse animas, quæ his cum angustijs confluctantur, ne vos, cum id genus angustias patiemini, propterea vos crucietis. Inueniuntur autem animæ & mentes quædam ita effera & indomita, vt equis nondum domitis, quos nemo sistat aut contineat, similes esse videantur, vt potè quæ modo huc modo illuc discurrunt, continua quadam in inquietudine, quæ illis aut à ppria natura, aut Deo permittente, accidit, versantes. Quarum me quam maximè miseret: etenim similes hæ mihi esse videntur ijs qui maximam patientes sitim, aquam quidem eminens conspiciunt, sed, cum ad eam accedere volunt vt bibant, ab aliquo iam tam in principio, quam in medio & sine viæ, ad eam adire prohibentur. Accidit enim non raro, vt, postquã non sine magno suo labore primos hostes superarunt, à secundis vincantur, & præ siti emori malint, quam illam aquam bibere, quæ tanti illis constare debet: hinc omnino illis robur & animus concidit, & esto nonnullis adhuc animus sit ad secundos hostes superandos, vbi tamen hi in tertios incidunt, tunc deperit illis robur, & forsitan vix duobus passibus iam aberant à fonte illo aquæ viuæ, de qua Dominus ad mulierem Samaritanam ait, Qui bibit ex aqua hac, non sitiet in æternum. Quam autem merito & verè (vt potè cum ipsamet suprema veritas id asseruerit) nullam rerum aliquarum vitæ huius sitim habebit; hæc tamè quoad res vitæ futuræ indies crescit, & maior fit, quam ipsi hic per naturalem hanc sitim fingere & imaginari possumus. Sed quantopere hanc habere sitim sitimus, quod magnam eius diguitatem anima intelligat: est quippe penosissima quædam sitis, quæ magnam defatigationem causatur, simul tamen eam ipsam satietatem secum adfert, quæ alia illa sitis sedatur; ad eò vt sitis sit, quæ solas res terrenas non faciat sitiri & extinguat, de cetero hominem per se satiet; adeo vt, cum Deus illam sitim sedat, de maioribus quas animæ conferre potest gratis, vna sit, quod illam in hæc ipsa siti & necessitate agere sinat, imo ipsa semper maiorem ad iterum de hac aqua bibendum, sitim sentiat.

Tres aqua habet proprietates, quæ quidem iam ad propositum hoc meum mirè facere videntur, esto sint & aliæ per multæ. Prima est, quod refrigeret: nam quantumlibet caleamus, tñ mox vt ad aquam peruenimus, calor omnis abscedit; &, quantumuis ignis aliquis magnus ac luculentus

*Inquietudo  
ingenij vnde  
promeniat.*

*Distrahi  
comparatur  
sitientibus.*

*Sitis rerum  
alterius vi  
ta.*

*Aqua pro  
prietates  
tres.*

*Ignis picuus  
per aquam  
accenditur.*

fit, per aquam tamē hic exstinguitur, nisi sit ignis piceus, hic enim per aquam magis accenditur. Hem! quam mirabile est, Domine, ignē per aquam magis accendi, maximē dum ille validus & potens est, nec elementis obnoxius, quando quidem quod naturaliter ei contrarium est, non modo ei non nocet, sed vim eius etiam adauget. Si Philosophicam scientiam callerem, hæc mihi mire ad hæc dere loquendum conduceret: per hanc quippe me ipsa melius declarare possem, cognitis nimirum rerum proprietatibus. nunc qui de illis delector, sed illas exponere nequeo, & forsitan nec intelligere. Cum ergo ad hanc aquam potendam Deus vos o carissimæ conduceret, aut si quæ vestrum de facto ipsam iam bibunt, satis hoc gustabitis; & intelligetis, quomodo verus Dei amor (dummodo is iam corroboratus, & à rebus terrenis penitus sequestratus sit, & longe super illas euolet) in omnia mundi huius elementa dominetur. Quoniam vero aqua è terra profilit, nō est quod timeatis, ne ipsa hunc diuini amoris ignē exstinguat: hic enim illius iurisdictioni nō subest; ac, tametsi hæc inuicem contraria sint, hic tamen iam cum plenam & absolutam in illam habet superioritatem, nec vllatenus illi subiectus est. Non est ergo quod miremini, carissimæ, tam instanter & efflictim me hoc in libro me vos commouisse, vt ad hanc spiritus libertatem cōparandam omnimodis conniteremini. An nō præclarū & excellens quid est, pauperulam domus S. Iosephi Monialem eo posse pertingere, vt in vniuersam terram & elementa dominari possit? Quid ergo mirum est, Sanctos viros in his & per hæc fecisse, quæcumque ipsis, Deo permittente, facere luberet? Sic D. Martino ignis & aquæ obediunt, S. Francisco aues & pisces, alijs Sæctis alia. A deo vt euidenter pateret, illos magnam in omnes mundi huius res potestatem habere, eo quod illas parui facere omnimodis semper procurassent, seq; verè ac fertiō mundi huius Domino ex totis viribus subiecissent. Dico itaq; aquam quæ in terra progignitur, nullam in ignem hunc potestatem habere: eius enim flammæ sublimē admodum euolant, neque è rebus ita humilibus suam eæ originem trahūt. Sunt alij quidam ignes, parui cuiusdam amoris diuini, quos etiam minimus aduersitatis ventulus exstinguet, hunc verò nequaquam: tametsi enim vniuersum tērationum pelagus exsurgeret, non tamen efficere poterunt vt hic ardere desinat, aut illis superior ac potentior nō maneat. Aqua pluuia vero cælo decidens, multo etiā minus hunc exstinguet imo etiam magis, quam superior illa, eum accendet. non enim illa inuicē contraria sunt aut repugnātia, vt pore cōterranea. Nolite ergo timere, ne vnū elementum destruat alterū, quin imò vnū alterū, vt effectus suos producat, adiuuat, verarū enim lacrymarum (hæ enim sunt, quæ è vera oratione profiliunt, & à Rege cælorū dantur) aqua hunc ignē magis accendit, & vt ardere perseueret, efficit; itaque ignis aquam in

*Ignis amoris diuini ab aqua terrena non exstinguitur, cum super mundana euolat.*

*Terra, elementa, bestia Sanctis obediunt.*

*Aqua lacrymarum accendit & ignis diuinus refriguit.*

refrigerando adiuuat. Quam, ô Deus meus, pulchrum & mirabile quid est, quod ignis refrigeret, quin & omnes mundanos affectus in nobis congelascere faciat, quando scilicet hic cum viua cælorum aqua ( quæ fons est, è quo prædictæ lacrymæ oriuntur, quæ cælitus dantur, nullâ verò nostrâ diligentia aut industria comparantur ) commiscetur ac coniungitur. Vt certò assèuerare vobis auserim, eam nullam omnino erga aliquid quod mundi est, quò affectus illi adhæreat, calorem relinquere, quàm dumtaxat ad ignem hunc, vbicumque potest, amplificandum. Hoc quippe illi naturale est, vt nec paruis cõtentum esse; adeo vt vniuersum mundum, sic illi possibile esset, accendere vellet.

*Aqua munda.*

Altera aquæ proprietates est, quod res immundas mundet: si enim nõ esset aqua ad lauandum, quid de mundo esset? nõsse vultis; quàm hæc aqua viua, hæc aqua cælestis & clara, cum turbida non est nec cœnosa, sed pura vt dum è cælo decedit, emundet? certa sum, si ea vel semel poterit, animam claram, & ab omnibus culpis puram relinquere. Nam vt alias scripsi, non sinat Deus animam ex aqua hac (quod in nostra potestate non est, cum hæc diuina vnio quid valdè supernaturale sit) aliter bibere, quam vt per illam mundetur, hæcque eam puram, & ab omni luto, fæcibus ac miseria, in qua propter culpas suas in hærebatur, mundam relinquat. nam alia consolationes, quæ intellectu mediante contingunt, quantumuis multum operentur, aquam velut per terram serpentem trahunt, nec iuxta fontem eam bibunt: semper enim, hac in via res cœnosa & lutulentæ, è quibus sordes contrahat, occurrunt, nec tam lymphida nec pura decurrit. Aquam viuam illam orationem non voco, quæ prout dixi, per intellectum discurrit. Equidem censeo, quantumlibet per nos allaborare & contendere velimus, semper aliquid animæ nostræ (adiuuante scilicet & cooperante hoc corpore & corrupta nostra natura) ex mūdānis sordibus, nobis licet inuitis, adhærescere. Plurib<sup>9</sup> & amplius me declarare volo: cogitamus, verbi gratia, quid sit mundus, & quomodo omnia illius prætereant, quò illum contemnāmus; & ecce, penes inscienter & inaduertenter iis nos rebus, quas ex ipso diligimus, nos implicatos inuenimus: & esto eas fugere satagamus, aliquatenus saltem impedimur ac turbamur, dum cogitamus, Quidnam id erat? quomodo erit? quid faciebam? & quid faciam? Et dum nobiscum ipsi, ecquidnam ad nos liberandos aciuuandos, conduceret, recogitamus, non rarò in nouum nos periculum conijcimus. Non id eo dico, quod propterea id nos inquirere non oporteat; at nihilominus cautè nos ambulare oportet, & numquam non & vbique timere. Sed hic, ipsemet Dominus nostri curam suscipit, neque enim nos nobis credere aut committere nos ipsos vult: tanti namque ipse animam nostram facit, vt nullarum rerū que

*Consolationes qua per intellectum veniunt, non oriuntur è viuo senso.*

*Dominus ipse animam nostram curam gerit.*

*cin-*

inocere possent, eo illam tempore meminisse sinat, quo illi gratiam facere & beneuolus esse vult, sed celeriter eam apud se & iuxta se collocet, ac plures ei in momento veritates patefaciat, denique maiorem multo vanitatis & interitus rerum omnium cognitionem det, quam hic per multos annos possemus acquirere. etenim visus noster non est liber, cum puluis mundanus nos inter ambulandum excæcet. Sed hic nos Dominus in via extremo collocat, vt tamen nesciamus, quomodo.

Tertia aquæ proprietas est, quod sedet & extinguat sitim: sitis namque meo iudicio, rei alicuius, qua maximè indigemus, ad eò vt si ea nos penitus carere oporteat, moriendum nobis sit, desiderium denotat. Res mira sit oportet, quæ nos enecet si nobis desit; si autem redundet & superfluat, non minus vitæ nos priuet, sicuti multos in aqua suffocatos mori videmus. Quam, ô Deus bone, ille felix esset, qui in hac aqua viuenti ita altum & longè prouectus esset, vt vitæ eius finem acciperet! sed non potest hoc fieri: nam vsque ad eò amor & desiderium erga Deum increlescere potest, vt naturales potentia ei ferendo fortassis impares essent; & multi sanè fuere, qui hac ratione vitam finierunt. Et noui ipsa vnam, quæ (nisi Deus illi cito succurrisset) tã ab hac aqua abundanter occupata erat, vt eã penè extra se per raptus traheret, penè, inquit, eã à se ipsa diuelleret, hic enim quiescit anima; imò velut absorpta & suffocata (q̄ mundum ferre nequeat) in Deo resurgere videtur; & Maiestas illius simul illam aptam reddit, vt frui possit eo, quod, apud semetipsam manens, sine vitæ iactura facere non posset. Hinc intelligi poterit, cum in summo nostro bono, quod est Deus, nihil esse queat quod non sit perfectum, omne quod ipse dat, in nostrum commodum cedere. & propterea, quantumuis magna huius aquæ affluentia sit, nihil tamen eius redundat; in nullo enim quod Dei est, esse potest nimium. si enim multum det, simul animam aptam reddit, vt (quemadmodum dixi) multum bibere potes fiat: perinde ac vitriarius ita vitrum concinnat & conficit, vt nouit opus esse, ad quidquid ei infundere vult, capiendum & continendum. Ipsum concupiscere & desiderare, quantum est à parte nostra, vix vniquam imperfectione vacat, si quid autè in eo boni sit, id prouenit à parte Domini, quod scilicet ipse in eo cooperatur. Verum ipsi ad eò indiscreti sumus, vt, cum suavis & sapida quædam pœna sit, numquam ab ea nos satianos putemus; hinc comedimus sine vlla mensura, & quantum quidem nobis hîc possibile est, hoc in nobis desiderium adaugere satagimus; atque hinc est, quod id subinde mortem nobis adferat. Sed, talis mors nimis quam felix est. Verumtamen posset fieri vt huiusmodi homo sua vita etiam alijs prodesset, nimirum vt hîc etiam præ mortis huius desiderio emorerentur. Et hoc credo diabolo se intermiscente fieri: nouit enim, ecquod qui huiusmodi est, dam-

*Nimis multum & nimis parum mors est insertum.*

*Anima sibi mortuam Deo resurgit.*

*Deum non plus ex aqua visus dat, quam necesse sit.*

*Penitentia  
indiferetas  
suggerit  
diabolus.*

num sibi inferre posset, si quidem in vita maneret; itaque cum hic ad in-  
discreras austeritates subeundas extimulat, quò sanitatem & valetudi-  
nem illius destruat. quod sanè illi non contemnendum emolumentum  
est.

Dico ergo, eum qui ad hanc tam impetuofam & ardentem sitim iã  
peruenit, serio super se ipsum reflectere debere: norit enim oportet, hæc  
sibi tentationem superuenturam; & licet præ siti non moriatur, sanitatis  
tamen suæ totale detrimentum patietur; cuius rei etiam exteriora signa  
dabit, etiam inuitus & nolens. quod ne fiat, omnimodis impediendū est.  
Aliquãdo verò fiet, vt omnis, quamcumq; demũ adhibemus, diligentia  
parum ad hoc conducatur; non poterimus enim, prout quidẽ vellemus,  
omnia & singula tegere. Itaque cum magni illi impetus, quibus de-  
sideria hæc adaugeri cupimus, in nos ingruunt, vigilemus & cauea-  
mus oportet, ne illa increscant, sed eorum econtra filum alia quapiam  
consideratione quàm possumus suauissimè, abrumperè satagamus: fie-  
ri enim poterit, vt natura nostra subinde tantum operetur, quan-  
tum amor: reperire enim nonnullos est, qui, quidquid desiderant,  
esto id etiam malum sit, magna quadam cum vehementia & ardo-  
re desiderant. Credo equidem, illos non multum mortificatos ef-  
se; nam mortificatio ad omnia utilis est & prodest. Imprudentiæ  
quãdam species cuiquam esse videatur, tam bonam rem abrumpe-  
re; sed reuera non est: neque enim dico, vt huiusmodi desiderium  
penitus exuamus, & deponamus, sed tantũ vt suspendamus & sepo-  
namus, nec vltius progredi sinamus: quod forsitan per aliud quoddam  
desiderium, quod par sit meriti, fieri poterit. Exemplo aliquo, quò  
melius intelligar, id declarare volo: Incider alicui ardens quod-  
dam desiderium iam tum cum Domino in cælis viuendi, & è captiui-  
tatis huius carcere egrediendi, quale S. Paulus olim habuit. talis pœ-  
na, & tali è causa promanans, cum in seipsa valdè lapida sit, non  
parua opus habebit mortificatione, vt suspendatur & retineatur;  
imò verò nec planè eam suspendere poterit. Attamen cum tanto de-  
siderium hoc impetu ingruere videbit, vt intellectum & iudicium propè  
omne eripiat (sicut non ita pridem personam aliquam dispositam vi-  
di; quæ quamuis naturã sit vehemens & impetuosa quàm maximè, ita  
tñ propriam suam voluntatem frangere assuevit, vt eam iam penitus  
exuisse & carere mihi videatur: nam alijs è rebus id colligere est.  
dico itaque illam ad aliquod spatium mihi velut amentem visam fuisse.  
præ magnitudine pœnæ & vis, quam sibi, ad dissimulandum, & nihil o-  
mnino foras prodendum, inferebat. atque ideo, in re tam vehementi, esto  
etiam Dei spiritus foret, humilitatis speciem esse dicerem si homo timeat;  
neque

*Quid faciẽ-  
dũ sit deside-  
riũ nimirũ  
quiescens est.*

neque enim cogitare debemus, talem nos amorem habere qui ita nos affligat & angustiet. hinc inquam consultum arbitror, vt (si quidem id fieri potest; nam fortassis id non semper facere poterit) desiderium suum immutet, plus se Deo seruiturum sibi persuadens, si in vita maneat. Et fieri fortasse poterit, vt aliquam animam, quæ alioquin periret, ad cognitionem sui & emendationem pettrahat, & diutius Deo seruiendo, meriturus sit vt propterea magis eo fruatur: timidum autem illum reddere debet, quod Deo tam parum seruiert. sunt autem hæc, in tantis tormentis, bona consolatio; itaque fiet, vt & pœnam suam alleuiaturus, & multum lucri facturus sit, cum, quod eidem Domina famuletur, contentus sit hic in terra cum pœna sua viuere. Perinde se res hic habet, ac si quis grauem aliquem laborem, aut ingentem dolorem pateretur; & alius quispiam eum solaretur dicendo, vt haberet patientiam, seque in Dei manus resignaret, cupiens vt illius in se voluntas adimpleretur, in has enim nos resignare, optimum esse omnium in re remedium & longè securissimum. Quid autem, si ad tale desiderium concipiendum dæmon aliqua ratione sit cooperatus? fieri hoc quidem posset, quemadmodum Cassianus, (vti credo) de quodam Anachoreta scribit; qui, cum diu austerissimam vitam duxisset, diabolus persuasit, vt se in puteum quemdam præcipitem daret; ita enim fore vt Deum citius conspiceretur. Credo equidem, eum magna cum humilitate non vixisse, nec fortè bene: est namque alioqui Dominus fidelis, nec eum Maiestas eius permisisset, tam clara & euidenti in re tam turpiter cæcure. Hoc autem certum est, si quidem à Deo hoc desiderium fuisset, quod nullatenus ei nocuisset: adfert quippe id, secum lumen, discretionem, modum & mensuram; quod ad oculum patet. Sed iuratus hic hostis noster, quacumque & quomodo cumque potest, nobis nocere satagit, quam obrem, quoniam ipse minimè dormit, sed semper vigilat, hinc & nobis semper contra illum vigilandum est.

*Omnibus in rebus in Dei manus se resignare longe optimum.*

*Desiderium excessuum demon subinde excitat*

Punctum & monitum hoc ad multa etiam alia vtile est, ac permagni momenti, etiam ad tempus orationis, quantumuis illa etiam sapiat, abbreviandum, si quando vel corporalis valetudo destruitur, aut cerebrum læditur. In omnibus porro imprimis opus est discretionem: cur enim me putatis, carissimæ, primò finem vobis declarare, & præmium ante certamen ostendere voluisse, iudicando vobis, quantum commodum bonumq; in cælestis huius fontis, & aquæ huius viuæ potu situm sit; quæ ne vos vllū laboris, cōtradictionis, & molestiæ, quæ in via occurrat, tædi occupet, sed animosè in ea pergatis, nec animū vniquæ deficientes despiciatis? Nā (sicuti dixi) fieri posset, vt, postquā iā ad usq; fontis labrū venissetis,

*Orationis sæpè abbreviandū cū vires corporales deficient.*

*scitis.*

setis, ita vt sola capitis inclinatione, ad ex eo bibendū, opus esse videatur, quamprimum rem bene inchoatam penitus abrumperetis, & sic hoc ce bonum deperderetis, veritæ ne fortè vires vobis deficiant ad pertinendum ad illum, deinde vt ad hoc aptæ non sitis. Cogitate verò Dominum omnes omnino homines adhuc inuitare; &, quia is ipsamet veritas est, hinc de eo nullatenus est dubitandum. Nisi enim conuiuium hoc generaliter pro omnibus institutum fuisset, Dominus nos omnes quozquot sumus, ad hoc minimè inuitasset; &, esto etiam nos inuitasset, non dixisset nobis, *Ego vobis potum dabo*. Dicere enim potuisset, *Venite omnes, quia certè nullum damnium aut iacturam facietis, quibus autem mihi placuerit, iis potum dabo*. Sed, quia sine tali restrictione in genere dixit: *Omnibus*, certissimè mihi persuadeo, omnibus qui in via non hærent, aquam hanc viam minimè defuturam. Dominus porro, qui aquam hanc pollicetur, nobis pro magna misericordia sua gratiam, ad eandem prout quidem quæri oportet, quærendam concedere dignetur.

*Aqua vitæ  
nō deerit in  
via non hæ-  
rentibus.*

## CAPVT XX.

OSTENDIT, IN VIA ORATIONIS NUMQUAM CONSOLATIONES DEESSE, IDQUE VARIJS MODIS AC RATIONIBUS. SIMUL & MONIALIBUS SUI CONSULIT, VT HISCE DE REBUS SEMPER ILLARUM COLLOQUIA SINT.

*Varia sunt  
ad Deū ten-  
dendi via.*

Videor superiore capite aduersantia & repugnantia dixisse ijs, quæ iam antè dixi: dum enim consolabar eas, quæ huc minimè pertinent, varias aiebam Dominum habere vias, quibus ad ipsum perueniatur, quemadmodum & multas domus eius mansiones habet. Quod hic iterum dico & repero: eam enim Maieestas eius optimè imbecillitatem nostram nosset, pro sua misericordia illi quidem omnimodis prospexit; at tamen non dixit, vt hi per hanc, illi per illam viam incederent, imò tam magna eius misericordia fuit, neminem vt impedierit omnimodis procurare & conari quò ad huc vitæ fontem perueniat, & de eo bibat. Sit ipse in æternum benedictus. Quam porro meritò me impedire, & hoc mihi prohibere potuisset? sed quia, cum primùm inciperem, mihi non præcepit, vt desisterem, sed vt in ipsum profundum conijcerer, fecit; certissimè mihi persuadeo, nemini id eum prohibiturum. imò, quod amplius est, plena nos voce apertè & publicè vocat; sed, quia adeò bonus est, hinc nos minimè cogit: &, quod etiam longè plus est, diuersimode sanè eos qui se sequi volunt, potat, vt nullus non relictus & inconsolatus abeat, aut siti emoriatur. nam è fonte hoc abundantissimo fluunt riui, alij quidem magni, alij parui, & subinde etiam riuiuli pro pueris; nam hi illis sufficiunt:

*Omnes aper-  
tè vocat  
Dominus,  
sed neminè  
cogit.*



sciunt: alioqui si multum aquæ simul conspicerent, perterrerentur. Atque hi sunt qui adhuc in principijs sunt, & primùm incipiunt. Nolite ergo timere, carissimæ, ne præ siti emoriâmini. In hac quippe via numquã aqua consolationis deest, saltem non tam valdè deest, quin id tolerabile sit, quod cum ita sit, meum consilium sequamini, & nolite in via hærerere, sed strenuè certate, etiam ad mortem vsque, cùm ad nihil aliud huc, quã ad certandum, veneritis. Et, si semper cum hoc proposito & intentione progrediamini, vt scilicet mori malitis, quã ad viæ finè pertingere vos posse desperetis ac deficiatis, tamen si aliquam vos Dominus in hac vita sitim pati sinat; certæ estote, illum in futura, quæ in omne æuum durat, summa in abundantia vobis potum daturum, ac sine timore, ne ipse vnquam vobis desit; faxit autem Deus, ne ei vnquam defimus. Amen.

Iam, vt prædictam viam ita incipiamus, vt non iam inde à principio in ea erremus, ostendamus paucis, quomodo iter hoc incipiendum sit; nam in hoc præcipuus rei cardo vertitur; imò hoc esse dico à quo omnia quæ maximè dependent. Non tamen dico, illum qui tale propositum quale iam describam, non habebit, propterea non debere incipere; quia Dominus ipsum paulatim perficiet, & esto nõnisi vnũ in ea passum progredieretur, tantam id in se virtutem continet, vt certus esse possit, nihil se perditurum, sed aliunde id ei compensatum iri. Perinde id est, (vt ita dicam) ac dum quis aliquod granum Indulgentijs donatum habet; quas quidem ipse lucratur, dum semel orat quæ legi præscripta sunt; & quo sapius legit, quo etiam sapius eas lucratur: at si nunquam præcepta legit, sed granum arca inclusum seruat, satius foret, ipsum non habere. Ad eò vt, licet postea per eandem viam non ingrediatur, id tamen quod per eam progressus erit, magnam illi lucem dabit, ad bene per alias vias ingrediendum; & quo plus ingressus erit, & maiorem lucem accipiet. Itaque certò sibi persuadeat, omnino nullum sibi ex eo damnũ accessurum, q̄ hanc viam inire cœperit, esto eam postea etiam deserat: bonum quippe numquam nocet. Quapropter semper operam dabitis, carissimæ, habita videlicet ad id opportunitate, vt omnibus qui vobiscum agent, & quibuscum aliquam familiaritatem inibitis, timorem, quo minus tantũ bonum incipiant, adimatis. Et per amorem Dei vos obtestor, ita vt vos gratis, vt vestra conuersatio semper ad aliquod illius, quicum agetis, bonum referatur, cùm ad animarum bonum vestra tendere oratio debeat: & hoc vos semper à Domino perere oportet. Nec sanè consentaneum esset, carissimæ, hoc omnimodis non procurare. Vultisne bona consanguinea esse? vera amicitia in hoc sita est. Vultisne bona amica & intima haberi? aliã viã quã hac haberi non potestis.

*Quomodo  
via ad Deũ  
duccens in-  
eunda sit.*

*Nemo vi-  
meat Deũ  
querere.*

*In quo vera  
amicitia sita  
est.*

Dare operam, vt sic in cordibus veritas ipsa locum habeat, vt habere per meditationem debet, & ad oculum videbitis, quo in proximum nostrum amore ferri debeamus.

Non est iam tempus, carissimæ, crepundia puerilia tractandi (neque enim aliud hæc mundanæ amicitia, esto etiam bonæ sint, esse videntur: ) neque talis inter vos lingua audiri debet aut inueniri. *Dilige me*, vel, *Non dilige me*; idque nec cum consanguineis, nec cum alio quolibet, nisi vobis illæ amicitia ad sublimem aliquem finem, & profectum animæ illius referantur. Fieri enim potest, vt, quò frater tuus, aut alius de consanguineis tuis, aut huiusmodi, aliquam veritatem audiat & admittat, talibus eum necesse sit verbis, & amoris signis, quæ sensualitati semper placent, ad eam disponere. Et fieri non raro, vt beneuolum & bonum aliquod verbum (ita enim id vocant) pluri hi faciant, & melius per hoc disponendi sint, quàm per multa verba quæ initio de Deo adferuntur, & talia ei postea gratiora sunt, & melius sapiant. Quare talia verba, in tali occasione caute prolata, scilicet, vt per ea bonum aliquod fiat, non veto; at, si ad tale quid non referantur, nullum inde bonum, sed ingens malum, ( vt tamen id ipsa nequaquam intelligatis aut percipiatis) sequi potest. Norunt saltem, vos Religiosas esse, & vestram conuersationem & negotiationem de oratione esse. Quocirca videte, ne sic apud vosmetipsas dicatis, Nolo me vt bonam æstimet: nam ex eo quod in vobis vident, commune ac publicum bonum aut malum dependet. Et sanè magnum malum foret, illas; quibus tam magna de nullare alia, quàm de Deo, loquendi obligatio, incumbit ( quales sunt Moniales ) vt bonum tenere, & velle hac in re simulare, nisi id interdum ad mains aliquod bonum tendat. Hæc vestra est negotiatio & lingua: quam addiscat oportet is qui vobiscum conuersari vult; si minus, ipsa vobis caueat, ne quid de eius lingua addiscatis; quod vobis infernus quidam erit. si vos propterea vt rusticanas & stupidas ducant, parum refert; multo etiam minus, si vos vt hypocritas & simulatrices existiment. Hoc saltem inde lucrabimini, quòd nullus vos sit iniurus, quàm qui linguam hanc pernoscat: quis enim qui Mosarabice loqui nescit, multum loqui gestiat & gaudeat cum eo, qui aliam quàm illam linguam loqui non potest? itaque vobis nec molesti erunt, nec damnum creabunt. neque enim paruum damnum foret, vos nouam linguam loqui incipere; & omne vestrum tempus in hoc consumeretis. Tam bene id intelligere ipsa non potestis, atque ego, vtpote quæ quanto pere id animæ noceat, sum experta. dum enim vnum addiscere vult, obliuiscitur alterum; & est hoc illi perpetua quedam inquietudo, quana

*Sua Religio, aru esse lingua debet.*  
42.

quam vos omnimodis effugere oportet. Nam ad hanc viam, quam exponere incipimus, nil magis necessarium est, quam animæ pax & tranquillitas. Si, qui vobiscum agent, linguam vestram addiscere volent, (esto vestrum non sit, eam docere) magnas tamen, quæ in ea addiscenda comparantur, diuitias illis aperire poteritis: nec est, quod huius rei vllatenus tædeat aut pigeat, sed per pietatem, amorem, & orationem operam date, vt id illi bene cedat, vt videlicet ipse, audito, quid in eo situm est, lucro, magistrum & directorem quærat, qui in hoc ipsum instruat, neque enim parua Dei erga vos gratia foret, si aliquam animam ad hoc bonum capessendum excitare possitis. Sed quàm multa & varia occurrunt de hac via loqui incipienti, etiam illi qui per eam tam malè ambulauit, vt ego. Det Deus, carissimæ, vt melius hoc vobis possim dicere, quàm re ipsa fecerim. Amen.

*Religiosus  
gere possunt  
de bono via  
Domini.*

## CAPVT XXI.

QUANTI REFERAT VT QVIS FIRMO CVM PRO-

*posito in oratione se exercere incipiat, & omnes  
quas diabolus opponit difficultates, parum  
moretur.*

**N**olite mirari, carissimæ, quod ad tam multa cum reflectere & obseruare oporteat, qui diuinū hoc iter ingredi volet: ipsū quippe via regia est, ad cælum conducens, & quia per illam incedentes, magnum thesaurum sibi comparant, hinc nemo mirari debet, si caro is (prout quidem nobis videtur) cõstet: tempus veniet, quo intelligemus, quàm parua & nihilum sint omnia, quibus tantum præmium comparatum est. Vt ergo ad eos, qui per ipsam ambulare, & non antè quiescere volunt, quàm ad finem peruenerint, qui est de aqua hac vitæ bibere, reuertar, quomodo scilicet incipere debeant; cenfeo, permultum, imò totum, inde dependere, vt magnū & generosum quoddam propositum faciamus non antè desinendi, quàm ad hoc peruenerimus, quidquid demum eueniat, sequatur quidquid volet, tanto labore constet quanto potest, murmurent quicumque volent, eò pertingam vel in via antè exspirem, vel ad viæ labores ferendos satis fortis non sim; denique totus terrarum orbis ex cingat & pereat: quemadmodum sæpè nobis ab alijs dicitur: Est hoc valdè periculosum, illa & illa per hoc perijt, alius ille deceptus est; alius qui multum orationi vocali deditus erat, lapsus est; nocent hæc virtuti; non sunt hæc mulierum, diabolus illis forsitan illudet, satius esset illas nere, hisce subtilitatibus illæ opus non habent, Oratio **DOMINICALIS & ANGELICA** Saluatio

*Via Dei resolu-  
tè in cælum.*

*Bonum est  
orationem  
suã fundare  
super eas  
quas Chri-  
stus docuit.*

illis satis sunt. Hoc ipsum & ego dico, carissimæ. Et quis dubitet, quin hæc nimis quàm satis sint? semper quippe vos bonum est, orationem vestram fundare super eas quæ tali sunt ore prolatae, quale est os Saluatoris nostri Christi. Vnde meritò sic loquuntur: nisi enim tam magna nostra infirmitas iam foret, nostraque deuotio tam frigida & languida; alijs sanè regulis, quomodo oratio habenda sit, tradentibus, aut alijs libris opus non haberemus.

Et quia iam (vti dixi) cum ijs loquor animabus, quæ in aliorum mysteriorum meditatione recollectæ esse nequeunt, quia hæc illis artificiosa & perplexa esse videntur (imò quædam ingenia ita subtilia sunt, vt nihil omnino illis placeat, nec satisfaciat,) mecum ipsa statui, in illarum gratiã super prædictas orationes aliqua orationis principia, media & fines fundare; res autem sublimes minimè attingam. Nemo itaque vobis libros poterit auferre; quia, si per vos studiosæ sitis, & humilitas vobis non desit, alia re nulla opus habetis. Equidem semper mirè erga sacra Euangeliorum verba affecta fui, ac magis, me illa ad recollectionem permouerunt, quàm multi bene compositi libri; & sanè, cum ipsemet eorum auctor non satis approbatus erat, non multum ad eos legendos propendebam. Postquam ergo ad hunc sapientiæ magistrum me applicui, aliquam forsitan in me considerationem docebit, quæ vobis non displiceat. Non dico, aliquam me diuinarum harum orationum explicationem allaturam (neque enim id aggredi auderem, & plures earum expositiones passim exstant; & esto etiam illæ non exstarent, stultissimè haud dubiè facerem, si eas ipsa exponere inciperem;) sed intentio mea solam est, nonnullas super Orationis Dominicalis verba considerationes adferre. Interdum enim per multiplices libros deuotionem amittere videmur erga id, quod tanti tamen nos habere interest. Certum quippe est, magistrum ipsum, si quando quid discipulum suum edocet, amorem quemdam erga illum concipere, ac operam dare vt ei placeat quod ipsi tradit; eumque sedulò iuuare, quò id ipse comprehendat. Non aliter celestis Magister nobiscum faciet; ideoque parui pendere quoscùq; alij vobis incutiēt timores, aut quæ vobis describent pericula. Ridiculū profectò est, indetramen me & sine vllò periculo per viam illam proficisci, & luculentum thesaurum mihi comparare velle, in qua tot passim latrones grassari constat. Bene tecum tum actum in mundo deputato, si eū pacificè & sine molestia auferre sinaris. Verum, vt vel tribulum mundum lucrentur, permultas noctes insomnes ducent, tibi que nec quoad corpus, nec quoad animam requiem vllam indulgebunt. Cum ergo tibi per viam regiam & securam, qua & Rex noster, & omnes electi & sancti iuere ad eum comparandum rapiendumque (quemadmodum Dominus eum à potentibus & violentis rapi tradit) beuntia

*Præceptor  
amorem erga  
discipulum  
suum concipit.*

*Pericula bonæ  
viæ minora  
sunt ijs  
quæ in mala  
sunt.*

abeunti dicitur, tanta in ea subesse pericula, tantosque tibi identidem timores incutiant; quæ nam ergo pericula expectent oportet illi, qui (vt quidem putat) bonum hoc sine via comparatum eunt? His, carissimæ, incomparabiliter plura discrimina occurrant ne cesse est: verum non illa antè intelligunt, quam præcipientes in verum periculum prolapsi fuerint, cum neminem habent qui auxiliatricem illis manum porrigat; itaque penitus aquam amittunt, nihil vt huius, tam è torrente, quam è fluuio, bibant.

Videtur ergo, carissimæ, impossibile esse sine aliqua aqua huius gutta per illam viam incedere, quam tam multi inimici insident, contra quos certare nos oportet: Certissimum namque est, illos tempore maximè oportuno & necessario præsisi emorturos: nam, nolentes volentes, carissimæ, ad fontem hunc quotquot sumus, esto diuersimode, proficiscimur. mihi ergo credite, nec à quopiam, aliam vobis viam, quam viam orationis tradere & ostendere cupiente, imponi vobis sinite. Non dico nunc autem, eam pro omnibus hominibus mentalem aut vocalem esse debere; sed vobis, dico, tam hanc, quam illam, necessariam esse. Hoc scilicet Religiosorum munus est; & quicumque vobis aliquod in hoc periculum contineri diceret, illum vt periculum quoddam habetote, eumque fugite; nec hoc memoriæ vestræ vniquam excidat; forsitan enim isthoc consilio aliquando opus habebitis. Sed illud demum periculosum erit, nullam humilitatem aliasue virtutes habere. Sed non sinet Deus vniquam, vt via orationis ceu via periculosa habeatur. Sed hanc timendi occasionem (vt apparet) inimicus homo induxit, itaque sua vassitæ & dexteritate aliquos, qui prius orationis studio tenebantur, ad lapsum pertraxit. Sed videte, quæso intolerabilem cæcitatem: non enim considerant quam multa hominum millia ideo in hæresim aliaque graua mala prolapsi sint, quod orationi non insisterent, nec quid ea esset scirent. Quod autem inter tam multos diabolus, quo hac ratione melius negotium & rem suam ageret, nonnullis eorum qui orationem frequentabant (quos facile esset enumerare) ad lapsum pertraxerit & deceperit, hinc factum est, quod nonnullis in rebus ad virtutem spectantibus tam timidos esse fecerit. Caueant ergo sibi, qui hoc se prætextu, quo minus orationi insistant, excusare satagunt: à bono quippe declinant, quod à malo sese expediant. Nullum vniquam in vita nocentius inuentum & artificium audiui; sanè diabolo auctore id in orbem inuectum videtur.

Tu tuam causam defende, bone Iesu, tu pro teipso responde; vide, quæso, quam sinistra & contrariam in partem tua hi verba intelligant; noli, quæso, tales in seruis tuis infirmitates permittere. Hoc saltem bonum est, quod semper habebis aliquos qui tibi opulentur: hoc quippe verus Dei seruus, cui nimirum Maiestas eius veræ viæ cognitionem dedit, pro-

*Via orationis non est periculosa.*

*Quæ mala eueniant ex eo quod oratio negligatur.*

primum habet, vt horum timorū occasione, in ipso numquam quiescendi desiderium magis magisque ex crescat. Clarè enim videt, quam ex parte aduersarius istū sibi velit inferre; hinc oportune se subducit, & caput illi comminuit, quod sanè magis illum mordet, quam delectent omnes, quas alij homines illi dant recreationes & gaudia. Quādo scilicet, magnorum tumultuum, è malo aliquo semine, quod inimicus homo sparsit, & quo omnes omnino homines tamquam semicæcos ad se trahere videretur, enatorum tempore, Deus aliquem excitat, qui oculos illis aperiat, simulque ad oculum ostendat, & dicat quomodo nebulam ipsis cacodæmon offuderit, ne viam qua eundum sit videāt. Ah! quanta illa Dei potentia & magnificentia est, vt interdum vnus solus vel duo, veritatem aperientes, plus possint & efficiant, quam multi alij simul! Paulatim ergo ijs rursus viam ostendere incipit, Deus autè eis animum & robur suppeditat. Quare si quod in oratione periculum esse asserant, Dei famulus e contra ostendit quantum in ea situm sit boni; si non verbis, saltem operibus. Si quando enim, frequentius sacram communionem adire, non esse bonum dicunt, tunc eam ipse adhuc sæpius frequentat: a deo vt, si fortè vnus aut duo sint, qui sine vlla formidine sequantur quod optimum est, ilico Dominus paulatim quod amissum est recuperet.

*Vulgi opinio  
parui facit  
ea.*

Omnem itaque timorem dispellite carissimæ, & huiusmodi in rebus, plebis opinionè ac sensum magni facere nolite: neq; enim iam tempus est omnibus passim credendi, sed iis solis, quos vitæ Saluatoris nostri vestigia videbitis consecrari. Date operam, vt semper mundam habeatis conscientiam & humilitatem; quidquid mundi huius est, omnimodis contemnite, firmiter denique credite, quidquid sancta mater nostra Ecclesia credendum proponit. Et hoc si feceritis, certæ estote per bonam vos viam incedere. Nolite, vt antè monui, timere ea in quib<sup>9</sup> nulla timoris subest occasio; at, si quis hunc vobis incurere velit viam, illi cum humilitate delarare; dicite, habere vox regulam, quæ sine intermissione vos orare iubeat (hoc quippe illa nobis præscribit) & eam vos obseruare debere. si orationem vocalem vos vsurpare velint, interrogate eos, an intellectus, mens ac cor reflectere necessario debeant ad ea quæ ore profertis: si dicant debere (nam aliud dicere non poterunt) videte, quomodo, hoc dicendo, aperte fateantur, vos necessario orationi mentali, quin etiam contemplationi, siquidem ea vobis in illa à Deo concedatur, insistere debere. sit is in æternum benedictus. Amen,

\* \* \*

## CAPVT XXII.

## DECLARAT ET EXPONIT, QUID SIT ORATIO MENTALIS.

**N**Oueritis, carissima, orationem mentalem, vt talis sit, vel non sit, non in eo sitam esse, vt quis os suum occlusum teneat: nam si ita verba orationis loquar, planè vt videam & intelligā me loqui cū Deo, ad hoc magis reflectendo, quā ad verba quæ profero; certū est me orationē mentalem & vocalem simul tenere. at, si sic vos docere velint cum Deo loqui, vt orationem Dominicam ore recitetis, corde autem & animo de mundo cogitetis, hic taceo. Verum si ita vos gerere velitis, vt æquum est se gerat is qui cum tali Domino loquitur; par est, vos cogitare & aduertere qui cum loquamini: & quæ vos sitis, vt saltem decenter & ciuilitate loquamini. quomodo enim cum Rege loqui, eumque Celsitudinis aut Maiestatis titulo compellere, aut debitis requisitisq; in Principe aliquo potenti alloquēdo ritibus poteritis vti, nisi ante sciatis, quis illius sit status, quis tuus? nam iuxta eum fieri debet veneratio & honor, & prout ritus consueti exigunt, nam etiam hos necesse est te nosse; alioquin, vt stupidus & ineptus repelleris, & nihil omnino impetrabis.

*Quid considerandum sit, quando cum Deo loquamur.*

Sed, quid hoc est, Domine mi Rex? quid hoc est, optime Imperator? quomodo hoc quis ferat? Tu, Domine, Rexes infinitus: quod enim habes regnum, non est muruatiuum. Cum ergo in Symbolo Apostolorum dici audio, regni tui nullum fore finem, singulare propè semper in me gaudiū sentio. Laudo & benedico te in æternum, Domine; regnum, certè, tuū in æternum durabit. Numquam ergo permitras, Domine, vt ceu bonū probeatur, eum, qui tecum loqui vult, hoc solum vocaliter facere. Quid hoc est Christiani? (vos alloquor qui orationē mentalem necessariā esse negatis) intelligitisne quæ dicitis? Equidè certissimè mihi persuadeo, minimè vos quæ dicitis intelligere, & ita vultis, vt omnes quotquot sumus vobiscum erremus, cū nesciatis quid mentalis oratio sit, aut quomodo etiā vocalis fieri debeat, neque demum quid sit contemplatio: si enim hoc sciretis, nō improbaretis hęc, quod illic probatis.

*Quis orationem mentalem opus esse negat & nesciunt quid dicant.*

Equidem, carissima, mentalē orationē semper cū vocali, quoties illius mentionem faciā, coniungā; ne vos illi perterrefaciant. scio enim, quonā hac omnia tēdant. hac quippe in parte non modicū alias ipsa passa sum itaq; efficere vellē, nemo vt vos inquietaret: p̄ multū nāq; nocet, aliquo cū timore perviā hęc ambulare. Permagni sanè refert, nosse vos rectè ac benè ire: dū enim viatori quis dicit, q̄ erret, & quod de via recta deflexerit, tūc hinc inde vagatur ac quācūq; in partē se vertit; & quidquid viæ facit interrim dū viā illā qua sibi sit eūdū quærirat, ipsū defatigat, tēporis quoq; ingens dispēdiū facit, & ad locū destinatū seri⁹ pertingit. Quis dicat, malū esse, vt dū quis vel Horas, vel B. V. rosariū legere incipit, primo cogitare incipiat,

cipiat, cum quo ibi locuturus sit, ac quis ipse sit qui loquitur, vt sic videat quam venerationem exhibere & prae se ferre debeat? Dico itaque vobis carissimæ, si quidquid ad duo hæc puncta intelligenda faciendum est (quod sanè permultum est) bene debiteque fieret, permultum vos temporis antè in orationem mentalem impensuras, quàm vocalem, quam instituere vultis, inchoaretis, hoc certum est, tam impræmeditatos & imparatos nos ad cum Principe quopiam loquendum ire non debere, ac dum cum rustico quodam aut pauperculo, quales ipsæ simus, loqui nos oportet. Perinde enim est, quomodo cum quis nos alloquatur. Equum est, vt, licet Rex hic, ob humilitatem suam me audire non grauetur, & ad se venire non prohibeat, satellites in super eius me non repellant (esto ob meam ipsa stupiditatem & ineptitudinem ei loqui prout oportet nesciam: Angeli namq; qui illic sunt, Regis sui naturam & conditiones perspectas habent, vt pote cui gratior est humilis opilionis stupiditas, quem plura dicturum videt, si plura sciret, quàm sapientium & litteratorum discursus, quantumuis elegantes, si ex humili corde non procedant) reuerenter nos & magno cum respectu, in eius conspectu geramus. esto, inquam, ipse bonus sit, nostrum tamen est, non idcirco nos erga illum inciuiliter & inhumanè gerere. Saltem, vt illis eò quòd malevolentiam illam æquanimiter perferat, (dum scilicet talem qualis ego, apud se sinit consistere) grata simus; par sanè est nos ad eius puritatem cognoscendam, & quis ipse sit, videndum omnimodis conmitti. Certum autem est, nos id statim & ià inde à principio posse aduertere, perinde atque hinc in terrenis Magnatibus id aduertimus. Nam dum quis nobis de aliquo Principe semel dixit, quis eius fuerit pater, quantus eius census annuus sit, & quod illius dominium, aliud præterea de eo sciendum nobis non est: in terra namque non tam ad ipsosmet homines reflectitur vt honorentur, quantumuis magna & illustria eorum sint merita, quàm ad ipsorum opes.

Hem miserum mundum, vos verò, carissimæ meæ, Dominum ex toto corde vestro laudare, quòd rem tam vilem, mundum inquam, deserueritis; in quo nimirum homines quod intra se ipsos habent magni nõ faciunt, sed ea tantùm quæ sui censuarij & subditi habent: quæ cum ipsis deficiunt & cessant, tunc etiam mundus ab ijs honorandis cessat. Res sanè ridicula est, & risu eam excipere, eaq; vos oblectare potestis, tunc cum simul omnes ad vos recreandas conuenitis: quippe bona recreatio est, intelligere & nosse, quantanam in cæcitate suum mundani tempus transigant. Ah, Optime Imperator, suprema potentia, summa bonitas, ipsissima sapientia principii & finis experts, nulli vt in tuis perfectionibus sint termini, vt pote quæ & infinite sunt, & incomprehensibiles; mirabilium aby-

*Deus dele-  
tatur sim-  
pliciter iusti-  
tate.*

*In mundo  
homines non  
honorantur  
nisi iustis di-  
uitis.*

*Mildicaci-  
tate non esse bo-  
num est.*

*Dei magni  
vudo expen-  
ditur.*



sus, pulchritudo omnes pulchritudines in se complectens, ipsa deniq;  
 fortitudo. Utinam, Domine Deus, hîc quis omnem humanam eloquen-  
 tiam & sapiëntiam simul & iunctam haberet, qua sciret ( prout quidem hic  
 sciri potest; quod perinde est, ac nihil omnino scire ) & posset hoc in casu,  
 multarum illarum rerum, quas; quò aliquatenus intelligamus, quis hic  
 noster Dominus, & supremum nostrum bonum sit, considerare possu-  
 mus, vel aliquam verbis exponere! Eia agite, incipite considerare, &, cum  
 aditis ipsum, nosse & intelligere, quicum loquutum earis, & quicum lo-  
 quamini. Esto mille cup io diutius hîc viueremus, quàm vivimus, num-  
 quam tamen satis intelligemus, quomodo potens hic Dominus, ante cu-  
 ius conspectum Angeli contremiscunt, quique omnia iubet, omnia po-  
 test, & cuius velle, ipsius est operari, tractari & conueniri mereatur. *Quid Deus  
 mereatur,  
 ut, eî allo-  
 quamur.* Equû  
 igitur erit, carissimæ, vt ex hisce magnalibus, quibus sponsus noster dora-  
 tus est, delectationem aliquam haurire studeamus, & simul intelli-  
 gamus, quocum sponsalia inierimus, & qualem vitam, ducere debeat-  
 mus. Hoc in mundo, si quando aliqua nubit, nouit cum quo nubat, quis  
 ipse sit, & quàm diues: & nos, iam desponsatæ, antè de sponso nostro non  
 cogitabimus, quàm dies nuptiarum aduenerit, quando nos iam in do-  
 mum suam introducet: si enim mundanæ sponsæ huiusmodi res cogita-  
 re non prohibeantur, cur quæso nos veremur, diligenter inquirere quis  
 vir hic sit, quis illius pater, quæ regio in quam nos introducet, quæ bona  
 nobis se daturum promittat: cuius item conditionis ac propensionis sit,  
 quomodo ei optimè complacere, ac quid ad illum oblectandum potissi-  
 mum facere potero; denique seridè aduertere ac videre, qua meam con-  
 ditionè & propensionem ratione ad illius conditionem attemperem &  
 conformem? Imò vt mulier benè nupta sit, & in pace & quiete uiuat,  
 vnum hoc præceptum diligenter obseruare iubetur, esto maritus eius et-  
 iam maximè plebeiis sit & vilissimæ sortis. Quid tene igitur mi carissi-  
 mæ sponse in omnibus minoris fieri, quàm homines? si hoc ipsis displiceat,  
 sponsas saltem tuas tibi relinquat, quæ tecum & viuere & mori  
 debent. Benè sanè se res coniugalis habet, cum sponsus ita zelosus est, vt  
 sponsam suam cum alio quopiam præterquam se, agere vetet. Absurdû  
 quoq; in sponsa foret, ipsâ, vt hac in re ei gratificetur & obsequatur, nõ  
 omnimodis allabora. Equû quoq; est, vt hanc prohibitionè cum alio  
 quopiam præterquâ sponso suo, agendi æquissimo animo pferat, cum  
 in ipso solo inueniat, quidquid desiderare potest. Has ergo veritates in-  
 telligere, carissimæ, oratio mentalis est, si hisce rebus recogitandis interne  
 vos occupare, & simul vocaliter orare velitis, per me licet: at interim dñ  
 cum Deo loquimini, nolite de alijs rebus cogitare: hoc quippe in causa  
 est, vt non intelligamus quid oratio mentalis sit. credo, id iam satis vobis

o expofitum à me effe, det Deus vt reipfa id adimplere mouerimus.

## CAPVT XXIII.

OSTENDIT, QUANTI REFERAT, EVM QUI PER VIAM orationis (semel ingredi cœpit, non retrogredi: & simul rursus declarat, quantum in eo momenti fitum fit, vt magna cum resolutione ei se applicet.

*Per magni refert cum magna resolutione incipere, & quare.*

**D**ico ergo permagni referre, vt magna cum resolutione quis incipiat, idque ob multas rationes, quas omnes referre hoc loco nimis longum foret: duas solùm aut tres vobis huc adferre visum est, carissimæ. Prima est, parum æquum videri, vt, cum Deus tam multa nobis dederit, & etiamnum det quotidie, idque propter exiguum quid quod ei dare statuimus (paruam scilicet hanc sollicitudinem, de qua loquor) & quidem non sine magno lucro & compendio, nos id ipsum ei cum magna resolutione nõ demus, sed perinde faciamus, atq; qui rem aliquã dar mutuo, vt scilicet eam postea rursus accipiat. Hoc (meo iudicio) non est dare; imò, si quando quis quid mutuauit, & postea resumit, semper mutuarius aliquantulum exinde alienior à mutuante manet; præsertim si re mutuata opus habeat, eamq; iam vt propriam vindicare sibi inceperit. Si verò boni amici inuicem sint, & mutuans multa beneficia à mutuuario, & quidem nulla mutua cõpensatione data, acceperit, hic sanè meritò id velut insignem contumeliam, iniuriam & parui amoris signũ interpretabitur, quòd mutuã ne vnã quidem rem suam, saltem in signum amoris, apud se esse pati nolit. Ecquãnam est sponsa, quæ, multis iam à sponso suo acceptis monilibus, ijsquæ pretiosis, non ad minimum ei annulum vnum dabit; non quidem quòd hic tanti valoris sit, (quidquid enim habet, iam ad ipsum pertinet) sed in pignus & arrham, quòd ad mortem vsque constanter ei adhæsura sit? Quid ergo Dominus hic noster minus meretur: cur illum sic ridemus & tam contẽptim habemus, vt vnum nihil illi datũ modò demus modo resumamus. Hoc ergo pauillo temporis quò illi dare proponimus, è tam multo tempore quò cum alijs, qui nobis id circo nec gratias agent, nec hilum dabunt, consumimus, demus illi, quæso, cogitationem nostram ab omnibus alijs rebus liberam & vacuam, ac firmo quodam cum proposito numquam id exinde illi eripiendi, quæcumque demum nobis propterea molestia & difficultas, quæcumque hinc inde cõtradictio, quæcũq; ariditas obueniãt. Sed vt tẽpus hoc reputemus velut rẽ quæ iã non amplius nostri iuris est, ac credamus, id per viã iustitię quodammodo à nobis repositi posse, si quando totaliter id ei dare nolumus. Dico totaliter; neque enim tunc id illi penitus auferre dicimus, cum vnò tantum aut etiam aliquot diebus, ob iustas quasdam occupationes indispositionemue aliquam id omittimus, fac saltem & solida

*Parum illud temporis quod Deo datur, magna resolutione ei dandum.*

dam habeas intentionem: neq; enim Deus meus ad eò tenuia computat, nec minutias curat. & hoc si feceris, erit cur etiam ab bonam tuam voluntatem tibi gratum se exhibeat; nam est hoc saltem aliquid dare. Alterum verò, bonum quidem est, sed illi solum qui liberalis non est, sed ira tenax & angustus, vt non sit illi animus ad dandum sed satis se facere putet, si vel mutuo det. Saltem, faciat aliquid, nihil quippe est, quod bonus hic Dominus ad bonum computum non accipiat: in omnibus ipse se nostræ accommodat voluntati: in rationibus à nobis reposcendis non est sordidus, nec minutias curat, sed generosus: omnia articragia & antiqua debita, quantacumque demum ea sint, penitus nobis remittere graue non ducit, modò hac ratione nos lucretur. Ita e contra singula obsequia notat, vt certus esse possis, quod nequidem minimum oculorum coniectum ad ipsum quo illius recordamur, irremuneratum abire sit passurus.

*Diabolus  
timet a-  
nimos  
generosos.*

Altera ratio est, quod inimicus tantam ad generosas & resolutas animas tentandas potentiam non habeat: ab illis enim sibi in primis metuit, experientia quippe iam nouit, magnum sibi ab illis damnum accedere, & quidquid ad illis nocendum producit ac dirigit, hoc totum tam in ipsarum, quam aliarum commodum cedere, itaque se damnum referre. Non propterea tamen nos aut negligentes esse, aut huic rei confidere debemus, nam, cum proditoribus vas ferrimis nobis negotium est; qui cautos sibiq; attendentes non tam audacter impetere audent: quia dæmon valde meticulosus & pauidus est; vnde si quem negligentem & incautum videret, maximum illi damnum inferret: Si quem verò vacillantem & nutabundum, nec in virtute solidè fundatum, nec ad perseuerandum satis animatum; hunc assidue noctes & dies insectabitur, huic timorem incutiet, & eiusmodi difficultates obiciet, numquam vt se possit expedire. Equidem id per experientiam optimè noui; hinc & ipsum describere potui; & addo, neminem certè, scire quantum hac in re momenti sitim sit.

*Qui resolu-  
tus est ma-  
iore animo  
pugnat.*

Huc accedit aliud à quo etiam permultum dependet, scilicet resolutum hunc hominem maiore animo & generosius certare: nouit enim, quidquid demum mali sibi eueniat, sibi nefas esse retrocedere. Non secus ac qui in acie & confictu constitutus est, qui nouit, si hostes sibi praeualent ac superiores sint, nequaquam sibi vitam condonaturus; & si fortè hoc in confictu non occumbat, se nihilominus postea mori debere. Hic ergo generosius & animosius pugnat, caroque vitam suam (vti vulgò dicitur) vendere satagit, nec ictus & vulnera multum curat: pra oculis namque habet, quanti sua referat victoriam de hoste referre, vitamq; inde suam pendere quòd eum superet. Necesse praeterea est, vt magna cum animi certitudine ac securitate incipiamus, fore scilicet vt tandem victoriam consequamur, si minimè nos vinci patiamur: hoc saltem

*Incipiendū  
est securitate  
de victoria.*

*Modica se  
veritas pu-  
sillanimita-  
tis mater.*

*Viam Dei  
experiendo  
nihil perdi-  
ditis.*

saltem certum & indubitatum est, minimum quod hinc referemus com-  
modum & lucrum fore, quòd permultum spiritualium opum inde no-  
bis sumus comparaturi. Nolite timere, quòd Dominus præ siti vos emori  
finat, utpote qui nos vltro inuitat ad ex hocce fonte bibendum. Hoc er-  
go dictum maneat, & vellem sanè, id sæpius dicere & repetere, quòd id  
quàm maximè pusillanimes reddat eos qui Dei bonitatem nondum pe-  
nitus per experientiam cognitam habent, etsi per fidem eam cognorint.  
Sed magnum quid est, re ipsa & experientiâ expertum esse, quàm is amice,  
suauiter & blandè tractet eos, qui per hanc viam incedunt, & quomodo  
penè sumptu illius iter hi suum instituunt. vnde non miror, eos qui hoc  
re ipsa experti non sunt, aliquam prius commodi aut lucri cuiuspiam se-  
curitatem exigere. Sed ipsæ iam tum nostis, pro vno centuplum dari, et-  
iam in hac vita, & Dominū dicere, *Petite, & dabitur vobis.* Porro si Maiestati  
illius, in varijs Euangelij sui locis hac de re certiores reddenti, minimè  
credatis, carissimæ, frustra meū ego cerebrū, ad hoc vobis exponēdū, frā-  
go & me fatigo. Et tamen qui de eo aliquātulum dubitat, dicere possum,  
non multum se, si experiatur & periculum faciat, perditurum. Hoc enim  
boni iter hoc habet, quòd plura dentur quàm petantur, aut petere possi-  
mus. Hoc reuera ita se habet; equidem id noui, & si quæ vestrum id  
etiam experientia, Deo dante, nouere, illas ego huiusce rei testes pro-  
ducere possum.

#### C A P V T XXIV.

OSTENDIT, QUOMODO ORATIO VOCALIS PERFECTE  
fieri possit, & quàm ea sit cum mentali  
compatibilis,

*Multos nu-  
dum medi-  
tationis no-  
men perter-  
ret.*

ILLas ergo animas iā rursus alloquamur, quæ se ipsas (vt dixi) recolligere,  
vel intellectum suum in oratione mentali fixum quietumque detine-  
re, vel considerationem aliquam formare nequeunt. Duo illa hoc loco  
non nominemus, quòd ad eadem ineptæ sitis. Multos quippe de factò re-  
perire est, quos vel nudum orationis mentalis aut contemplationis no-  
men perterrerere videtur; & fieri posset, vt etiam aliqua talis opinionis hāc  
ad domum veniret, cum (vti antè dicere memini) non eadem omnes via  
incedant. quod ergo vobis in præsens consulere, & etiam docere (vere sic  
loqui possum; nam in quantum matri, utpote ad Præpositæ munus, quo  
iam fungor, euectæ, mihi hoc permissum est) volo, hoc est, quo-  
modo videlicet vocaliter orare & legere debeatis; par enim est in-  
telligatis ea quæ dicitis: & quia fieri potest, vt ei qui de Deo co-  
gitare nequit, graue etiam futurum sit longas quasdam oratio-  
nes

nes fundere, hinc nec huiusmodi orationes iam in exemplum proferre volo, sed eas dumtaxat, quas, quia Christiani sumus, necessario nos recitare oportet, uti sunt, *Pater noster*, & *Aue Maria*, ne de nobis dicatur, nos loqui, & non intelligere quid loquamur; nisi forte satis nobis videatur, ex consuetudine tantum ipsa verba pronuntiare, & hoc satis esse. Sed, hocne satis sit, an non, equidem non definitio; definitient docti. Quod autem à nobis carissimæ fieri vellem, est, ut scilicet solum hoc nobis non sufficiat: cum enim dico, *Credo*, æquissimum mihi videtur, intelligere & nosse me quid credam, & cum dico *Pater noster*, amor exigit, ut intelligam, æquis hic pater sit, & quis magister, qui hæc nobis orationem tradidit. Si dicatis, vos iam tum hoc nosse, & necesse non esse ut hoc vobis quis in mentem reuocet; malè dicitis: magnum quippe inter vnum magistrum & alium est discrimen. Imò, etiam inter mundanos insignis ingratitude nis signum ducitur, magistrorum suorum memoriam non seruare, præsertim si hi sanctæ sint vitæ, & magistri animarum: imò verò impossibile esse censeo illorum nos, dummodo boni discipuli simus, vnumquam obliuisci. Talis ergo doctoris, qui hanc nos orationem docuit ac tradidit, idque tanto cum amore & desiderio, ut in utilitatem illa nostram cederet, absit, ut non quam frequentissime recordemur, dum hanc orationem fundimus, etsi nostra infirmitas id fortasse non semper permittat.

Quod ad primum ergo, iam tum scitis, diuinam eius Maiestatem nos docere, orationem in solitudine fundi oportere: eam enim ipse semper est sectatus, dum orauit, idque non tam quia ea opus haberet, quam ad nostram instructionem & exemplum. Hoc præterea ex antè dictis iam patet, non posse nos simul cum Deo, & cum mundo loqui: hoc porro facit, quisquis, dum orat, ex altera parte auscultat ad ea quæ interim alij loquuntur, vel quæ sibi tunc occurrunt, animo agit, suam ab iis mentem nequaquam seuocare studendo. Præterquam dum id, certis quibusdam temporibus, ex prauis & malignis humoribus oritur ( præsertim si orans melancholicæ passioni aut infirmitati cerebri obnoxius sit, aded ut, quæcumque demum adhibeatur diligentia, frustra nea & in cassum sit) aut quia Deo visum permittere, ut magnarum tempestatum dies super famulos suos, ad maius ipsorum bonum & commodum ingruant: aded ut, licet summopere se ipsi affligant, & hoc ipsum impedire omnimodis conitantur, quidquid agunt frustra sit, nec ad ea quæ dicunt reflectere, nec mens in vlla cogitatione sese detinere valeat, sed, perinde ac si phrenesi laboraret, in diuersum vagetur errabunda. Verum ex pæna quam tunc sentit, potest quis ira dispositus, facile colligere, sibi id in culpam minimè ascribendum. Quamobrem minimè se discreti & (hoc namque adhuc deterius foret) nec ad rationis præscriptum redu-

Quomodo  
vocaliter o-  
rare oport-  
seat.

Præceptorii  
seruanda  
memoria  
est.

In solitudi-  
nè orandū.

Quomodo  
intellectu  
distractio-  
rans se ge-  
sturus sit.

cere studeat id, quod tum quidem omnis rationis incapax est, intellectum inquam suum: sed oret tum prout potest, aut etiam planè non oret, sed animam suam, utpote infirmâ, recreare & alleuiare conetur, & altero cuiuspiam pio operi se applicet. Hoc dictum sit pro ijs, qui seriam sui ipsorum curam gerunt, & iam satis intelligunt, non debere se simul Deo & mundo loqui.

Quod vero nos à parte nostra præstare possumus, est, ut in solitudine & solâ esse quàm maximè allaboremus, & faxit Deus, ut hoc (sicuti dico) satis sit ad bene intelligendum, qui cum loquamur, & quid Dominus ad orationes nostras respondeat. Putatisne illum tacere, esto cum non audiamus? minimè. etenim ad cor nostrum loquitur, cum ex toto corde illum oramus. Ad hæc cum primis vtile est, considerare, singulas nostrorum speciatim de numero illorum esse ad quos hanc Dominus orationem loquitur, & ipsum hanc nos docere. Porro numquam vsq; adeo præceptor à discipulo suo distat, ut eum necesse sit alta voce inclamare; sed huic valde propè est. Velim porro intelligatis, vobis ad orationem Dominicam bene recitandam, cum primis vtile fore, si à præceptore qui illam ore suo vobis tradidit, non procul recedatis, sed iuxta eum maneat.

Dicetis mihi, hoc ipsum iam considerationem videri, vos tamen nec posse, nec velle aliter, quàm vocaliter orare: nam etiam quosdam reperiri, qui nihil omnino pati volunt, & omnem à se laborem & molestiam remouent: quibus difficile est initio cogitationem recolligere, eo quod huic recollectioni non assueuerunt, qui ne vel modicum sibi inferant molestiæ, ac se fatigent, non nisi vocaliter se & posse & scire orare aiunt. Bene dicitis, hoc iam orationem mentalem fieri, sed ego in veritate dico vobis, planè nescire me, quomodo vna ab altera queat disungi, si modo vocalis peragi debeat bene & ita, ut qui cum loquamur intelligamus. Imò verò etiam in conscientia tenemur conuicti, ut cum attentione oremus. & faxit Deus, ut hisce remedijs iuuantibus, Dominicam orationem bene legere possimus, nec in alterius rei impertinentis cogitatione desinamus. Hoc ipsa aliquando experta sum, & nullum hîc melius remedium inuenio, quàm cogitationem in eum, ad quem verba mea dirigo, defigere conuicti.

Quare habetè patientiam, & date operam

ut rei adeo necessaria paulatim

assuescatis.

*Ut oratio  
vocalis bene  
fiat, ab  
mentali dis-  
iungenda  
non est.*

*Quomodo  
autem attentio  
ne oratio  
vocalis fieri  
possit.*

## CAPVT XXV.

DECLARAT, QUAM ANIMAE VTILE SIT VOCALEM ORATIONEM PERFECTE FACERE; & QUOMODO EIUS ADMINICULO SEPE CONTINGAT, VT ILLAM DEUS AB EA AD SUPERNATURALIA SUSTOLLAT.

NE verò existimetis paruum dumtaxat esse fructum qui ex oratione vocali perfecte facta elicitur, dico, facile fieri posse, vt Dominus ad perfectam vos contemplationem sustollat, interea dum vel Dominicam, vel aliam quampiam orationem vocalem profertis; hac namque ratione Maiestas eius ostendit, audire se eum, qui secum loquitur; Magnitudo quoque illius loquitur, ei intellectura eius eleuando, cogitationem velut colligando, & verbum ei de ore (vt vulgò dicitur) rapiendo; ita vt, tametsi hic velit, loqui planè non valeat, nisi summa cum difficultate. sentit itaque, se à diuino hoc Magistro, sine vlllo verborum strepitu tum edoceri, potentias animæ eleuando; tunc quippe si operarentur, plus obessent, quàm prodesse; fruuntur quoq; , ita tamen vt non intelligât, quomodo fruantur: adhæc anima ardenti caritate penitus exæstuat, at, quomodo amet, non intelligit; nouit se frui eo q̄ amat, nescit tñ quomodo fruatur; tametsi intelligat, non tale id gaudium & delectationem esse, vt intellectus ad ipsum desiderandum atq; expetendum possit pertingere. at voluntas ipsum comprehendit, vt tamen ignoret, quomodo; sed, mox vt aliquid eius potest concipere & intelligere, videt bonum hoc non esse huiusmodi vt omni eo, qui hîc in terra illius comparandi causâ perferri posset, labore, tametsi etiam simul iuncto, vllatenus promereri queat. Donû namq; est, terræ celiq; Domini, qui dat pro sua magnitudine ac potentia; ac pro eo quod est.

Hæc, perfecta contemplatio est, carissimæ: iam verò intelligetis, ecquæ sit inter eam & mentalem orationem differentia: hæc namque in eo sita est (sicuti iam supra dixi) vt cogitemus, & intelligamus quid & quicum loquamur, & quinâ ipsi simus, qui cum tam magno & potenti domino loqui audeamus. Hoc, & alia id genus, quàm scilicet parum hæctenus ei seruiuerimus, & quantopere ei seruire obligati simus, recogitare, demum oratio mentalis est. Nolite cogitare eâ, Mosarabicâ, aut aliâ quamdam incognitâ linguâ esse, neue ipsum vos nomen illius perterreat. Orationem Dominicâ, & salutationem Angelicam, aut aliud quodcûq; cupitis legere, oratio vocalis est. Videte ergo, quâ dissonam hæc, sine prima illa, musicam factura sit; imò, sine illa, subinde ne quidem in verbis certus ordo futurus est.

Ab oratione vocali sustollit Deum animâ subinde ad contemplationem, & quomodo.

Potentiarû suspensio vnde fiat.

Oratio mentalis quid sit.

Quid vocalis sit.

*In oratione  
mentali &  
vocali ali-  
quid possu-  
mus, sed non  
in contem-  
platione.*

In duabus his rebus aliquid quidem, cum Dei gratia, ipse per nos possumus: sed in contemplatione, de qua modò loquebar, nihil omnino. Maiestas illius est, quæ omnia peragit, & illius hæc est opus, naturam nostram longè transcendens. Sed quia hæc quæ ad contemplationem spectant, latius in vitæ meæ narratione, quam me descripsisse dixi, vt eam Confessarij mei, qui hoc mihi iniunxerant, examinarent & inspicerent, exposui, & pro modulo meo declaravi; idcirco illa hoc loco non adfero, satis existimans esse, ea vel obiter insinuare, & velut digito indicare. Vobis ergo, quibus id bonum datum est, vt ad contemplationis statum vos Dominus euehat, dico, quædam in eo scripto (si modò ipsum nancisci possitis) illius monita ac documenta tradi, quæ & Domino placuit vt bene scirem exponere, & quæ magnæ vobis consolationi esse possent, & (prout quidè mihi, & alijs nonnullis, qui librū illū viderunt, & apud se detinent, quia magni faciunt, videtur) iuuare: nā pudor est, me vobis dicere, vt aliquo in pretio librū illū haberetis: & nouit Dñs, quāta cū verecundia ac pudore multa eorū scribā q̄ scribo. sit ipse benedictus, q̄ merita perfert & tolerat. Quæ ergo supernaturale orationis genus vt dixi, habebūt, post mortem meam eum habere curent; quæ verò nondū ad id perueniunt, eo minimè opus habebunt, sed quæ isthoc in libro continentur, exequi conabuntur, omnibus quibus poterunt medijs lucrari satagentes, & impigrè contententes, quò talem iis Dominus orationem concedat, & identidem hanc petentes, se ipsas denique adiuuantes: de cetero, sinant Dominum agere quod placuerit; ipse enim est, qui illam largiri debet; nec eam etiam vobis negabit, dummodo in via non hæreatis, sed tamdiu omni connisu & conatu cōtendatis, vsque dum ad finē pertingatis.

## CAPVT XXVI.

**MODVM COGITATIONIS RECOLLIGENDÆ PRÆSCRIBIT,**  
*quadam ad hoc media suggerens. Caput hoc perutile est orationem primūm  
exercere incipientibus.*

*Vocalis ora-  
tio quomodo  
bene fiat.*

*Dominus  
presensia cō-  
sperienda.*

**R**euertamur ergo ad orationem nostram vocalem, vt ea sic instituat, vt eam nobis non intelligentibus nec percipientibus simul totam Deus det; Vt autem (quemadmodum dixi) oremus prout oportet, notissimum est, & examen conscientiae, & culpæ confessionem, & signum crucis orationi præmittenda esse. Deinde operam date, carissimæ, cū solæ sitis, vt aliquem apud vos habeatis, Quem porro meliorem socium habeatis, quàm ipsummet præceptorē, qui orationem, quam recitaturæ estis, præscripsit & tradidit. Cogitatione ergo, hunc vobis præsentem



sentem adesse fingite, ac videre, quanto is vos amore & humilitate doceat; & nolite, quam diu potestis, sine tam bono amico esse, in quo mihi credatis velim. Si verò assuescatis, eum semper apud vos præsentem habere, ipse verò vos id videat ex amore facere, atque in omnibus ei placere studeatis; illum à vobis effugere & eiicere (vt vulgò dicitur) minime poteritis: numquam vos ille deseret; in omnibus necessitatibus vestris vobis aderit, & omnium in loco inuenietis. Putatisne exiguum quid esse, huiusmodi amicum semper ad latus suum habere?

Vos itaque sorores, quæ longos apud vos ipsas discursus formare, aut operationes intellectus habere, aut cogitationem vestram diu vni rei affixam tenere non potestis, huic saltem rei assuescite. Ecce, scio vos id posse; ego enim ad multos annos in hisce difficultatum, quæ sanè permagnæ sunt, salebris hæsi, vt cogitationem nulli certæ rei possem affigere. Simul quoque scio, Dominum numquam nos ita deserere, quin nobis paratus sit præsens adesse, si modò cum humilitate id ab eo postulemus. Siquidem vno anno id impetrare non valeamus, plures impendantur; nequaquam nos ei rei pigeat tempus impendere, cui ipsum tam bene impenditur. quis enim, vt festinemus, nos vrget? Dico ergo, nos huic rei nos posse assuefacere, & elaborare, vt hūc verum magistrum semper ad latus habeamus. Non ergo à vobis nunc exigo, vt de illo assidue cogitetis, multos conceptus excogitetis, aut magnos & subtiles discursus intellectu formetis. Aliud non volo quàm vt ad eum respiciatis. Quis, quæso, vos impediatur, animæ oculos ad Dominum hunc attolere, saltem festinanter & obiter, si aliter id facere nequeatis? Potestis res fœdissimas & spurcissimas intueri, & videre non poteritis rem, quàm nulla aut pulchrior, aut speciosior fingi potest: si ipse vobis non videatur esse pulcher, veniam vobis do ad ipsum non aspiciendum: At noueritis, carissimæ, sponsum hunc vestrum suos à vobis oculos nunquam desistere. Mille in te spurcitas, fordes, & abominaciones sibi factas pertulit, nec sufficientes hæc fuisse ad suos à te oculos vniquam diuertendos; & tu vt magnum reputabis, quòd oculos, à rebus hisce exterioribus abstractos, ad ipsum nonnumquam reflectas? Ecce, aliud nõ expectat, (vt quidè Sponsæ ait) quàm vt ipsum intueamur. Mox vt illum desiderabitis, inuenietis: ranti quippe facit, quòd nostros ad illum oculos denuò conuertamus, vt nulla ad hoc à parte eius, defutura sit diligentia.

Quod mulierem, ad cum viro suo pacificè & quietè viuendum facere debere dicunt, vt nimirum si ipse contristetur, ipsa etiam tristitiam induat & præ se ferat; si autem ille gaudeat, ipsa esto non gaudeat, gaudere tamen se ostendat; (videte, quæso, carissimæ, à qua seruitute & subiectione vos ipsas liberaueritis;) hoc reuera, & sine vlla fictione Dominus

*Cū in gaudio sumus, Dominum resurgentiē intueri bonum est.*

*Consolatio tristitiam ex aspectu saluatoris.*

*Non solum Dominum intueri sed & alloqui oportet.*

vobiscum agit: se namque vobis subiicit, ac vos velut dominam esse vult, voluntariq; vestræ se gestit adcommodare. Si ergo cæteris, vide illum resurgentem; etenim vel sola illa consideratio, quomodo nimirum è sepulchro prodierit, te ad gaudium excitabit; quoniam videlicet in splendore, & pulchritudine, quali cum maiestate, quàm victoriosus & exultabundus, vt qui conflictum illum, in quo amplissimum sibi regnum comparauit (quod omne tibi cedere vult) tam feliciter confecit. Annon ergo æquissimum est, vt, cum tam multa ipse tibi det, tu oculos tuos semel, ad ipsum aspiciēdū, attollas? Si quā ærumnā aut tristitia opprimaris, intuerē illū ad hortum Gethsemani abeuntem; & considera quantam ille tunc in corde suo tristitiam gereret; cū ipse, qui ipsamet est patientia, suam tristitiam indicet, deque ea expostulet. Aut respice illum ad columnam ligatum, pœnis & tormentis vnde quaque oppletum, & toto corpore flagellis frustillatim concisum, idq; ex vehementi amore quo te prosequitur; hic vide illum ab his exagitatū, ab alijs consputum, ab amicis denegatum, & ab ipsdem derelictū, neminem vt habeat qui ipsius causam agat, frigore rigidum, & ita derelictū & solum, vt inuicem intuentes, inuicem solari possitis; denique respice illum crucem baiulantem, & ita sub ea gementem, vt ne spiritum quidem attrahere permitteretur. respiciet ille vicissim te blandis & benignis oculis, sed lacrymis oppletis, & suorum ipse tormentorum obliuiscetur, quod te in tuis ærumnis soletur, tantummodo vt ipsum adeas, tuam ab ipso consolationem mutuatura, & caput tuum, quo illum aspicias, versus illum inclines.

O Domine mundi, vere sponse mi (dicere ei potes, si cor tuum ad teneritudinem mouerit eò quod illum in eo statu videris; adeò vt non solum eum velis intueri, sed etiam alloqui gaudeas, idque non oratione aliqua composita aut affectata, sed cordis tui dolorem & compassionem ei significando, quem ille permagni facit) tali in necessitate, amantissime Domine & vnicum bonum meum, es constitutus, vt tam vilis creatura, qualis ego, consortium non subterfugas; quinimò è vultu tuo facile aduerto, aliquid te è consortio meo solarium hausisse. Quid? fierine potest Domine, tui vt Angeli te deserant solum, atque adeò nullam à Patre tuo cælesti tibi solamen venire? Cum ergo hæc omnia ipse pro me pati digneris & velis Domine, quid, quaeso, ego pro te fero? de qua re conquerar? Ex quo te sic constitutum vidi Domine, tota rubore suffundor, & omnes, quæ mihi superuenient, aduersitates & ærumnas æquanimiter ferre, easq; vt felicitatem interpretari, itaque te in aliquo imitari volo. Simul ergo & pariter eamus, Domine, quocumque tuleris, eò ad te veniam; quocumque transferis, & ego transibo.

Crucem hanc arripite eique manum ad mouete, carissima; parumq; more-

moremini, quòd Iudei vos conculcent, dummodo Christus vester tantum in baiulando laborem non sustineat, parum curate quiddam illi vobis calumniando obijcient, ad omnia illorum obloquia & contradictiones obsurdescite, collabantes & collabentes cum sponso vestro, cruci indiuisa adhærete, neque illam vniquam deserite. Considerate attentè, quàm anhelet, quàm sit defatigatus, ac quorū passio illius interuallis quiddam demum vos patimini transcendat, hinc quantumcumque; illud vobis graue & durum videatur, & quantumlibet id sentiat, consolationem in eo sentietis & alleuiamentum: videtis quippe, omne tormentum vestrum cum Domini pœnis collatum, non nisi ludicrum & puerile esse.

Petitis à me carissimæ, quomodo id modò fieri possit: dicentes, si quidem eum vidissetis, dum Maiestas illius agens in terra vivebat, vos libentissime id facturæ, & illum semper in oculis habituræ fuisse. Minime id mihi possum persuadere: qui enim nunc parum violentiæ sibi inferre detrectat, dum taxat ad oculos intellectus recolligendos, quò Dominum hunc intra semetipsum videat (quod sine vilo profus periculo facere potest, sed ad quòd aliqua tantum sollicitudine & diligentia opus est);

multo minus tunc se sub cruce cum Maria Magdalena, quæ mortem ante oculos suos videbat, constituisset. Quantum autem sacratissima eius mater, & hæc ipsa Magdalena passa sint, facillè creditu est? quales minas? quæ maledicta? quos impulsus & raptationes? quas insolentias? qualibus cum aulicis, imò verò, quæ cum infernali cohorte, & cacodæmonis ministris illis negotium erat? Horrenda profectò calumnia & scommata fuerint oportet quæ tunc patiebantur, sed alia pœna maior & dolor in causa erat, vt suam ipsæ pœnam minimè sentirent. Nolite igitur putare, carissimæ, tanto vos labori ferendo pares futuras fuisse, quòd modò tam paruas reculas ferre nequeatis; in quibus si vos ipsæ nunc exerceatis, exinde ad alia maiora ferenda transire poteritis.

In primis autè vos hac in re iuuabit, si quamdam amantissimi huius Domini imaginè, & expressam quæ ad gustum vestrum sit, similitudinem circumferre curetis; non quidem vt ipsum in sinu solùm gesteris, & nunquam intueamini, sed vt sæpius cum illo agatis: instillabit enim ille vobis, quid ei dicere debeatis. Cumque; verba vobis non desint, ad cum alijs loquendum; cur, vt cum Deo loquamini, ea vobis desint? Hoc vt fiat nolite credere; ego saltem vobis in hoc non credam, dummodo hoc vos exerceate videam: certum namque alioquin est, verba vobis defutura. nam cum aliquo interim non loqui, quamdam causatur alienationem, & causa est, vt nesciamus, quo eum modo alloqui debeamus; adeò vt eum ne agnoscere quidem videamur, etsi sit de consanguineis. Defectu enim confortij & communicationis disperit & consanguinitas & amicitia.

*Quicumque  
se iam ad pa-  
tridum appli-  
care non vult,  
Domino pa-  
siente sub  
eius cruce  
non mansis-  
set.*

*Quid D.  
Virgo &  
Magdalena  
sub cruce  
Domini sint  
passa.*

*Remedia ad  
patiendum.*

*Imago Do-  
mini gesta-  
da. & cur.*

*Libri p̄ij v.  
vilitas.*

*Anima in  
seruū lenoci-  
nis quibus-  
dā ad bonū  
p̄licienda.*

Conducit præterea quàm maximè, librum aliquem bonum lingua vulgari conscriptum legere, etiam tantùm ad cogitationem recolligendam, vt illius adminiculo oratio vocalis bene instituat, & anima illi paulatim magis & magis assuefaciat, idque suauis quodam lenocinio ac leni inductione, ne videlicet ab ea deterreatur. fingite vobis, multos iam annos effluxisse, ex quo illa se à sponso suo fuga iudaxit, & donec denuò ad ædes eius reuerrere velit, necesse esse, vt quàm dexterrimè & artificiosissimè ipsam nouerimus tractare & conducere. Eius namque nos peccatores, quotquot sumus, naturæ & ingenij sumus, & animam ac cogitationem nostram ita assuefecimus vt liberè ruant, quò volunt, aut (vt meliùs dicam) quò iuisse piget, vt misella anima sui ipsius compos non sit: adèò vt magno artificio hic opus sit, quò illi denuò ad sponsi sui domum reuerti, inque ea habitare allubescat: nisi enim sic procedamus, eamque ita sensim assuefaciamus, nihil omnino efficiemus. Quare iterùm hoc certum & persuasum vobis sit, si vos diligenter & seriuò ad id quò dixi, assuefaciatis, tātum inde vos lucri percepturas, vt, esto vellem, exponere id vobis ipsa non possem. Ergo bono huic præceptori vos propius applicate, firmissimo cum proposito addiscendi ea, quæ ipse vobis præceptorus & docturus est: & efficiet Maiestas eius, vt bonæ euaturæ suis discipula; nec ipse vos vniquam deferet, si vos ipsum antè non deseratis. Considerate verba, quæ diuino illo ore prodeunt, nam vel è primo verbo statim intelligetis, quò vos amore prosequatur: neque enim exigua est discipuli aut felicitas, aut voluptas ac solamen, videre se à præceptore suo diligì.

### C A P V T XXVII.

**AGIT DE MAGNO AMORE, QVEM IN PRIMIS ORATIONIS.** *Dominica verbis Dominus nobis ostendit, & quanti referat, eas, quæ verè Dei esse filia cupiunt, stirpem & profapiam suam nihil penitus curare.*

*Quantam à  
Deo gratiā  
recipiamus  
in initio Pa-  
ter noster.*

**P**ater noster qui es in cælis. Domine mi, quàm bene tu Pater talis filij, & filius tuus talis Patris esse videtur: filius esto proinde in æternum benedictus: an non satis fuisset, magnam hanc gratiam Domine in orationis finem reiecisse? Statim atque incipis, manus nostras vnde vndique donis adimpleas, talemque nobis gratiam præstas, bonum sanè vt esset, intellectum ab ea repleti, quò & voluntatem adèò occuparet, nullum vt verbum ad te loqui posset. Quàm benè hic, carissimæ, ipsa altissima & perfectissima contemplatio vsu veniret! quam etiam meritò hic anima in se ipsam descenderet, vt sic meliùs supra seipsam posset ascendere, quò ei sanctus hic filius, declararet, quid sit locus ille in quo Patrem

Patrem suum esse dicit, qui est in cælis. Terram relinquamus, carissimæ: neque enim fas est, talem gratiam, qualis hæc est, ita parui fieri & tam vilem haberi, vt, postquam intellexerimus, quanta illa sit, adhuc in terra hæreamus.

Quomodo, ô fili Dei, & suauissime Domine, simul tam multa in primo verbo donas: nam, præterquam, quòd te ita extremè humilies, vt te nobis in petendo socium, & rei ita miseræ contemptæ que fratrem facias; an non in Patris tui nomine nobis das quidquid demum donari potest, cum cupias eum nos in filios accipere? Verbum quippe tuum errare nequit; & illum quodammodo obligas, vt hoc re ipsa adimpleat. quod sane non leue est onus & obligatio. Si enim noster sit Pater, nos ille, quantumlibet magnæ sint & graues iniquitates nostræ, si, ad instar filij prodigi, ad eum reuertamur, ferat necesse est. Debet ipse nobis debita dimittere, in nostris nos afflictionibus & malis consolari, nec non & alimenta suppeditare, sicut talem Patrem facere decet, qui necessariò melior sit oportet, quàm quotquot in mundo sunt patres: aliud enim in ipso esse nequit, quàm omne bonum perfectum, & post hæc omnia, tandem nos comparticipes & cohæredes tecum reddere. Considera, quæso, Domine, tamen ob amorem quo nos prosequeris, & humilitatem tuam nihil te impedire possit: (es quippe super terram, & eadem vestitus es, cum nostram ipse naturam indueris; itaque vt ad commodum nostrum respectum habeas, ratione moueri videris,) considera, inquam, Patrem tuum in cælis esse: id enim ipse fateris. æquum est ergo, vt honoris illius curam geras, & esto oblatu ipse sis vt nostri causa in honorareris, patrem saltem tuum immunem ab onere præsta, nec tantam illi obligationem pro tam scelerata natione atque ego sum, quæ illi propter hoc tam parum grata existet, inducas. Quæ, ô bone Iesu, liquido ostendisti, vnum quid te cum ipso esse, tuamque voluntatè ipsius & ipsius tuâ esse? Quam aperta & manifesta hæc confessio est, Domine! quam res potens est amor quo nos prosequeris! Huc illucque & in omnes te partes versasti, quo cacodæmonem celares, te filium Dei esse; sed, præ magno salutis & boni nostri desiderio, nihil te impedit, quo minus nobis summum hoc & eminentissimum beneficium præstes. Quis alius, Domine, id facere posset, quàm tu? Hoc saltem, amantissime Iesu, video te, ceu carissimum & dilectissimum filium, & pro te, & pro nobis locutum esse, & simul habere te potestatem ad faciendum vt in cælo adimpleatur id quod tu te in terra loqueris. Benedictus esto in æternum amantissime Domine, qui tam libenter das, vt nulla te causa, à dando impedire aut auocare possit.

Quid vobis ergo videtur, carissimæ filia? an non hic bonus magister,

gister est: utpote qui, quò nos alliciat, ad addiscendù id quod ipse nobis tradit, tam singulare nobis iam inde à principio beneficium præstat. Annon ergo æquissimum fore iam vobis videtur, vt, licet verbum hoc *Pater*, ore proferamus, ipsum tamen intellectu simul comprehendere nõ definamus, vt cor nostrũ, tam intensum & immensum amorem intuens, præ amore etiam in partes disrumpatur? Quis, obsecro in mundo filius est, qui non scire studeat & allaborer, quis ipsius sit pater, præsertim cognito eum & bonum esse & summæ maiestatis ac potestatis? nam, si is talis non esset, equidem non mirarer, quòd vt filij ipsius haberi & dici nollemus. Ea namque hominum hodie arrogantia est, vt, si pater minoris status sit quàm filius, hic sibi honori ducturus non sit, illum in patrem agnoscere. Hic autem id minimè locum habet: numquam enim permittat Deus, huiusmodi vt rerum hac in domo mentio fiat; etenim infernus id foret. Verùm illa quæ maior & nobilior est, rariùs patrem nominet, aut de eo loquatur: omnes quippe debetis esse pares. O Collegium Saluatoris nostri Christi, in quo S. Petrus, licet piscator (Domino scilicet ita volente) plus auctoritatis & potestatis habuit, quàm S. Bartholomæus, qui Regis cuiusdam filius erat. Nouerat nimirum Maiestas eius, quid litium in mundo futurum esset, cum vnus meliori è terra conditus dici vellet quàm alius: quòd nihil sanè aliud est, quàm contendere & decertare, num luto friabili, aut potius lateribus in parietem concinnandis aptior illa sit. Quæ magna bone Deus, hæc molestia & crux est: hinc ab huiusmodi vos verbis & contentionibus Dominus tueatur, carissimæ, esto etiam per iocum prolatis. Illius Maiestatem id ita facturam spero. Siquando tale quid in aliqua vestrum apparebit, statim omni contentione ei obuiam eatur, & quæ huiusmodi est, metuat ne velut Iudas inter Apostolos sit, penitentique ei iniungantur, donec intelligat, se ne dignam quidem fuisse quæ vilissima terra & argilla foret. Bonum habetis patrem, quem bonus Iesus vobis assignat: alium verò patrem nulla hinc agnoscat, vt de eo loquatur. Et tales esse studete, carissimæ, dignæ vt esse possitis, quæ cum ipso deliciæmini, in que brachia illius vos penitus coniiciatis. Iam tum nostis, illum vos dummodo bonæ filia sitis, nõ abiecturum: ecquæ ergo non omni quæ potest contentione procuret, tam bonum patrem non amittere? Quam hinc, bone Deus, multa accurrunt, quibus vos solari & animare possem? sed ne æquo sim diffusior, vestris illa ingenijs ruminanda relinquo; nam quantumuis cogitatio vestra euagetur, inter huiusmodi tamen filium, & huiusmodi Patrem necessariò debet Spiritus sanctus inueniri, qui vestram voluntatem ad amandum accendat, & summo quodam amore vobis illam liget, cum nimirum tam magnum bonum ac commodum ad id minimè sufficiat.

*Filij parentibus digniores patres suos hodie agnoscere nolunt. In Religione non habentur respectus stirpis & generis.*

*Pœnitentiæ iniungantur genus, suum & familiam sanctantibus.*

## CAPVT XXVIII.

DECLARAT, QUID SIT ORATIO RECOLLECTIONIS, ET  
*quædam proponit mediâ, quibus quis eidem assuescat.*

IAM considerate, quid præceptor vester dicat. *Qui es in cælis.* Putatisne parum referre, nosse quid cælum sit, & vbinam Sanctissimus Pater vester quæri debeat? Itaque dico vobis, perutile esse, ut ingenia valdè distracta hoc non solum credant, verum etiam per experientiam intelligere studeant: est enim id vna è rebus quæ intellectum summopere ligant, & animam intra seipsam descendere faciunt. Iam tum nouistis, Deum omni in loco præsentem adesse: certum quoque est, vbi cumque Rex est, ibi & curiam & aulam esse; itaque vbi cumque Deus est, ibi & cælum esse; hocque certo & indubitatè credere potestis, vbi cumque Maiestas illius est, ibique omnem esse gloriam. Considerate ergo Sanctum Augustinum docere & dicere, se Deum multis quidem in locis quæsiuisse, tandem verò intra semetipsum eum inuenisse. Putatisne verò parum referre, ut distracta & vagabunda quædam anima hanc veritatem intelligat, & videat opus non esse, ut, quo cum diuino Patre suo loquatur aut cum eodem delicietur, in cælum tendat; nec requiri ut alium clamet; quantumvis enim demissa voce loquatur, tam ille propè est, ut nos sit auditurus; neque vllis alis indigere, ad illum indagandum & querendum, sed duntaxat ut se in solitudine constituat, illum que intra semetipsam consideret, seque à tali & tam bono hospite alienam non teneat; sed magna cum humilitate, velut patrem suum, eum alloquatur, quibus opus habet, ab eo, tâquam à patre suo, requirat, suas ei necessitates & difficultates aperiat, & oportuna aduersus illas remedia postulet, sibi nihilominus persuadens, non esse se dignam, quæ illius filia sit & nominetur?

Caueat autem sibi à noxia quadam verecundia, quàm nonnulli habent, & humilitatem esse existimant; neque enim humilitas est, Rege aliquam tibi gratiam conferente, te eam non admittere; sed quòd, eam admittendo, quàm parum ipsam promerueris, agnoscas, eadem que gaudeas. Præclara scilicet humilitas esset, ut, cum cæli terræque imperatorem in domum meam receperim, qui, ut mihi benefaciat, seque apud me recreet, ad eam granter diuertit; ego interea præ humilitate nec illi respondere, nec apud eum manere, nec quæcumque mihi dat, accipere velim; sed eum solum derelinquam; & licet mihi dicat, simul etiâ obsecret, ut aliquid ab ipso petam, ego nihilominus malim inops & pauper manere, quin imò eum à me abire patiar, eò quòd me nihil

*Deus intra  
 nosmetipsum  
 est vbi que-  
 rendus &  
 quomodo.*

*Non sunt,  
 sub prætex-  
 tu humili-  
 tatis, Dei  
 gratia repu-  
 diando.*

omni-

*Quomodo  
cum Deo  
tractandū.*

omnino resoluerē videat. Id genus humilitates, carissimæ, parum curate, sed cum ipso, quasi cum patre, fratre, domino, ac sponso vestro tractate, modo hac ratione, modo alia: docebit quippe ille, quid ad ei placendum vos facere oporteat. Nolite esse simplices & incautæ: dicite, vt suum ille vobis promissum seruet ipse namque vester est sponsus, proinde vobiscum tamquam cum sponsis agat. Per magni sane vestra refert hanc vobis veritatem profunde insculptam manere, Dominum scilicet intra nos esse, nosque operam dare debere vt ibi cum illo simus.

*Oratio re-  
collectionis  
eiusque vti-  
litas.*

Hic orandi modus, tametsi vocalis, citius longè mentem seruat & ad quietem componit, & quoddam orationis genus est multiplicem secum fructum adferens, vocaturque recollectionis. Anima namque omnes potentias suas recolligens, intra seipsam cum Deo suo ingreditur; & diuinus ipse Magister hoc modo citius ac breuiore eam tempore docet, & orationem quietis ei concedit, quam alio quopiam modo: hic enim intra semetipsam collecta & constituta, de Passione meditari potest, ibique Filium repræsentare, ac Patri æterno offerre, nullatenus ingenium suum defatigando aut torquendo, dum eum vel in morte Caluarie, vel in hortu, vel ad columnam ligatum quærirat. Quæcumque autem se hoc modo intra paruū hoc animæ nostræ cælum, in quo est, qui & ipsum fecit & terram, recludere poterunt; seque assuefaciunt nihil omnino aspicere, nec ibi præsentem esse vbi exteriores hi sensus distrahuntur; merito sibi persuadere poterunt se in excellenti quadam via ambulare, ac minime dubitare quin tandem de fontis aqua sint bibituræ: nam breuissimo tempore quam plurimum itineris conficiunt. Perinde est atque dum quis nauigat, qui, si ad aliquot tantum dies prospero vento vtatur, valde paucis diebus ad locum sibi in votis destinatum perueniet: at qui terra proficiscuntur, diutius in via hærent. Hi ergo iam mare, vt dicitur, nauigant, quamuis terram nondum penitus dereliquerint: sed pauculo illo tempore, omni quo possunt studio se ab ea expedire, dum sensus suos recolligunt, conantur.

Porro si recollectio hæc vera & sincera sit, clarissime id percipitur; statim namque aliqua elucet operatio & effectus, (quæ quid sit, quomodo exponam nescio; qui expertus fuerit, rem intelliget) ita quidem, vt anima velut in lusu victrix, præ gaudio gestiens, sursum euolare videatur: nam iam tum clarissime perspicit, res mundi huius non nisi merum esse lulum & ludicrum. Se ergo quam maxime oportuno tempore sustollit; & perinde ac qui intra munitam aliquam arcem se recipit ad hostem euitandum, ita ipsa sensus suos recolligit, & ab hisce rebus exterioribus abstrahit, easque ita fastidit & repudiat, vt oculi eius sponte illa nesciente claudantur, nequid earum videat, quod interiorum oculorum animæ visus magis adaperiatur. A deo vt qui per hanc viam ambulat, oculos penè semper



ne semper, dum orat, clausos habeat & teneat. & est hæc mirabilis quædam consuetudo ad multa utilis: est quippe sibi ipsi velut vim inferre, ad res inferiores & terrenas minimè aspiciendas. Hæc quidem violentia in principio adhibetur, postea enim ea minimè opus est, cum anima iam sibi maiorem vim infert, ad illos orationis tempore aperitendos. Vnde exterius facillè apparet, animam corporis sui dispendio sese corroborare, & vegetiorem fieri, ipsumque velut solum & exsuccidum relinquere, illam verò contra ipsum ibi roboramentum & robur acquirere. Et licet hoc in principio non percipiatur, quia singulare quid non est (in omni enim recollectione datur magis & minus) nihilominus si quis assuescat (esto initio aliquo constet labore; corpus quippe iure suo frustrari non vult, non intelligens se sibi metipsi iugulum præscindere, cum se victum fateri nolit, imò si ad dies aliquot id vsurpet, & hanc sibi vim inferat, ad oculum videbit, quantum inde commodi percipiat, & statim ac orationem incipiet, videbit, quomodo apes ad alveare conuolent, intraque illud se abstant, vt mella conficiant, idque sine vlla nostra sollicitudine. Placuit namque Domino, vt, propter superiorem illam sollicitudinem & curam quam adhibuit, mereatur, vt tantum anima simul & voluntas dominium accipiant, vt, cum vel minimum dant signum, quo se recolligi velle significant, sensus statim eis obediant, & vnà cum ipsis sese recolligant. Et, licet postea rursum aliquando excurrant, tamen magnum quid est, quòd se iam tum velut victas tradiderint: egrediuntur namque non nisi vt velut captiui & subiecti, nec tantum nobis nocent, quam tunc antè nocere potuissent; & cum illos voluntas iam reuocat, citius ad stationem redeunt, donec tandem, volente Domino, post multas huiusmodi reiteratas reuersiones in perfecta contemplatione penitus maneant. Quòd dictum est, bene id velim intelligi, nam licet obscurum esse videatur, ille id haud dubiè intelliget, qui opere ipsum volet exequi.

Eunt igitur quasi per mare: & quoniam magni nostra interest, vt tam lentè longoque itinere non incedamus, dicamus paucis quomodo nos ad tam bonum progrediendi modum assuefacere possimus. Quicumque ergo sensuum recollectioni incumbunt, à multis peccandi occasionibus magis securi, immunes & liberi sunt, ac diuini amoris ignis citius illos corripit: nam cum igni adeò vicini sint, hinc paruus intellectus flatus ab intus accedat, vel per vnâ scintillulam ipsos attingentem, penitus accendantur. nam, quòd ibi nullum ab vlla re externa sit impedimentum, anima se solam apud Deum suum detinet, itaque magna ibi præparatio est, vt accèdatur. Credam ergo, esse intra nos ipsos quòdam maximæ opulentia palatium, cuius tota fabrica ex auro & pretiosissimis

*Bonū est ad  
culos inter  
orandum  
claudere.*

*Anima dō  
tra corpus  
ribur ac-  
quiris.*

*Sensus semel  
visti, instar  
captiuorū  
sunt.*

*Orationis  
recollectioni-  
nis habenda  
medita.*

*Anima  
splendido  
palatio assi-  
milatur.*

simis gemmis est constructa, utpote quæ habitationi tam potentis domini seruitura est, & te ex parte causam esse, cur fabrica hæc talis sit, qualis à parte rei reuera est. (certissimum quippe est, nullam esse domum, quæ tantam pulchritudinem aut splendorem præferat, quantam sancta ac munda quædam anima, & virtutibus plena, & quo hæc maiores & illustriores sunt, eo gemmas magis rutilare & splendere:) & magnū hunc Regem isthoc in palatio commorari, ipsumque dignatum tuum esse hospitem, atque ibi in pretiosissimo quodam folio, corde videlicet tuo, federe. Videbitur hoc, hac (scilicet fictione & exéplo ad hoc declarandū, vti) initio impertinens quid & frustraneum cuiquam esse; fieri nihilominus potest, ut multam id vtilitatem adferat, præsertim vobis: nam, cum nos femina doctrinā careamus, hinc hæc omnia nobis necessaria sunt, ut per illa verè intelligamus esse intra nos quid sine vlla comparatione pretiosius eo quod exterius videmus. Non cogitemus autem, nos intus inanes & vacuas esse. Et faxit Deus ut solæ feminæ hac negligentia & seguitie laborarent, neque enim fieri posset (vti mihi quidem videtur) ut, si serid conaremur nobis identidem in mentem reuocare, huiusmodi nos intra nos ipsos hospitem habere, rebus mundi huius nos ita totos applicaremus: perciperemus enim haud dubiè, quàm illæ abiectæ sint & viles, collaræ eis quas introrsum possidemus. Iam quid amplius irrationale animal facit, quod visâ re aliquâ visum oblectante, eâ in escam & capturam datâ famem sedat? cum tamen inter huiusmodi animalia & nos, aliquod discrimen sit oporteat.

Ridebunt forsitan me, & dicent, hoc in se nimis quàm clarum esse. Nec immetitò: mihi tamen hoc ipsum ad aliquod tempus satis obsecrum fuit. Intelligebam quidem, me animam habere; at quanti hæc anima valoris esset, & quis intra ipsam commoraretur, penitus nō intelligebam, quòd mundi & vitæ huius vanitatibus, ne ipsum viderem, oculos meos occluderem. Nam si tunc tam bene intellexissem, quàm modò intelligo, paruum hoc animæ meæ palatiolum, ad tam potentem magnūque Regem recipiendum, satis capax & amplum esse, non tam sæpè eum solum derelictura, sed interdum apud ipsum mansura, & ad hoc operâ datura mihi fuisse videor, ne illa tam sordida & inquinata fuisset. Quid porro mirabilius, quàm eum qui tam magnus & incomprehensibilis est, ut mille mundos replere posset, intra rem tam paruum concludi velle? Sic & in sanctissimæ Matris suæ vtero concludi & arctari voluit. Cum enim Dominus sit, plenam libertatem secum fert; & quia nos diligit, hinc nostro modulo se adaptat & conformat. Cum anima primùm incipit, non statim ei se totum Dominus cognoscendum dat, ne videlicet ipsa turbetur dum tam paruum se esse videt, ad rem tam magnam intra se

*Deus in star  
Regis in a  
ma nostra  
throno cō-  
sules.*

Continendam, quoadusque animam hanc paulatim dilatet & extendat, prout id quod in illam instillar, opus esse aduertit. Idcirco dixi, illum libertatem quamdam secum ferre, cum potestatem plenam & absolutam ipse habeat, palatii huius ampliandi & maius faciendi. Verum in eo rei momentum situm est, ut hoc ipsum ei magna quadam resolutione velut suum & proprium tradamus, ac quomodo libet id ei vacuefaciamus, ut, quodcumque liberit, in ipsum velut in domum ac rem propriam, inferre, & ex eo auferre possit. Hæc eius conditio est, & hoc amabit: & merito Maiestas eius sic facere potest: itaq; hoc ei minimè negandū. Cum enim nullā ipsæ nostræ voluntati inferre violentiam velit, quod illi damus, gratanter accipit, verum non antè se totum dat nobis, quàm nos ipsos ei totos & penitus demus; (est autem hoc longè certissimum; & quia tanti id momenti est, hinc etiā toties vobis in mentem id reuoco) nec sic in anima operatur, ac dum eam totam sine vlllo profus impedimento & obstaculo possidet; neque scio profecto, quomodo illic operari posset: est namque omnis boni ordinis & directionis amantissimus. Vnde si palatium hoc omnigena vili plebecula, ac puerilibus crepundiis repleamus, quomodo potens hic DOMINVS cum vniuersa curia sua huc diuertat? Nimis quàm multum sanè facit, quod, vel ad modicum tempus, in tanta turba & commotione hætere velit. Putatisne, carissimæ, illum venire solum? Non auditis, quid filius eius dicat, *Qui es in celis?* Certum est ergo, huiusmodi Regem numquam vsquam à suis aulicis & sequa cibus solum destitui, sed illos semper & vbique ei adesse, & assidue pro nobis apud eum intercedere, & quæ nobis profutura sunt petere: sunt namque caritate plenissimi. Nolite putare, ita se ibi rem habere atque hic in terra inter homines. Cum enim quis hîc à viro aliquo nobili aut Prælato, tum ob aliquod intentum ac causam, tum quod ipsis ita videatur, beneuolè affectuoseque habetur, statim æmulum ac maleuoli hanc misello huic gratiam & affectum inuident, hinc omnibus, etiam nullo cuiquam malo irrogato, exosus est adeò ut hæc & beneuolentia & fauorescaro consent.

*Deus anime se cognoscendum dat iuxta eius capacitatem.*

*Non se solit Deus dat nobis nisi nos ei totos demus.*

\* \*  
\*

## CAPVT XXIX.

ALIA PROPONIT MEDIA, QUIBVS AD ORATIONEM  
*recollectionis quis perueniat; & docet, quàm parum nos curare  
 oporteat, quod Prælatos fauentes & beneuolos  
 nobis habeamus.*

PER amorem Dei vos obtestor, carissimæ, id genus fauores parui pen-  
 dite: sed ynaquaque vestrum faciat quæ officij sui sunt, & ad quod te-  
 netur: quòd si nullam Prælati ipsi propterea gratitudinem ostendar,  
 certa & secura esse potest, id sibi à Domino compensandum & beneficij  
 loco habendum. Non uistis saltem, non uenisse huc nos, ut in hac vita præ-  
 mium aliquod reciperemus. Verùm in id quod durabile est, perpetuò  
 cogitatio nostra feratur; ea autem quæ huius mundi sunt, nullo in pretio  
 habeamus, quæ ne quidem tam diu durant atque in hoc mundo nobis  
 uiuendum est. Nam hodie afficitur erga hanc, cras uerò, si maiorem fors  
 in te uirtutem uiderit, magis afficietur erga te; si uerò non afficiatur, paritè  
 certè id refert. Nullum, quæso, huiusmodi cogitationibus locum date,  
 quæ subinde à re minima principium habent, & tamen ad magnam te in-  
 quietem pertrahere possunt; at quanto citius eas à uobis repellite, cogi-  
 tando regnum uestrum non esse in hoc mundo, & quàm citò uniuersa  
 quæ in eo eo sunt, finiantur. Sed hocce remedium adhuc nimis quàm uilè,  
 paruæque perfectionis est: melius est durescere, tuque humiliaris, & con-  
 temptui habearis, quin & propter Dominum qui tecum est, contemptui  
 haberi uelis. Conijce oculos in te ipsam, atque interius te, (ut antè dictū  
 est) considera, itaque magistrum tuam inuenies, qui numquam te desti-  
 tuerit. Et quo minus exterioris cōsolationis habebis, eo te ipse interius de-  
 liciosius & amabilius tractabit. Est namque apprimè pius, & afflictos, om-  
 nique consolatione destitutos, dummodo in ipso solo cōfident, numquā  
 destituit. Vnde Regius Propheta, Dominum afflictis & angustia pressis  
 testatur adesse. Aut credis hoc, uel non credis. Si credis, quid te fatigas &  
 affligis? si autem te, Domine mi, prout oportet & uerè cognosceremus,  
 nulla omnino in mundo res nos turbaret: multa namque elargiris in te  
 spem conijcere uolentibus. Magnum quid esse credite, carissimæ, intelli-  
 gere, hoc uerum esse; ut sic ad oculum uideamus, omnes mundi huius  
 fauores mera esse mendacia, quādo nimirum animam uel minimum im-  
 pediunt, quo minus ad se ipsam introgrediatur. Deus bone, ecquis, hoc  
 uobis, carissimæ, bene & prout oportet, declarare posset? sanè non  
 ego: esto enim ipsa ad hoc plus alijs obligata sum & teneor, non ita tamen  
 me id intelligere scio, ac quidem intelligi debet.

*Mundana  
 breuia sunt.*

*Quo minus  
 exterioris  
 cōsolatio-  
 nis habetur,  
 eo maior  
 à Deo ue-  
 nit.*

Ut ergo ad id quod dicebam reuertar, vellem sanè exponere vobis possem, quomodo sanctum hoc cum contubernali nostro, qui sanctus sanctorum est, contubernium consistere possit, vt tamen solitudinem illam, qua & ipsa, & sponsa eius fruuntur, (quando scilicet anima illa, ad seipsam reflexa, in hoc paradiso ad Deum suum accedere vult, & toti mundo post se portam claudit) non impediatur. Quando, inquam, vult: no-  
 ueritis enim oportet, non esse id quid planè supernaturale, sed in nostra voluntate situm, adeoque mediante ac iuuante Dei gratia (nam sine illa nihil omnino possumus, imò ne bonam quidem à nobismetipsis cogitationem habere) nos id facere posse. Non est hoc enim, quoddam potentiarum silentium, sed quædam ipsarum intra semetipsas reclusio. Multis huc modis paulatim quis attingat, quemadmodum in libris quibusdam traditur: vt videlicet ab omnibus rebus ac negotijs separemur, quò interius ad Deum conuertamur; imò & in ipsarum occupationum medio, ad nos intra nosmetipsos reflectamur, ramet si vel ad vnicum momentum tantum. nam vel in sola illa recordatione, quod videlicet intra me socium & contubernalem quemdam habeam, permultum boni & commodi situm est. Quod ergo efficere volo, hoc est, debere nos videlicet curare, vt videamus, & nos teneamus apud eum, quo cum loquimur, nec tergum illi obuertamus. ita enim mihi facere videmur, dum quando cum Deo loquimur, mille alias vanitates mente volumus. Totius autem huius damni causa est, quòd verè & prout oportet, non intelligamus, illum prope nos esse, sed procul illum esse fingamus: quàm autem procul sit oportet, si in cælum illum quæsituri abeamus. Quid? an facies tua Domine, talis est, vt ne videri quidem mereatur, cum tamen nobis tam vicinus sis? si quando cum hominibus sermonem miscemus, tunc nos ab illis non audiri putamus, si illos vultum alio & à nobis conuertere videamus; & oculos ipsi nostros occludemus, ne nos à te aspici & videri cernamus? Quomodo ergo sciemus, vtrum audieris quæ tibi dicimus? Hoc solum declarare vellè, nimirum, vt intellectum magna cum facilitate quietum detinere assuescamus, quo nimirum intelligat, quid & quicum loquatur, exteriores hosce sensus recolligendos, & ad nos introuertendos esse, & aliquid illis dari debere circa quæ se occupent; cum certum sit, cælum nos intra nosmetipsos habere, quando quidem cæli DOMINVS sibi præsens adsit & commoretur. Denique assuescendum gustare, non esse necessè altum clamare ad illi loquendum; Etenim Maiestas ipsius satis indicabit, illic se præsentem adesse.

*Cum volumus ad nos ipsos intrare cum Deo, possumus, illo gratiam dante.*

*Potentia intra semetipsas recluditur interdum*

*De vanitatibus intero-  
randum cogitare, est Deo velut tergum obuertere.*

*Quomodo intellectus facile quietari possit, quò Deo attendas.*

Ita fiet, ut vocaliter magna cum quiete oraturæ simus, & sic à magno nos labore liberabimus quem alioquin nos subire oporteret. si enim vim ipsæ nobis inferamus, quò DOMINO huic præsentem simus, breui tempore fiet, ut ipse nos etiam è signis quibusdam, (ut dicitur) intelligat: ad eò ut, cum sæpius orationem Dominicam nos recitare oporteret, ubi eam vel semel recitauerimus, statim indicaturus sit, nos à se intellectas fuisse. Etenim à labore nos is liberare quàm maximè gaudet; ac propterea, tametsi eam non nisi semel per integram horam recitauerimus, dum modo eam nobis præsentem adesse, & quid petamus, quamque ipse hoc nobis dare gestiat, quam denique libenter nobiscum verberetur, intelligamus, minimè vult, ut deinde per multa in eo alloquendo verbis, nostrum ipsæ caput frangamus ac fatigemus. Id Dominus illas vestrum docere dignetur, quæ id nesciunt: equidem de me ipsa ingenuè confiteor, non antè sciuisse me quid esset vocaliter cum satisfactione & promptè oporteret orare, quàm hunc orandi modum me Dominus docuisset. Tot verò in hac ad memetipsam introgrediendi consuetudine comperi bona contineri, ut illa mihi occasio fuerint ita late me circa hanc materiam extendendi.

*Orationis  
recollectio-  
nis bona.*

Finem igitur facio, si dixerò, eum qui huc pertingere cupit (nam, quemadmodum antè dixi, id in manu & voluntate nostra situm est) in iis quæ dicta sunt, quotidiana consuetudine practicandis minimè defatigari aut deficere debere; hoc namque est hominem quoddam in semetipsum paulatim dominium acquirere; seipsum perdendo, non tamen sine fructu & in vanum, sed ut sibi semetipsum lucretur: quod perinde est, ac si sensibus suis ad internum quoddam bonum ac commodum parandum vteretur. Etenim, si loquatur, meminisse procuret, esse aliquem quicum intra semetipsam loqui possit. si alium loquentem audiat, recorderetur & cogitet, audire se debere eum qui de propius ac vicinius se alloquitur. Et paucis ut complectar, sibi persuadeat, posse se (si modò velit) nunquam à tam bono contubernio recedere; ac pœniteat, si quando patrem suum diu solum esse passus est, probè sciens illius subsidio se quàm maximè opus habere. Et hoc sæpius per diem faciet, si possit; sin minus, saltem aliquoties: & quomodocumque id facere consuescet, non poterit non fructum inde, citius vel tardius, referre. Postquam verò Dominus id semel ei iam dederit, tanti haud dubie id faciet, ut cum ingenti quodam thesauro commutare nollit. Cum ergo nulla omnino res sine aliquo saltem labore addiscatur, omnè quam huic rei impenderit operam ac studium, carissimæ sorores meæ, ut bene impensum (ex amore Deivos rogo) arbitremini. Equidem certissimò noui, si vel ad annum ac fortassis ad se-

*Quomodo in  
oratione re-  
collectionis se-  
quis gerat.*

*De operen-  
tes nos fin-  
gere per diem  
sape nos oportet.*

ad semestre tantum, id practiceris, fore, vt cum Dei fauore & gratia, ad scopum prætenſum pertingat. Ecce, quàm breui & exiguo tempore quàm ingens lucrum referatur, quale videlicet eſt ſolidum arborum fundamentum iacere, vt, ſi ad magna quædam vos Dominus ſuſtollere vellet, aliquam ad hoc in vobis iam præparationem inueniat, nimirum vos apud ſe conſtitutas reperiendo. Porrò Maieſtas eius non permittat, vt à ſacra eius præſentia nos vniquam ſubducamus. Amen.

## CAPVT XXX

OSTENDIT QUANTI REFERAT, INTELLIGERE QUÆ IN oratione petuntur. Declarat hæc orationis Dominicalis verba, Sanctificetur nomen tuum. Quæ orationi quietis applicat, & quid ea ſit declarare incipit.

Videamus iam vltèrius, quomodo bonus præceptor noſter longius progrediatur, & Patrem ſuum ſanctum pro nobis interpellare incipiat: vtile quippe & bonum cum primis eſt, id nos intelligere. Quis enim, quantumlibet ſtupidus & inconsideratus, ſi quid à viro aliquo graui & honorabili petere cupit, non prius apud ſe reputat & in animo proponit, quomodo eum, quò illi placeat, nec aliquod faſtidium aut moleſtiam creet, alloquatur, adhæc, quidnam ab eo petiturus ſit, & ad quid opus habeat eo quod poſtulat, præſertim ſi ſingulare quid & amplum petatur, quemadmodum nos bonus noſter Ieſus, vt petamus, edocet. Quod ſanè, meo iudicio, imprimis notandum eſt. Non poterat vno rem totam Domine, verbo concludere, ac dicere. *Pater da nobis quidquid expedit, ac conſentaneum eſt:* Etenim aliud præterea nihil dicendum videbatur, apud eum præſertim qui omnia tam benè ac perfectè intelligit. Hoc quidem, ô Sapientia æterna, ſatis erat, quantum ad te, & Patrem tuum cæleſtem ſpectat, & ſic eum tu in horto Gethſemani oraſti. Tuam quidem voluntatem & timorem hîc ei pareſciebas, in ipſius tamen voluntatem penitus te reſignabas. Nos verò, DOMINE mi, noſtra non ita reſignatos eſſe, ſicut tu in Patris tui voluntatem reſignatus fuiſti: ac propterea opus fuiſſe, vt ſingularia & particularia quædam peteremus; vt ſic apud noſmetipſos in animo reputaremus, expedirene ac conueniens nobis ſit id quod poſtulamus, vtque ſi minime id expedire, videamus, petere deſinamus. Eius namque conditionis ſumus, vt, niſi quod petimus, nobis concedatur (idque propter liberum hoc arbitrium quod habemus) admiſſuri non ſimus, quæ Dominus nobis daturus

*Niſi detur nobis quod petimus, datus à Domino contè. ſi non ſumus.*

est. Nam tamen si hoc longè optimum sit, nisi tamen promptam ac paratam in manu (ita dicam) pecuniam videamus, numquam nos locupletandos arbitramur.

*Defectus si  
dei quam  
noxius.*

*Cogitandū  
num quod  
petimus, no  
bis propriū  
sit.*

Quam, ô Deus bone, noxium est, ita torpidam & soporitam tam quoad vnum, quàm quoad alterum, fidem nos habere, vt non satis intelligamus, quàm certò nos aut pœnæ, aut præmia post hanc vitam maneant. Hac de causâ consultum in primis est, carissimæ, vos intelligere, quid in oratione Dominica petatis, vt, si quidem pater æternus id vobis concedat, id illi deinde in faciem nō reprojiciatis; & semper serio vobiscum ruminare quidnam petatis, & num, quod petitis, vobis expediat, si verò id minimè expedire comperiat, minimè petere, sed orare, vt Maiestas ipsius vos illuminare dignetur, eo quod cæci sumus, & prænausea eos auersatur cibos, qui vitâ nobis dare, eos verò appetamus qui præsentissimum interitum, & eheu, quam periculosum, quamque semper duraturum interitum, adferre nati sunt. Docet ergo nos bonus Iesus vt hæc verba dicamus, quibus tale nobis regnum aduenire petimus. *Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum.*

*Quid per  
regnum hoc  
postulemus.*

Iam, quæso, carissimæ, eximiam præceptoris nostri sapientiam considerate. Equidem hic mecum perpendo, & bonum sanè nos est intelligere, quid per hoc regnum petamus. Vt ergo Maiestas eius videbat, non posse nos sanctum hoc Patris æterni nomen sanctificare, aut glorificare; iuxta paruum & exiguum illud quod ipsi possumus, ita quidem vt hoc vti par est, faciamus, nisi Maiestas ipsius alium de quoad hoc nobis prospiceret, suum scilicet nobis regnum hic dandò, hinc bonus noster Iesus vnum alteri coniunxit & combinavit. Quocirca carissimæ, vt id quod petimus intelligamus, quantique referat importunè & efflictim id petere, nec nō præstare quodcumque possumus ad placendum & satisfaciendum ei à quo hoc nobis dandum est; hoc loco vobis exponere & dicere volo quid hanc circa rem ipsa intelligam, quod si vobis displiceat, nec ad gustum sit, vos alias à vobis ipsis considerationes procudite; ad hoc quippe nobis Magister noster licentiam & copiam dabit, dummodo nos in omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ iudicio ac sententiæ (vti ipsa numquam non facio) subiiciamus, imò ne hæc quidem ipsa antè vobis legenda dabo, quàm viri horum periti & intelligentes, ea inspexerint & probarint.

*S. Mater  
semper se  
Ecclesia in  
iudicio sub-  
icit.*

*Magnum  
est bonum  
regnum ca-  
lorum ha-  
bere.*

Iam igitur summum bonum, quod in regno cœlorum mihi confiterè videtur (vt alia per multa præteream) est, iam tum omnia quæ terræ & mundi huius sunt, nullo in pretio habere, sed adhæc gaudium quoddam ex eo resultans quod omnes gaudeant; ac perpetua quædam pax & ingens satisfactio in semetipso, eò quod Deum ab omnibus omnino mortalibus sanctificari, laudari, ac sanctum eius nomen benedici, à nemi-

ne verò



me verò eum per peccata offendi, ab vniuersis demum hominibus amari videat; imò & hæc ipsa anima nō aliā sese re occupat, quā eo amādo; neq; verò eum potest non amare, q̄ eum cognoscat. Et sic eū hoc in mundo amaremus; esto non ea perfectione, nec eadem in essentia, saltem longè eminentiore & excellentiore quam modò amamus, ratione eum diligere-remus, si eum nossemus. Videor mihi hîc velle dicere, nos, ad hanc petitionē bene petendam, & vocaliter vti oportet orandū, instar Angelorū esse debere. Hoc quidem diuinus Præceptor noster, vt faceremus, cuperet, cum tam eximiam & sublimem nos petitionem petere iubeat. hoc saltem ante omnia constat, illum nobis non iniungere vt quæ impossibilia sunt petamus. Et cur obsecro, impossibile foret, vt, mediante Dei gratiā, anima in hoc exilio constituta, ad hoc perueniat, quamquam non eā perfectione quā perueniunt ea, quæ iam hoc corporis ergastulo soluta sunt: nā nauigamus hic procellosū mare, & adhuc in via hac sumus. Verū a-liqua subinde occurrunt tempora, quibus ipsos iam de via defatigatos, Dominus ad quamdam potentiarum tranquillitatem, & animæ quietem ac serenitatem perducit: nam, velut per signa quædam, manifestè ipsis patefacit, quomodo sapiat id quod datur ijs quos regni sui iam participes facit; ijs autem quibus id hîc sic datur sicut hoc ipsi petimus, arthas & pignora quædam dat, vt per eas in spem magnam veniant, aliquando in æternum fruendi & possidendi id, quod hîc non nisi per modum sorbiti-uncula propinatur.

*Deus interdū in quiete eas animas collocat, quæ amplius non possunt esse, frustra fruitionis æterna Dei.*

Sanè nisi vereretur, ne me de contemplatione hîc agere diceretis; valdè opportunus hac in petitione locus foret, non nihil de puræ contemplationis principiis loquendi, quæ ab eam iam possidentibus, oratio quietis nominatur. Sed quia (vti antè dixi) de oratione vocali hîc tracto; hinc vnum cum altero non rectè quadrare nec coincidere videbitur. Equidem hoc dici non patiar; scio enim id extra propositum nō esse, ignoscite proinde mihi, quia omnimodis id dicere cupio: scio enim multos (quemadmodum iam antè dictum est) dum vocaliter orant, à Domino postea, ad sublimem quamdam contemplationem sustolli, vt tamen ipsi quomodo id fiat minimè intelligant. Vnde ita sedulò & studiosè vos commoneo, carissimæ, vt orationes vestras vocales rectè decurrere quàm diligentissimè curetis.

*Oratio quietis est initium puræ contemplationis.*

Equidem quamdam personam noui, quæ nullum v̄quam orationis genus tenere potuit, quàm vocalem solam; & hanc cum teneret, tenebat omnia; imò cum vocaliter nō orabat, ita intellectus eius, velut equus laxatis habenis & effrenis ferebatur, vt id ipsa ferre non posset. Sed faxit Deus, vt quotquot sumus, in mentali nostra ipsam imitari possemus. Nā aliquot orationum Dominicalium, quas ad effusiones singulas Redem-

*Quandam persona semper vocaliter ad sublimem euecta fuit contemplationem,*

Proris nostri Christi recitabat, & aliquot aliarum etiam precum recitationi duas, aut tres etiam, horas impendebat. Quadam die me adiit, valdè anxia & afflicta, quòd mentali orationi ac contemplationi nullatione posset insistere, sed dumtaxat vocaliter orare. Petii itaque ex ea quidnam vocaliter legeret: & comperi illam, interea dum suam Dominicam orationem decurreret, puram contemplationem tenere, & à Domino sustolli vt secum per vnionem coniungeretur. Quod vel ex eius vitæ modo & operibus satis colligere erat; nam & sanctè & laudabiliter eam instituebat. Vnde & Dominum magnificauit, & suam huic orationem vocalem inuidi. Hoc si verum sit (vti reuera est) nolint sibi qui contemplatiuorum inimici sunt, persuadere, prorsus ab ea se liberos esse, si modò orationes, vocales prout eas par est recitari (cum munda videlicet conscientia) recitent.

## CAPVT XXXI.

EANDEM PROSEQVITVR MATERIAM, AC DECLARAT,  
*quid oratio quietis sit; & ipsam tenentibus quadam documenta ac  
 monita prescribit; quod sanè caput notatu  
 dignum est.*

**V**Olo ergo, carissimæ, hanc orationem quietis pluribus & vberius in præfens vobis declarare, prout eam vel ab alijs exponi audiui, vel Dominus mihi eam declarare dignatus est, & vel idèd forsitan, vt vobis ipsam possèm explicare. in qua Dominus apertè videtur incipere significare, petitionem nostram se exaudisse; & iam tum in hoc mundo suum nobis regnum dare incipit, vt eum sedulò vereque laudemus, & sanctificemus, operam quoque demus, vt etiam omnes quotquot sunt homines id ipsum faciant. quod tum supernaturalè quid est, & quod nullà demum adhibitâ diligentia nostrâ ipsi possèmus acquirere. Per eam namque anima seipsa, vel potius ipse Dominus per suam præsentiam, (quemadmodum iustum Simeonem olim in pace dimisit) in pace constituit; omnes namque potentia hinc quietantur & tranquillantur. Anima quippe modo, quodâ ab intelligendi modo qui per exteriores sensus comparatur, valdè diuerso intelligit, se Deo suo satis iam vicinam ac iuxta eum esse, adèd vt, si vel paulo vicinius ad eum accesserit, vnum quid cum eo per vnionem futurum sit. Non idèd id sit, quòd eum corporis aut animæ oculis videat: nam nec iustus ille Simeon aliud aut plus videbat, quàm gloriosum puellum pauperulum: nam si ad fascias & pannos quibus inuolutus erat,

*Oratio quietis quid supernaturalè est, & ipsam ipsi per nos acquirere non possumus. Describitur oratio quietis. Quomodo Simeon iustus Dominum viderit*

erat, & per exiguum hominum quieum in processione illa comitabantur, numerum respectum habuisset, hæc ei persuasissent, & credere fecissent; hunc potius viri alicuius pauperis ac mendici, quam Patris celestis filium esse. Verum puer ipse satis hoc per se indicabat: & simili planè modo hîc id intelligit anima, esto non simili aut eadè claritate: nã ne quidem ipsa intelligit, quomodo id intelligat, nisi dumtaxat, quod se in regno aut saltem iuxta Regem, qui hoc ei dare debet, esse conspiciat; & videtur animam talem hîc in se reuerentiam & venerationem concepisse, vt ne quidem petere quid audeat.

Est id velut mors & amortizatio quædam tum interior, tum exterior, ita vt exterior homo (corpus inquam, vt sic me melius ac commodius intelligatis) nulla ratione vel sedem mouere vellet, sed ad instar eius qui iam prope ad viam suam finem peruenit, non nihil iam requiescere gestiat, vt melius iter suum denuo repetere possit; hic namque ei vires ad hoc restaurantur ac duplicantur. Maximum quoque in corpore gaudium, nec non magna satisfactio in anima sentitur: vt pote quæ adeo lætatur, quod se iuxta fontem iam esse conspiciat, vt etiam si non bibat, iam tum satûra & plena sit, & nihil amplius quod desideret, ei superesse videatur; adhæc potentia ipsius ita quietæ & serenatæ sint, vt ne semel quidem mouerè se vellent; demum, omnia quæ sunt, & in amando impedimento esse videantur. Non sunt tamen eæ penitus perditæ, cogitare namque libere possunt de eo iuxta quem consistunt; adeo vt illarum dum liberæ sint, sola verò voluntas hîc velut captiua sit; quasi quid molestiarum pati possit, interim dum hoc in statu constituta est, illud demum est, quod se rursus libertati suæ restituendam videat. Intellectus vnum quid dumtaxat intelligere vellet, memoria quoque nulla re alia, præterquam hæc, occupari. hîc quippe videtur, vnum hoc necessarium esse, à ceteris verò omnibus se ad turbationem perducere. Vellent etiam, vt ne quidem sese moueret; quod hanc se pacem hoc motu amisuras credunt, ideoque se mouere non audent. Graue & molestum illis est loqui. Hora vna facilè illis elabetur, antequam semel orationem Dominicam recitarint. Adeo autem inuicem vicini sunt, vt se mutuo per signa intelligere aduertant. In palatio iuxta Regem suum versantur, videntque illum suum illis regnum iam tum dare incipere. Hîc funduntur subinde lacrymæ, idque sine vlla prorsus amaritudine & molestia, imò verò magna quadam cum suauitate. Ne in mundo quidem existere se putant; imò eum ne videre vel audire quidem vellent, sed suum DEVM dumtaxat. Nihil est quod illis graue sit, aut (vt quidem videtur) graue esse possit. Denique interea dum hoc durat, ita sunt velut

*Anima in oratione quietis, aliamquam Dei cognitionem habet.*

*Mors interior & exterior in oratione quietis.*

*Eius gaudium.*

*Quomodo in ea potentia quæta sint.*

*Sola voluntas in ea captiua est.*

*Potentia hic vnum quid necessarium solè intelligere volumus. Omnem motum fugiunt.*

*Lacrymæ suaves, nec amara.*

obrutæ & absorptæ, idque ob satisfactionem, gustum, & gaudium quod in eo situm est, vt nihil quod optandum sit, superesse amplius putent, sed libentissimè cum D. Petro dicerent, *Domine faciamus hic tria tabernacula.*

*Gratia quæ  
dam huius  
orationis in-  
tellectu dif-  
ficilis.*

Aliquando & aliam in hac quietis oratione gratiam Dominus facit, quæ, nisi magna adsit experientia, quàm difficillimè comprehenditur; at, si qua experientia adfuerit, facillimò negotio & statim intelligitur. Vos verò, quæcumque illam habebitis, in ignem in vobismetipsis consolationem sentietis, cum quid ea sit intelligeris; & ipsa mihi persuadeo, hanc Dominum gratiam sæpè vnà cum præcedente conferre. Cum ergo quies hæc magna ac diuturna est, videtur mihi voluntas, nisi fortè tunc aliquid rei tota adhæreresceret, hac in pace & tranquillitate tam diu non posse persistere: non rarè enim contingit, vt ad integrum diem, aut etiam biduum, hoc in gaudio & satisfactione agamus, nosque ipsos non intelligamus. De iis loquor, qui eam habent. Porro re ipsa vident, non esse se totos quanti quanti sunt in ijs quæ faciunt; sed id quod potissimum est, sibi deesse, voluntatem inquam, quæ (prout mihi videtur) cum Deo vnita est, aliasque potentias sua frugalitate finit, vt rebus ad diuinum obsequium spectantibus sese occupent & intendant; ad quas eæ tunc quidem magis aptæ & dispositæ sunt, sed ad de rebus mundanis agendum profus ineptræ, & subinde velut fatuæ. Ingentem porro Dominus ijs gratiam facit, quibus hoc ipsum concedit: sic namque & actiua, & contemplatiua vita simul vno in subiecto reperiuntur. Tunc namque Dominus omnibus in rem suam virtutibus; voluntas quippe in opere suo occupata est, vt tamen nesciat, quomodo operetur, suaque in contemplatione manet; aliæ verò duæ potentia officio & partibus Marthæ funguntur; adeò vt ipsa, & Maria, iam simul incedant. Quamdam noui, quam Dominus sæpè ad hunc statum perducebat, & quæ se ipsa intelligere non poterat: cumque quemdam valdè contemplatiuum consuleret, id quidem valdè possibile esse, ex eo audiuit; ita enim & sibi fieri. Itaque crediderim cum in hac oratione quietis anima ita contenta sit, & gaudeat, voluntatem potissimo illius tempore cum eo qui solus eam reficere & satiare potest, coniunctam esse debere.

*Intellectus  
& memo-  
riatum apta  
sunt rebus  
ad Dei cul-  
tum spectan-  
tibus, mun-  
danis in-  
apta.*

Non incongruum mihi fore videretur, carissimæ, aliquas hic aduer-  
tentias & monita præscribere in vsu illarum, quas è vobis Dominus, è sola  
sua misericordia, huc perduxerit, quales nonnullas esse, ipsa noui. Prima  
est, q. cum tale in seipsis gaudiū sentient, ac, quomodo id sibi aduenerit,  
ignorant (vident saltè, id se per se habere & cōparare non posse) statim ip-  
sis hæc tētatio occurrit, quod in illo se permanere posse credāt, ideoq; ne  
spirit-

spiritum quidem suum attrahere vellent. In quo profecto quam grauissime errant: nam sicuti efficere non possumus, vt dies illucescat, ita nec impedire vt vespera non adueniat. Non id iam amplius opus nostrum est; quia supernaturale est, & vt ipsum acquiratur, vires nostras longissime transcendens. Nihil autem magis nos, ad in hac gratia aliquam diu manendum, iuuare potest, quam si liquido perspicimus & intelligamus, nihil huc nos à parte nostra posse vel adferre vel auferre, sed eam sic recipiamus, vt summè nos eà indignos repuremus, ac pro eadem ingentes gratias agamus: non tamen multa hinc verba vsurpando, sed dumtaxat oculos, cum Publicano, ad cælum sustollere non audendo. Bonum quidem est, maiorem solitudinem (quò Domino locum demus, eiusque Maiestatem operari sinamus, tamquam in rem ad se totaliter spectantem) sectari, & ad summum, subinde, per interualla, amorosum aliquod verbum proferre, ad instar eius qui candelam, quam exstinctam esse vider, suam aliquo flatu redaccendere satagit; at, si illa iam ardeat, ad aliud nihil status ille conducit, quam vt lumen ipsum candelæ exstinguat. Dico igitur, flatum hunc, prout quidem mihi videtur, esse debere suauem, ne, dum per intellectum multa verba scite digerere satagit, voluntatem simul occupet. Hanc porro aduertentiam, quam iam suggerere volo, diligenter notate carissimæ: sæpe namque ita vos constitutas esse comperietis, vt alias illas duas potentias regere profus nesciatis. Subinde namque contingit, cogitationem ita diuagari, interea dum anima summa quadam in quiete versatur, vt, quod intra domum eius fit, extra illam esse videatur; adeò vt cogitatio tum quidem, non tam domi suæ esse, quam, instar hospitis, aliena in domo diuersari, aliaque diuersoria in quibus habiter, (quòd propria ei domus minimè placeat) quæritare videatur; nescit enim misella, quid sit vnò in Esse manere. forsitan mea solius cogitatio talis est, aliorum autem cogitationes ita constituta non sunt. Me ipsam ergo alloquor: vt pote quæ aliquando, eò quod hanc cogitationis instabilitatem & variationem impedire nequeam, mori opto. Alias autem constanter & continuo domi illa suæ manere videtur, voluntati que se sociam præstare. Ceterum cum omnes tres potentia inter se concordant, & vnum quid spirant, cælum quoddam esse videtur; perinde ac dum duo coniuges alter alterum amantes ita inuicem consentiunt, vt, quod vnus cupit, id cupiat & alterat si vir male se gerat, certissimum est, magnam illum vxori inquietudinem & molestiam adferre. Cum ergo voluntas tali se in quiete agere comperiet, non pluris intellectum, vel cogitationem, vel imaginationem (quid enim sit nescio) faciat, quam stultum & morionem aliquem faceret: si enim hunc illa ad se pertrahere & apud se detinere, velit, aliquomodo per hoc

*Oratio quietis per nos ipsos obtineri & retineri nequit.*

*Oratione quietis nos indignos debemus repurare.*

*Faucis videntur verbis in oratione quietis.*

*Cogitatio interdum turbata est, interim dum anima in quiete est.*

*Cæli quoddam est, dum tres potentia conspirant.*

*Voluntas dum in quiete est, de intellectu non se sollicita.*

eam impediri, turbari, & ad inquietem perducī necesse est. In hoc ergo orationis genere semper nobis laborandum erit, & nihil ulterius lucrabimur aut proficiemus, at potius iacturam faciemus eius, quod ibi sine vllō nostro labore DOMINVS nobis confert. Hanc quæso similitudinem, quam mihi in oratione hac agenti Dominus suggestit, quæque mihi apprimè arridet, & rem quam significare volo, egregiè exprimere videtur, diligentissimè notate: Anima quippe est ad instar infantis adhuc lactentis; qui cum iam ab vberibus dependet, mater ei, etiamsi labella sua non moueat, ad eum recreandum ac reficiendum suauiter lac in osculum instillat. Eodem modo & hîc fit; voluntas quippe sine vllō intellectus labore diligit, vultque DOMINVS, vt ipsa, etiam non cogitans, cum Domino versari se intelligat, & quod Maiestas ipsius ei in os instillat lac tantum insugat & transmittat, adhuc hæc ipsa dulcedine fruatur, simul & intelligat hanc non nisi à Maiestate ipsius gratiam sibi fieri; denique, quod hæc ipsa fruatur, in se gaudeat. At intelligere velle non debet, quomodo hæc fruatur, & quid sit quo fruitur; sed se ipsam tunc negligat oportet: etenim qui iuxta & prope ipsam est, non negliget aduertere ac videre quid illi proficuum sit. Si enim cum intellectu in certamen descendere velit, quo ipsum participem reddat, ipsum videlicet ad se pertrahendo, tunc neutrum efficere poterit; sed necessario lac ore suo excidere sinet, itaque diuinum hoc alimentum amitteret.

*Similitudo  
ab infante  
lactente  
sumpta.*

*Differentia  
inter oratio-  
nē quietis  
& perfectā  
unionem.*

Hoc autem est discrimen inter hoc orationis genus, & dum anima cum Deo totaliter vnita est: nam in vnione ne quidem hoc facit, vt datum cibum deglutiat aut transmittat; sed hunc ipsa intra se iam esse comperit, vt tamen non intelligat, quomodo illum Dominus ei ingesserit: at in hoc orationis genere videtur velle, vt anima paululum allaboret; sed tam id quietè fit, vix vt percipiatur. Quod verò ipsam vexat & affligit, est intellectus, vel imaginatio: verum tunc eam minimè is affligit, cum omnes tres potentia inter se consentiant & vnite sunt, eò quòd suspenduntur ab eo qui creauit illas: nam ea, quam ipsis elargitur delectatione & gaudio, omnes occupatas derinet, ita tamen vt nesciant quomodo, aut id intelligere queant. Cum ergo anima, (vti dixi) hæc in se orationem agnosceret, quæ quietum & summum quoddam voluntatis gaudium est, vt tamen dignoscere distinctè non queat, quidnam hoc propriè sit (quamquam satis cognoscat & discernat, id ab omnibus mundi huius gaudiis nimium quantum differre: nam, etsi anima in vniuersum mundum, nec non vniuersa eius gaudia dominium obtineret, nihil tamen essent hæc omnia, vt quæ in intimo voluntatis sita est, voluptatem ac satisfactionem, eam sentire fac-

facerent ; ad eò vt reliqua vitæ huius gaudia solum in voluntatis exterioribus , aut ( vt ita dicam ) in eiusdem cortice haberi videantur. ) cum inquam , anima in hoc tam sublimi orationis gradu se esse comperiet ; qui ( quemadmodum antè dixi ) iam clarissimè perspiciatur supernaturalis esse ; si tunc intellectus , vel ( quò melius me declarem ) cogitatio , ad maximas mundi impertinentias & ineptias diffluat , rideat eum , & in modum fatui cuiusdam currere sinat , ipsa verò in sua se quiete detineat. cogitatio quippe & imaginatio abibit & rursus redibit : & , quoniam voluntas hinc domina est , & potens , hinc illum ad se ipsa facili negotio pertrahet , vt te necesse non sit hic affligas aut torqueas. Sed , si id violenter magnoque conatus efficere velit , omnem quam aduersus illum habet , potentiam , quæ è diuini illius alimenti sumptione & receptione ei accedit , amittit ; itaque fiet , vt nec hæc , nec ille , quidquam lucraturus , sed simul ambo iacturam facturi sint. Nam , quod vulgari prouerbio dicitur , eum qui multa simul complecti gestit , simul omnia perdere , hic mihi locum habiturum videtur. Docebit id satis experientia : hac verò carenti minimè miror id perquam obscurum , & quasi neutiquam necessarium visum iri. Sed iam antè dixi , eius , quantumlibet ea parua sit , adminiculo eum id intellecturum , & rem suam hinc facturum , Dominumq; laudaturum , & gratias ei acturum , quòd gratiam ac lumen , ad illud hoc loco dicendum , mihi dare dignatus sit.

In hoc ergo hanc orationem concludamus , nimirum , cum anima in hoc orationis genere iam versatur , Patrem æternum eius postulat , videlicet de suo regno ei hic dando , iam tunc annuisse videri. O beatam ergo petitionem , quòd tantum per eam bonum , non intelligentes id tamen , petamus ! o beatam postulandi rationem ! Quare serio aduertere nos velim , carissimæ , quomodo cælestem hanc orationem Dominicam videlicet , & reliquas omnes orationes vocales proferamus. Postquam enim hanc à Deo gratiam acceperimus , statim omnem de rebus mundanis sollicitudinem abijcere nos oportet : nam mundi huius Dominus locum aliquem ingrediens , mox omnia illa inde dispellit ac dissipat. Non tamen dico omnes qui hanc orationem tenebunt , id eò necessariò totaliter mundo sequestratos & alienos esse. saltem vellem intelligerent quid quoad hoc sibi desit , seq; humiliarent , & operam omnem darent , ad cor suum paulatim ab omnibus rebus auellendum : nisi enim hoc fecerint , hic hærebunt , nec ulterius progredi poterunt. Quoties ergo animæ DOMINVS huiusmodi dat pignora , signum est , illum ipsa ad magna quædam vti velle , & tunc insignem ipsa progressum faciet , nisi sua eum culpâ impediatur. Sed si regno cælorum illius in domo semel iam plantato , ip-

*Animaino-  
ratione qui-  
etsi cõstru-  
ta videat  
impertinen-  
tias intelle-  
ctus.*

*Non omnes  
qui ad ora-  
tionem qui-  
eius peruene-  
re necessario  
à munda re-  
bus diuulsi  
sunt.*

*iam ad*

*Cur pauci  
sint homines  
spirituales.*

*Perstringū-  
tur qui vo-  
cales oratio-  
nes multas  
simul & fa-  
stinanter  
percurrunt.*

sam ad res terrenas denuo conuerti videat, non solum regni sui secreta ei non reuelabit, verum etiam hanc ei gratiam quam rarissime, & non nisi quam breuissimo tempore praestabit. fieri quidem potest me quoad hoc falli, at video & scio, ita se rem habere; & hanc esse rationem credo, cur non plures animae spirituales inueniantur: cum enim tantae gratiae operibus & obsequiis suis non respondeant, nec ei rursus recipiendae de nouo sese disponant; sed e contra voluntatem, quam Domino iam semel dederunt, quamque ipse vt propriam sibi vindicat, manibus ac potestate illius extorquere, eamque rebus abiectis applicare satagant; hinc aliud domicilium quaerunt, in quo plus ametur, ad plus dandum; esto non omnino, nec penitus repetat quod iam ante dedit, si modò conscientia à peccatis pura conseruetur.

Verum sunt quidam (& horum de numero ipsa vna fuit) quibus Dominus vt plurimum teneros affectus indit, ac sanctas inspirationes & lumen, ad rerum huius mundi vanitates perspiciendas dat, quibusque tandem hoc regnum elargitur, scilicet in oratione quietis eos constituens; & qui è contra ad instar surdorum nihil audiunt, eò quod t. n. libenter labia moritant, & multas orationes vocales quam celerrime decurrere gestiant, quasi qui pensum praescriptum absolueri cupit: quia iam tum statuerunt, tantum quotidie precum pensum decurrere, vt, licet Dominus, (sicuti dixi) regnum ipsis velut in manus tradat, ipsum admittere detrectent; at longè se melius facere putent, quòd vocaliter sua recitent, itaque aliò diuertant. Hoc autem facere nolite, carissimae; sed super vos reflectite, cum hanc Dominus vobis gratiam praestabit; & certe estote, secus si feceritis, vos magni thesauri iacturam facturas, & longè amplius facturas, vnum dumtaxat orationis Dominicae verbum per interna proferendo, quàm ipsam saepius festinanter decurrendo, & quod dicitis non intelligendo. Is enim quem oratis, vobis valdè vicinus est, ita vt vos haud dubiè sit exauditurus: ac creditote, hac in re veram nominis eius laudationem & sanctificationem sitam esse: tunc quippe Dominum, quasi quid eius domesticum & proprium, glorificatis, maiorique eum affectu & desiderio laudatis, & videmini impediri non posse quominus eum adhuc melius cognoscatis, cum iam probaueritis & gustaueritis, quam Dominus suauis sit. Vnde vos commoneo, vt hoc in primis vobis propositum sit, & ad hoc attendatis, cum permultum in eo sit situm.

\* \*  
\*



## CAPUT XXXII.

IN QVO AGITVR DE HISCE ORATIONIS DOMINICAE  
*verbis, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra; quamque magnum  
 quid is faciat, qui hæc verba ex toto corde & affectu pro-  
 fert, quamque ei Dominus propterea sit mer-  
 cedem daturus.*

CVM ergo beneuolus noster Præceptor tanti valoris rem, vt quæ  
 quidquid hic optate possumus, in sele continet, pro nobis petierit, &  
 nos petere docuerit, tantamque nobis gratiam fecerit, vt suos nos fratres  
 fecerit; iam videamus, quid suo nos Patri dare velit, quid illi pro nobis  
 offerat, denique quid ipse à nobis perat. æquum quippe est, vt aliquod  
 pro tot tantisque quas nobis confert, gratijs illi obsequium rependa-  
 mus. Quam, ô bone Iesu, parum (parum inquam à parte nostra) das, &  
 quam multum pro nobis è contra postulas! vt taceam illud ipsum nihil  
 omnino in se esse, habito respectu ad plurimum illud quod tibi debetur,  
 & ad tantæ maiestatis Dominum. Verum, vt dicam quod res est, nihil  
 tunc nobis reliquum facere videris, cum tibi damus quidquid dare pos-  
 sumus, siquidem ita id damus prout ore dicimus: vt fiat, inquam, volun-  
 tas tua sicut in cælo, ita in terra. Optimè haud dubiè fecisti, amantissime  
 Præceptor, cum superiorem illam petitionem ante hanc præmisisti, vt  
 sic adimplere possimus, quod hic in nomine nostro Patri tuo das. Nisi e-  
 nim sic factum esset, Domine, prorsus id esset (prout mihi quidem videri  
 tur) impossibile: sed Patre tuo annuente & concedente id, quod tute ab  
 eo petis, vt scilicet illius regnum hic nobis adueniat, scio per nos non  
 staturum, quo minùs verax & fidelis inueniaris in dando id quod  
 pro nobis das. Terrâ enim in cælum iam commutatâ, possibile erit,  
 vt tua in me voluntas adimpleatur & fiat; at, si id non fiat, & qui-  
 dem in terra ita nequam ac sterili ac mea est, quomodo id possibile  
 foret, prorsus nescio, Domine; cum tam magnum sit quod of-  
 fers.

*Magnum  
 quid est pe-  
 tere vt Deû  
 voluntas fiat.*

Quoties verò hoc mecum perpendo, non possum non ridere quos-  
 dam, qui à Domino molestias, cruces ac tribulationes poscere non  
 audent, quòd eas propterea sibi statim ab eo immitti putent. Non  
 loquor autem de iis, qui ex humilitate eas petere omittunt, quòd  
 iis ferendis se impares esse arbitrentur. quamquam mihi persuadeam,  
 eum, qui amorem illis ad hoc tam asperum & durum medium postu-  
 landum, quòd ipsum opere declarent, concedit, etiam ad eandem  
 ferendas amorem concessurum. Equidem illos, qui idèd cruces

*Deus corro-  
 borat eos qui  
 tribulatio-  
 nes ab eo  
 petunt.*

rogare non audent, quòd eas sibi quamprimùm immittendas putent, interrogare vellem, equidnam dicant, dum Dominum orant, ut sua in ipsis voluntas fiat: an forsitan id ideo dicunt, ut dicant id, quod ceteri hominum dicunt, non verò ut id opere ipso exequantur? Ita facere, carissimæ, absurdum & incongruum foret. Videte autem ut amantissimus Iesus, noster hîc legatus esse videatur, & quomodo inter nos ac Patrem suum esse voluerit mediator & intercessor, idque magno suo impendio: quapropter à ratione alienum foret, ut mendax & fallere deprehenderetur in eo, quod à parte nostra Patri suo offert; aut ab eo petendo abstineamus oportet.

*Dei voluntas  
velimus  
nolimus ad  
implebitur*

Iam id aliâ viâ & ratione declarare volo. Certùm est, carissimæ, illud, velimus, nolimus, eiusq; voluntatè adimplendâ tam in cælo quàm in terra faciendam: itaque mihi consulenti credite & acquiescite, ac facite de necessitate virtutem. Quàm mihi volupe & suaue est, Domine, ut à tam peruersa & nefaria voluntate, qualis mea est, penderet, quo minus tua voluntas adimpleretur aut non adimpleretur. Egreiè scilicet mecum actum esset, si in mea potestate situm fuisset, tua ut voluntas tam in cælo, quàm in terra adimpleretur. Meam ergo voluntatem vltro & grater tibi iam defero, esto id, in presens quidem non sine aliquo commodo & compendio faciam: iam dudum enim re ipsa probavi, & longâ experienciâ didici, quàm mihi bonum sit, meam voluntatem in tuam quàm libentissimè resignare. Quantum, ô dilectissimæ, hac in re emolumentum & lucrum situm est! quantum econtrâ dispendium in eo quòd re ipsa non exequamur, quod in oratione Dominica Domino promittimus, videlicet quantum spectat ad id quod ei offerimus! Verùm, antequam vobis exponam quidnam per hoc lucremur, declarare statui & ostendere, quàm id quod offertis magnum sit, ne postea ad vos excusandas, vos deceptas fuisset, nec id satis intellexisset asseratis. Non imitemur ergo Religiosas quasdam, quæ semper & continuò varia promittamus, & quoniam promissâ non præstamus, hinc ad purgationem nostri dicimus, non satis intellexissent nos ea quæ promittebamus. Idem certè hic contingere posset, cum enim dicimus nostram nos voluntatem in alterius voluntatem resignare, admodum id nobis facillè esse videtur, quoad usque ipsum opere exequentes, perspicimus, nihil eo dari fingiue posse difficilius, siquidem r potest oportet, adimpleatur. etenim dictu id facile est, at factu perdifficile. si autem nullam inter vtrumque esse putarunt differentiam, nec vnum altero maius esse, non satis id intellexerunt.

*Quantum  
offeramus  
cum nos offerimus,  
ut  
Dei voluntas  
in nobis  
fiat.*

Dare ergo operâ bene ut id intelligant ea, quæ hoc in loco professionè  
emit-

emittent, idque per longam probationem, & sibi persuadeant, non satis esse verba afferre, sed præter hæc, etiam opera requiri. Prælati quidem & Superiores non semper cum rigore nos conducunt, præsertim cum debiles & imbecilles nos esse vident: at subinde tam debiles, quam fortes, eodem modo & ritu conducunt. Sed hoc modo non fit hîc: nouit quippe Dominus, quid quisque ferre queat; vnde aliquem robustum & fortem esse videns, non antè quiescit, quam suam in eo voluntatem videat adimpletam. Docere autem & vobis in mentem hic reuocare volo, ecquænam ipsius voluntas sit: nolite verò putare aut metuere, eam fore, vt vobis aut diuitiæ, aut voluptates, aut honores, aut aliquid cuiusmodi ex mundi huius rebus datur, etenim multò ipse vos cariores habet, magnique facit id quod ipsi offertis, amplissimeque vobis id compensari cupit, cum suum, iam tum in hac vita, vobis regnû det. Scire & nosse vultis qualè sese præbeat iis, qui in veritate & sincerè superiora illa verba ei dicunt? Rogate id gloriosum & dilectissimum illius filium, qui cum in horto Gethsemani oraret, isthæc ad illum verba identidem repetebat; quæ quoniam is magna cum resolutione, deliberatissimè, totoque ex affectu proferebat, hinc videre licet, an non Pater cælestis bene suam in eo voluntatem adimpleret, tantis illum molestijs, doloribus, iniurijs & persecutionibus obijciendo, vsque dum tandem in cruce spiritum redderet. Hîc ergo videtis, carissimæ, ecquid dederit ei quem præ reliquis hominum amabat: vnde iam liquidò patet, quænam eius sit voluntas.

*Qua sit Dei voluntas.*

*Christi ex-  
plo discimus,  
in quo Dei  
patris volun-  
tas sua sit.*

Hæc igitur illius hoc in mundo sunt dona; quæ pro amoris quo nos prosequitur, modulo in nos effundit, quo enim aliquè maiori minorique amore prosequitur, eo plura paucioraue in illum ex hisce donis confert; nec non pro magnitudine animi, quem in vnoquoque aduertit; item pro modulo amoris, quo in Maiestatem suam aliquem ferri conspicit. Qui enim multum eum amabit, hunc etiam multum pro nomine suo pati posse videbit; qui verò parum amabit, huic etiam parum dabit. Vnde certissimum esse duco, pro magna aut parua in cruce ferenda resolutione amorem esse solere, & secundum eam commensurari debere. Quamobrem si hunc habeatis, carissimæ, date operam, vt quæ ad tam potentem Dominum profertis verba, non sint veluti verba aulica sponsonibus opulenta, re autem vacua; sed firmiter vobiscum statuete pati, quodcumque demum Maiestas illius vobis volet immutere. Si enim aliter voluntatem vestram resignaretis, peiinde faceretis, ac qui alteri cuidam pretiosum aliquod monile ostenderet, adhuc id dare vellet, atque vt ipsum ille acciperet, precibus etiam instaret; altero autem manum ad accipiendum extendente, illud

*Deus dat  
dona pro me-  
dulo amoris  
sui.*

*Perstringit-  
tur qui Deo  
voluntatem  
offerunt, nec  
dant.*

*Voluntas  
penitus &  
tota Deo  
danda.*

*Mundano-  
rum & Re-  
ligiosorum  
in volunta-  
tis resigna-  
tione differe-  
ntia.*

ad se reduceret, & intra manum recluderet. Non sic deridendus estis, qui nostri causator irrisiones & contumelias pertulit: & quamuis nihil aliud esset quam hoc, turpe sane & intolerabile est, toties tam illum à nobis sic irrideri: neque enim semel, sed sæpius, hæc ei verba in oratione Dominica oggerimus. Semel ergo & simul monile totum ei tradamus, cum toties id ei tradere proponamus & gestiamus. fatendum tamen est, illum id nobis primo non dare, vt id nos deinde illi demus. Mundani quidem homines nimis quam multum facient, si veram eius quod dicunt adimplendi resolutionem & voluntatem habeant; at vos, filie, oportet & dicere & facere, id est verba afferre & opera, sicut nos Religiosi reuera facere videmur. Nisi quod interdum, non solum monile ei dare statuamus, verum etiã in manus tradamus, ac statim id ab eo rursus repetamus. Momento ita liberales sumus, & ecce paulo post ita tenaces & auari; adeo vt ex parte satius fuisset, ita nos in dando præcipites & festinantes non fuisse. Nam quidquid isthoc in libro vos, monui & docui, siluc dumtaxat refertur, vt scilicet nos totaliter & totas Deo Creatori tradamus, nostrumque velle in illius voluntatem resignemus, affectum denique nostrum à creaturis omnibus auellamus, vnde iam satis puto intellexeritis, quantum momenti in hac re situm sit.

Quamobrem plura de ea loqui nolo; hoc solum dicam, cur videlicet bonus magister noster prædicta verba hoc loco ponat, vt pote qui probè nouit, quantum lucrifactorum sumus, si hoc seruitium & obsequium Patri eius æterno præstemus. Hoc quippe faciendo & adimplendo, nos ipsas disponimus, vt quam breuissimo tempore ad viã finem perueniamus, & de viua prædicti fontis aqua bibamus: nisi enim voluntatem nostram Domino penitus totam resignemus, vt nimirum de omnibus rebus quæ ad nos spectant, iuxta velle ac beneplacitum suum ipse disponat, numquam de aqua illa nos bibere sinet. Hæc est perfecta quædam contemplatio, de qua vt vobis aliquando scriberem, à me postulastis: & (sicuti iam supra dixi) nihil huc ipsa à parte nostra afferimus, nullum laborem subimus, nihilque agimus; aliud quippe nihil hic requiritur (quidquid enim amplius & vterius est, impedit ac remoratur) quam dicere, *Fiat voluntas tua DOMINE* in me, idque omnibus quibus tibi placuerit, modis viis & rationibus. Si per viam tribulationum & crucis id fieri cupis, robur mihi suggere, & illa mox in me veniant; si per viam persecutionum, morborum, infamiae, indigentiae, ecce paratam me, vultum meum ab iis mi Pater non auertam; neque etiam par est, vt tergum tibi obuertam. Cum enim filius tuus hanc voluntatem meam, omnium nostrum nomine, tibi obtulerit; nefas sanè est, vt ipsa à parte mea desin officio; vnde

tuam

tum mihi, quæso, da regnum, quo ipsum queam adimplere, cum  
 id ipse mihi à te postularit. Fac de me & mihi prout tibi al-  
 lubuerit, tamquam de re ad te pertinente. Quanti porro donum  
 hoc roboris est, carissimæ meæ! Et sanè non potest non robur  
 habere, si ea qua oportet, resolutione & proposito fiat; nimirum  
 Omnipotentem eò deducit, ut vnum quid cum nostrâ vili-  
 tate fieri, nosque in se transformare, denique quamdam inter Cre-  
 atorem & creaturam vnionem conciliare non dedigneretur. Vide-  
 te, an non abunde vobis hic soluendum sit, & annon bonum ma-  
 gistrum habeatis; qui, cum sciat quibus Patris sui voluntatem rebus  
 conciliare sibi possit, nos docet, quomodo & quibusnam rebus  
 illi seruire debeamus. Quo autem anima maiorem resolutionem ac  
 determinationem præfert, ac quo magis ex operibus eius liquet, ver-  
 ba ipsius non esse verba affectata & aulica; eo nos Dominus sibi vici-  
 niores facit, magisque ab omnibus mundi huius rebus, atque adeo à  
 nobis ipsis, sequestret & sustollit, ut nos sic ad magna dona reci-  
 pienda disponat. Imo verò, etiam in hac vita, hoc nobis ser-  
 uitium & obsequium identidem compensat & soluit, tanti scilicet ipsum  
 facit, adeo ut tandem, quid perituræ simus nesciamus, eiusque Maies-  
 tas in dando nunquam defatigetur. Nam satis ei non est, animam illam v-  
 num quid secum effecisse (quoniam illam sibi ipsi iam vniuit) nisi simul  
 cum ipsa deliciarî & exultare, variaque ei secreta aperire incipiat, nec  
 non gaudere, quòd ipsa iam ecquid lucrata sit intelligat, & aliquo mo-  
 do quidnam illi præterea sit daturus, cognoscat. Vnde efficit, ut sensus  
 hōce exteriores ipsa paulatim perdat, ne qua demum re occupetur  
 & distrahatur (atque hoc ad raptum refertur) tamque amicè & suauiter  
 cum ea conuersari & agere incipit, ut non modo suam ei voluntatem  
 restituat, sed simul cum illa & propriam ei consignet, complacet namque  
 sibi Dominus in illa, adeo, ut quoniam hæc secum tam familiariter agit,  
 per vices (ut dicitur) & alternis imperium obtineant, & quemadmo-  
 dum ipsa facit quod ille iubet, ita vicissim ille faciat, quod ipsa ab eo po-  
 stulat, nec non amplius & melius quid; nam potens est, & potest  
 quidquid vult, & nunquam non vult. Misella verò anima, tametsi vel-  
 lit, non tamen potest quidquid vult; ac nihil potest, nisi id ante ei detur.  
 Atque hæc potissimæ eius diuitiæ sunt, quòd quo plus seruitij impendit,  
 eo plura debeat, ac non raro sese ipsa cruciet & fatiget; quod tam mul-  
 tis se impedimentis, remoris ac vinculis abnoxiam & velut vincetam vi-  
 deat, qualia hæc in corporis huius ergastulo mansio ac commoratio  
 secum trahit: velle tamen aliquid ex debito suo soluere. Sed nimis quam  
 stulta est, quod se ipsa propterea torqueat: tametsi enim faceret quid-

*Voluntatis  
 resignate  
 donu quasi  
 su roboris.*

quid in se est, ecquid obsecro, dare & solvere possumus, nos quæ (vt dixi) nihil habemus quod demus, nisi id ante recipiamus; nisi fortè vt nos ipsas cognoscamus, & hoc quod per gratiam eius facere possumus) videlicet voluntatem nostram illi resignare) quàm perfectissimè & absolutissimè faciamus? Cetera; namque omnia sunt animæ, quàm Dominus ad hunc statum cōduxit, non nisi impedimento, ac semper ei damnum, nullum verò cominodum aut lucrum afferunt.

*Quanam  
humilitas  
solum hic  
profit.*

*Viribus  
proprijs ad  
contempla-  
tionem ani-  
ma non per-  
uenis.*

De illa porro loquor anima, quam sibi per vnionem contemplationemque perfectam coniungere Dominus dignatus est: sola namque humilitas aliquid hic potest, & quidem humilitas non tam per intellectum, quam per liquidissimam veritatem obtrita; vtpote quæ vno in momento comprehendit quod imaginatio sese fatigando longo tempore comprehendere non posset, quantum scilicet spectat ad magnum illud. Nihil quod nos sumus, & magnum illud Omne quod Deus est. Vnum vos hic moneo; nolite putare, vos huc aut viribus vestris aut diligentia, quâcumque demum adhibeatis, posse pertingere; quia incassum eam adhibebitis, imò, si antea deuotionem habueritis, tunc frigidæ manebitis, verum magna cum simplicitate & humilitate (hæc namque nihil non euincit) dicere debetis, *Fiat voluntas tua.*

## CAPVT XXXIII.

OSTENDIT, QUAM NECESSARIVM NOBIS SIT, ID  
nobis Dominum dare quod in hisce orationis Dominicæ ver-  
bis, Panem nostrum quotidianum  
da nobis hodie, ab eo  
petimus.

*Dives men-  
sam suam  
defraudare  
non vult, vt  
des indigen-  
sibus.*

SCiens ergo bonus IESVS, quemadmodum supra dixi, quàm difficile & graue esset, q̄ nomine nostro offert Patri; infirmitatem quoque nostram (quæ in causa est vt sæpè nos nescire fingamus, ecquanam voluntas Domini sit) perspectam habens; pro ea qua erat pietate aliquo nobis ad hoc remedio & adminiculo opus esse videbat; vnde Patrem æternum rogat, vt supremum & super substantialem hunc panem nobis donet. Videbat enim minimè nobis expedire, vt, quod iam semel datum erat, quasi non datum duceremus (in eo namque omne nostrum bonū ac lucrum consistit) sine hoc verò adminiculo & fauore ipsum adimplere, nimis quàm difficile nobis futurum esse videbat. Si enim diuiti ac delicijs innutrito dicas, voluntatem Dei esse, vt mensa moderatiore vtatur, quo alijs qui præ fame propè emoriuntur, panis saltem ad vescendum

dum suppetat; statim is sexcenta ad hoc non nisi iuxta intentionem & mentem suam intelligendum, argumenta depromet. Si detractori & maleuolo dicas, voluntatem Dei esse, vt tam bene proximo velit & faueat, quàm sibi ipsi; nullatenus id æquanimiter accipere, nullisque ad hoc intelligendum & comprehendendum rationibus induci potest. Denique si Religioso libertati & delicijs assueti dicas, operam illum dare debere, vt bono omnibus exemplo præluceat, atque considerare, non nudis verbis adimplere se debere aut posse, quod hocce verbo dicit; verum ad hoc iuramento & promissis se obstrictum esse, voluntatemque Dei esse, vt vota sua impleat, ac grauissimè contra illa peccare se consideret, si cuiquam scandalo fuerit, esto etiam penitus ea non transgrediatur aut violet; adhæc, promississe illum paupertatem, ac proinde curare debere, vt eam integrè sine anfractibus ac duplicitate obseruet; hoc namq; Dominam velle. Hæc si illis dixeris, operam & oleû perdes; imo ne id quidem efficias, vt saltem aliqui ideo bona proposita & desideria concipiant. quid ergo esset, si Dominus per adminiculum hoc & remedium quod adhibuit, potissimam operis partem per se non fecisset? nimis quam pauci sane fuissent, qui verbum illud, quod nostro nomine Patri suo dixit, *Fiat voluntas tua*, adimplerent. Benignissimus ergo Iesus necessitatem hanc videns, admirabile quoddam adminiculum & remedium quæsiuit, in quo extremum suû, quo nos prosequitur, amorem perfecit, & tum suo, tum fratrum suorum nomine, hanc Patri petitionem fecit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie Domine.*

*Pauci vota sua adimplerent, nisi Dominus potissimum fecisset.*

Per amorem eiusdem Dei vos obsecro, carissimæ, vt id quod beneuolus præceptor noster hîc perit, bene intelligamus; in eo namque vita & salus nostra sita est, si id obiter & festinanter non percurramus. Magni quoque id facere nolitis quod ei dedistis, cum tam multa pro eo recepturæ sitis. Videtur porro mihi (saluo melius sentientium iudicio) benignissimus Redemptor Iesus, cum vidisset quid quantumque nostro nomine Patri suo dedisset, & quâti id nostra referret dari, simul etiâ quâ id difficile (vt ante ostensum est) foret, eo quod eius naturæ & conditionis sumus, in res terrenas ita affectu toto propendimus, tamque in amando frigidî, nec non pusillanimes sumus, vt ipsius nos amorem inspicere oporteret, quo per eundem ipsi excitaremur, idque non semel sed quotidie; idcirco statuisse semper apud nos hîc manere. at, quia id tam difficile, graue, tantique momenti negotium erat, hinc illud à Patris æterni manu voluit proficisci. esto enim ambo vnum quid sint, sciretque quod ipse in terra faceret, hoc Deû in celo facturû, & approbarurû (cum eius & Patris sui voluntas & velle vnû sint); tanta tamen boni Iesu erat (in quantum homo) humilitas, vt ad hoc faciendum facultatem

*Dominus] nostram infirmitatem sciens semper apud nos manere voluit.*

rem quodammodo ab eo petere voluerit, esto & se à Patre diligi, Patrè- que ex se delectationem capere sciret. Sacri intelligebat scilicet, amplius quid se in hac petitione postulare, quàm in superiore petierat: morat enim, quod mortis genus sibi aduersarij illaturi essent & quas esset, olim contumelias, & illusiones passurus.

Ecquis Pater, Domine mi, foret, qui, postquam filium suum nobis dedisset (& talem quidem filium) videns illum, deinde tã inhumaniter & immaniter à nobis, haberi, eum nihilominus apud nos manere patere- tur, quo nouas iniurias & persecutiones subiret? Nullus sanè pater, Do- mine, id faceret præterquã tuus: nosti quippe, à quo isthuc petas. Prò in- gentem amorem filij, & non minorem patris! porro, in benignissimo Ie- su adeo hunc non miror. Cum enim iam antea dixisset, *fiat voluntas tua;* non poterat, pro eo atque est, id ipsum opere non adimplere: noui namq; illum non esse sicut nos sumus. Sciens ergo, se Patris sui voluntatè adim- plere nos sicut semetipsũ amãdo, hinc modũ aliquẽ exquisiuit præcepti huius perfectiùs, tamen si maiore suo cũ impendio adimplèdo. Sed quo- modo tu, Pater aeternè, illud permittere voluisti? cur filium tuum quoti- die tam sceleratis manibus contrectatum videre vis, cum iam semel il- lum in eas incidere volueris, & hoc ipsum permiseris? Iam vides, quàm diris eum modis habuerint: quomodo ergo pietas tua ferre & videre po- rest, tales ei quotidie iniurias irrogari: quàm enim multas ei hodie in san- ctissimo hoc Sacramento irrogari verisimile est? ah, in quam multorum i- nimicorum suorum manibus Pater cælestis eum versari videt! quàm et- iam multas hæretici huius æui in eum indignitates admittunt! Qui fieri potest, Pater aeternè, talem vt petitionem exaudias, & petita annuas? No- li, quaeso, illius amorem respicere: modò enim ipse perfectè tuam adim- pleat voluntatem, nobisque profit, quotidie se in frustra concidi permit- tet. Tuum est, Domine, ad hoc reflectere, cum nulla sibi ipse in re pareat, nullamque difficultatem subterfugiat: an omnia & singula nostra bona eius parari debent dispendio & sumptibus? cur ad singulas iniurias tacet & dissimulat? nequaquam pro seipso, at solum pro nobis & nostra causa loquetur: nullus ergo amanissimi & suauissimi huius Agni patronum & defensorem ager?

Anima duerti & notauit, eum in hac sola petitione verba duplicasse, eum primò dicat & petat, *Panem hunc nostrum quotidianum da nobis;* condu- plicandoque addat, da nobis hodie Domine. Perinde ac si ei diceret Quandoquidem iam eum semel nobis dedit, par esse vt eum nobis de- nuo non auferat, quoad usque mundus esse desinat, sibi que eum quoti- die seruari & offerri sinat Hoc cor vestrum liquefacere, carissima, & rene- riores in eo affectum ciere debet, ad sponsum vestrum diligendum. Nul-  
lus in

*Amor ma-*

*gnus tui Dei  
patris tui  
filij quod  
ipse nobiscũ  
in Ven. Sacra-  
mento  
manere vo-  
luerit.*

*Iniurias  
multas Do-  
minum in  
Ven. Sacra-  
mento pati-  
tur.  
Christi in-  
genus hu-  
manum a-  
mor.*



Ius in mundo seruus aut mancipium est, qui libenter se seruum dicat; humilis autem Iesus id sibi nomen honori ducere videtur. Quàm multum, ô Pater æterne, hæc eius humilitas promeretur! quoniam filium tuum thesauro emimus? Iam tum scimus, triginta illum denarijs semel venditum fuisse; at, vt ematur, nullum pretium sufficiens est. Vide-  
 te porro, quomodo per id quod à natura nostra habet, se hîc nobis assimilet, æquiparet, & vnum quid nobiscum faciat, quin imò, quasi voluntatis suæ **DOMINVS**, Patri velut in mentem reuocat, se, quoniam suum est, id nobis dare posse: vnde ait, *Panem nostrum*; nullum inter se & nos discrimen agnoscendo aut statuendo, sed nos vnâ secum vnum quid faciendo; vt, Maiestate eius nostram orationem cum sua quotidie coniungente, nostra à Deo id consequatur quod petimus.

*Dominus nobis se assimilauit.*

## CAPVT XXXIV.

**EAMDEM PROSEQVITVR MATERIAM; VSVI HÆC documenta esse poterunt, post sacram communionem iam sumptam.**

**H**Æc ergo petitio, qua panem quotidianum petimus, in perpetuum videtur extendi. Mecum ipsa subinde perpendi, cur, cum Dominus semel dixisset, *Quotidianum*, rursus addat, *Da nobis hodie*. Meam hic ineptiam fatuitatemque vobis declarare volo; quæ si talis sit, vt talem etiam eam reputate; nam certè nimis quàm magna fatuitas est, hisce me immiscere. *Quotidianum* ergo hoc mihi in sensu accipi debere videtur; quandoquidem eum hîc in terra possidemus, fore vt & in cælo postea eum possideamus, si modò ex eius contubernio lucrum facere nouerimus, nulla enim alia de causa, quàm vt nos iuuet, animet, sustentet, quò eam, quam in nobis voluntatem diximus adimpleri faciamus, apud nos & nobiscum manere voluit. *Hodie* verò non nisi de vno intelligitur die, quamdiu scilicet mundus hic durabit, nec ad vltius tempus refertur. Reprobis sanè qui damnantur, verè non nisi vna dies est; in alia enim vita eo bono frui non poterunt. Si se superari sinant, Dominio culpa ascribenda non est: etenim ipse, ad vsque conflictus finem, numquam ab animo illis addendo cessabit, vnde non erit, quo aut se excusent, aut Patrem æternum accusent, quòd tum, cum eo magis indigebant, id ipsis abstulerit. Vnde filius ei ait, cum, non nisi vnus sit dies, hunc se iam inter suos, & cum amicis transigere sinat, tamen nonnullorum improborum calumnijs & iniurijs expositum: & quoniam Maiestatis eius ipsam nobis iâ dedit, & in hunc mundum è solo suo beneplacito,

*Quid sibi velit quotidianum.*

voluntate & bonitate misit, se iã, è sua voluntate, nos nolle derelinquere, sed hïc nobiscum tum ad maiorem amicorum suorum gloriam, tum inimicorum afflictionem & crucem, manere velle: adeò vt nihil aliud iã de nouo petat, quam quid hodiernum: nam cum semel sacratissimum hunc panem nobis dederit, certissimum est nos eum perpetuo ac semper habituros. Maiestas eius, ( quemadmodum iam supra monui ) hoc nobis alimentum, & humanitatis suæ manna ita dedit, vt, prout volumus, ipsum inueniamus; & nisi nostra id culpa fiat, numquam moriemur fame: quibuscumque enim modis anima ipsum comedere cupiet, in sanctissimo hoc Sacramento saporem aliquem & consolationem percipiet. Nulla quippe est indigentia, nulla difficultas, nulla persecutio, quæ non toleratu facilis sit, si illius labores & mala semel sapere incipiamus.

*Omnigena  
consolatio  
sapor est in  
Ven. Sacra-  
mento.*

Vos verò, carissimæ, vna cum hoc Domino, Patrem rogate, vt Hodie vestrum vos sponsum habere sinat, ne aliquando sine ipso in hoc mundo vos esse contingat. Porro ad tam magnam voluptatem non nihil temperandam satis sit, quod sub hisce panis ac vini accidentibus ita personatus & velatus maneat: quod sanè non exigua crux est illi, qui aliud quod amet non habet, nec aliam in hoc mundo consolationem. At suppliciter atque instanter eum rogate, ne vmquam nobis desit, sed ad dignè eum recipiendum vobis dispositionem & præparamenta concedat. De alio autem panè nolite esse sollicitæ, vos inquam, quæ vos in Dei manus & voluntatem sincerissimè cum affectu resignastis. Loquor autem de tempore quo orationi insistitis, cum scilicet maioris longè momenti negotia tractatis; alia quippe sunt tempora quibus operemini, & victum lucremini, sed citra anxietatem & sollicitudinem. Nullo vmquam tempore hisce reuoluendis cogitationem impendite; at solum corpus operetur ( æquum enim & par est, vt labore vestro victum & necessaria vobis comparetis) anima verò quiescat. Sed (vti alibi vberius declarau) hanc sponso sollicitudinem & curam, committite; nam ille de vobis numquam non sollicitus erit. Nolite timere ne vos ipse aliquando deserat, aut desit, dum modo vos à parte vestra non desitis ac deficiatis in eo quod dixistis, cum Dei voluntatem in vobis fieri petistis. Quod ad me verò spectat, in veritate vobis dico, carissimæ, si iam è malitia in aliquo horum peccarem ( quemadmodum alias satis sæpe peccaui) non tam ab ipso peterem, vt mihi panem, aut alium quempiam cibum concederet, quam vt me præ fame emori sineret. ad quid enim viuere cupiam, si diutius viuendo, maiorem mihi mortem ac damnationem accersam? Adeo vt, si vos vere cordialiterque Deo tradatis, sicuti id ore profertis, vestri ipse curam habiturus sit. Eodem planè modo

*In oratione  
non est de re.  
bus ad viciũ  
spectantibus  
cogitandum.*

modo ac dum famulus aliquis ad alteri seruiendum sese elocat : nam sollicitus ipse est , quomodo Domino suo in omnibus placeat & satisfaciat ; Dominus autem tam diu de cibo victuque ei prospiciat oportet , quamdiu illius in domo agit , eique famulatur : nisi fortè hieo redactus sit inopia , vt nec sibi , nec famulo sufficientem victum habeat . Sed postremum hoc in Domino nostro locum non habet ; etenim est , & semper erit , cum diues , tum potens . An non enim turpe & indecens esset , famulum quotidie cibum identidem à Domino petere , cum sciat hunc curare , imo debere curare , vt ipse habeat quod comedat ? Meritò ergo hic ei respondere posset , curare illum debere , vt sibi seruiat , & , quomodo sibi placeat videre : quod enim alijs rebus cogitatio intèdat quam oporteat , hinc fieri vt nullum omnino opus rite obeat & peragat .

De hoc ergo pane postulando labore qui velit , carissimæ ; nos verò patrem celestem rogemus , dignæ vt inueniamur , quæ panem nostrum celestem peramus . Adeo vt , cum oculi illo aspiciendo sese reficere nequeant , quod ita velatus actestus sit , animæ saltem oculis sese detegat , illisque declaret , se alium longe cibum esse , lætitiæ scilicet ac deliciarum , quique vitam sustentet . Quid ? putatis , sanctissimum hunc cibum , etiam pro ipsis corporibus alimentum non esse , nec non singulare aliquod , etiam aduersus corporales morbos & infirmitates , medicamentum ? Equidem id & alimentum , & medicamentum esse scio . Etenim quamdam varijs infirmitatibus ac morbis obnoxiam noui , quæ cum frequenter grauissimos dolores pateretur , hi per sacram communionem , velut manu quadam detergente , simul & semel auferebantur , & ipsa sanitatem consequeretur . fiebat id ordinariè , & in morbis quidem euentissimis , adeo vt impossibile esset , meo quidem iudicio , eosdem fingere . Verum quia mirabilia , quæ sanctissimus hic panis in ipsum digne recipientibus operatur , admodum nota sunt ; hinc multa alia , quæ de hac persona quam dixi , dicere possem studio hic omitto , quæ tamen & optime scire potui , & vera esse mihi notissimum est . Tam viam porro Dominus ei fidem dederat , vt quoties nonnullos audiret optantes , vt Christi in terræ agentis tempore viuere sibi datum esset , non posset non apud semetipsam illos ridere : putabat enim , cum eum in Vener. Sacramento tam veraciter præsentem & eundem haberent , quam tum in vita erat , non esse cur amplius quid peterent aut optarent . De eadem præterea audiui , illam , etsi non vsque adeo perfecta erat , quoties ad sacram communionem accedebat , ad multos quidem annos non minus conatam fidem in se confirmare , quam si corporeis Dominum in domiciliū & hospitium suum venientem oculis vidisset , quò se ( vt pote quæ firmissimè credebatur , Dominum ad angustium suum

*Eucharistia  
morbis cor-  
poralibus  
medetur.*

domicilium diuertere) ab omnibus rebus externis, quàm poterat maximè auellere, & vnà cum ipso introgrederetur. Adhæc sedulo conuenerat, sensus suos recollectos habere, vt hi omnes tam magnum bonum intelligerent; animam, inquam, in illo agnoscendo, minimè impedirent. Considerabat ac fingebat se, quasi secus pedes eius sedere, & cum Maria Magdalena perinde lacrymabatur, ac si corporeis eum oculis in Pharisæi ædibus conspexisset: & licet nullum deuotionis in seipsa sensum sentiret, fides tamen ei dictabat, bene sibi illic esse; ibique cum eo dissuuiabatur & loquebatur. Nisi enim studio & datâ operâ simplices esse velimus & intellectum nostrum excæcemus, certum est, id quamdam imaginationis representationem non esse, vti est, dum Dominum Iesum in cruce, aut in alijs passionis partibus constitutum consideramus; nam illis rem prout tunc reuera contigit, perpendimus. Sed hoc iam contingit & ipsissima veritas est; neque opus est eum alibi remotius queramus: nisi vt, cum amantissimum Iesum tamdiu apud nos & nobiscum esse noverimus, quamdiu species panis à naturali calore consumptæ non sunt, tam bonam oportunitatem nobis elabi non sinamus, sed nos ad illum applicemus.

Si enim vel solo vestis tactu morbos sanabat tū cū in mundo inter homines conuersabatur, minimè dubitandum est, quin iam ad eum intemè intra nos constitutus, miracula parraturus sit, dummodo viam fidè habeamus, & quod ab eo petemus, nobis sit concessurus, cum iam ad domum nostram diuerterit. Non solet enim Maiestas eius habitationis & hospitij mercedem sordidè maleque persoluere, dummodo bene excipiatur & tractetur. si tibi grane sit, quod oculis eum corporeis non intuearis, cogita id nobis minimè expedire: est quippe aliud, cum iam glorificatum videre, aliud cum olim inter mortales mortales agebat. Nemo hominum est qui id ferre possit, quod natura nostra nimis quàm imbecillis sit; imò, non esset amplius mundus, neu quis in hoc mundo manere vellet: nam ex æternæ huius veritatis aspectu facilè pareret, quidquid hic in terra magni facimus, non nisi meram esse falsitatem & imposturam. Et quomodo aliqua peccatricula qualis ipsa sum, utpote quæ tam multis sceleribus eum offendi, tantâ Maiestatem aspiciens, tã ei vicina & propè esse auderet? Verum sub panis speciebus tractabilis est: si enim Rex personam & vestem mentiat, de veneratione & respectibus, qui ei ad cum eo agendum debentur, exhibendis ad eum solliciti esse debere non videmur. Videturq; is id æquanimiter ferre debere, eò quod se ipse personarum. Quis autem tanto cum tepore, tanta cum indignitate, & tot imperfectionibus onustus ipsum auderet accedere? ah! quam parum scimus, quid petamus; & quanto melius prouidentia il-

*Consideratio  
presentia  
Christi post  
cõmunionem,  
non est ima-  
ginationis  
representa-  
tio.*

*Cur solari  
nos ipsi de-  
beamus,  
quod Chri-  
stum corpo-  
reus oculis  
non videa-  
mus.*

*Sub panis  
speciebus  
tractabilis  
est.*

his in hoc prospexit; his enim, quibus id videt profuturum, sese aperit ac retergit: & licet corporeis eum oculis non videant, multos tamen habet modos, ad se animæ per magnos sensus internos & affectus, & alias diuerſas vias, manifestandum. Libenter apud illum agite, nec rei vestræ agendæ augendæque tam oportunum tempus, vti est hora post sumptam communionem, elabi sinite. Est quippe id magnum animæ bonum; & Domino Iesu gratum cum primis est, quod apud ipsum & cum ipso maneat. Videte, carissimæ, ne illum amittatis, & nisi aliud vobis Superior & obedientia iniungat, animam semper apud Dominum versari permitte: ipse enim præceptor vester est, nec vos edocere negliget, esto quæ doceat non intelligatis, at, si cogitationem alio mox ferri sinatis, & eum qui intra vos est, minimè curetis, nec ad eum reflectatis, non est quod de vlllo, præterquam vobis ipsis, conqueramini.

Hoc ergo oportunum tempus est, vt præceptor noster nos doceat, nos verò ei auscultemus, ac pedes eius exosculemur (quod nos docere dignatus sit) suppliciterque eum rogemus, ne à nobis vniquam recedat. Si enim id ipsum petere debeatis, etiam cum aliquam Christi Redemptoris imaginem intuemini, nimis quàm magna esse stoliditas mihi videtur, hoc ipso tempore ipsammet personam deserere, ad solâ illius imaginem aspiciendam. An non similis stoliditas esset, si, cum alicuius quem vnicè diligereimus, imaginem haberemus, illo ipso nos ad visitandum adeunte, illum alloqui detrectantes omnem sermonem alloquiumq; ad imaginem ipsius conuerteremur? Nosse vultis, quandonam hoc valdè bonum & sanctum futurum sit, mihi que etiam placeat? cum persona ipsa abest, & id ipsamet nobis per multas ariditates indicare dignatur, tunc magna quedam voluptas est, aliquam illius quem tam meritò diligere debemus, imaginem intueri, imò, quocumque oculos meos conuerto, illic ipsam videre vellem. Cui enim meliori, aut ad aspectum gratiori rei visum & oculos nostros impendere possemus, quàm ei videndo, qui vsque ad eò nos diligit, omneque in se bonum complectitur? Pro infelices illos hæreticos, qui tum hanc, tum alias plurimas consolationes culpa & demerito suo amiserunt!

Verum postquam iam Dominum recepistis, cum ipsamet personam vobis præsentem habeatis, oculos corporis occludere, animæ autem recludere & aperire, atq; intima cordis intueri satagite. Dico enim vobis, & iterum iterumq; dico, (imò & sæpius id dicere vellem) si, quouscumque sacram communionem aditis, hoc facere assuescatis, conscientiam vestram ita à peccando mundam ac puram conseruare studendo, vt sæpius isthoc bono vobis frui liceat; illum non tam personatum velatum uenire, quin (sicuti dictum est) se diuersimodè patefaciat, pro desiderij sci-

*Quod tempus oportunum sit, vt & Christo doceamus.*

*Stultitia est, alicuius imaginem intueri, ipsamet persona omissa.*

licet, quo ad illum videndum tenemur, modulo. Et tam ardens forsitan vestrum quoad hoc desiderium esse posset, vt se totum vobis patefaceret. Sed, si illum parui faciamus, & statim atque ipsum recepimus, ab ipso nos subducimus, ad alia, quæ viliora & abiectiora sunt, consecretanda; quid illi tunc faciendum restat, an nos, vi adhibita, trahere violenter debebit, vt videamus illum se nobis patefacere velle? Minimè gentium: neq; enim tā benignè eum habuerunt tūc, cum omnibus se hominibus vulgò patefaciebat, ac videndum dabat, aperteq; quis esset, declarabat: nam admodū paucos inuenire erat, qui ei credebant. Idcirco nimis quàm magnam Maieestas eius nobis omnibus misericordiam facit, quòd nos intelligere velit, ipsummet esse, qui in sanctissimo Altaris Sacramento adest. At apertè sese patefacere, magnaliaq; sua cōmunicare, suosq; thesauros passim omnibus impertiri non vult, at ijs dumtaxat, quos ardenti sui deliderio teneri cernit: Hi namq; veri & sinceri amici eius sunt. Qui enim talis erga illum amicus non erit, & vt talem ipsum recipere non studebit, postquā à parte sua iam fecerit quidquid in se est, me asserente certè estote, hunc nunquā importuniùs rogaturum, vt ipsi se aperiat ac patefaciat. Imò iam tum, cum domo sua egreditur, ad præcepto Ecclesiæ satisfaciendum, veller id iam à se adimpletum videre, vt totum illud tempus, quod huic adimpletionì impèdit, nimis quàm longum ei videatur, & Dominum quamprimum à se abigere & effugare conatur. adèd vt talis, per alia negotia, occupationes, & impedimenta huius mundi, quàm potest maximè festinare videatur, ad impediendum, ne Dominus domū suam occupet & incolat.

*Dominus se patefacit ipsum ardentibus desiderantibus.*

### C A P V T XXXV.

*EAMDEM MATERIAM CONCLVDIT, CVM QVADAM AD Deum Patrem exclamatione & alloquio.*

**P**Rolixiùs & diductiùs hæc sic declarare volui, esto, cū suprà de oratione recollectionis agerem iam ostendissem, quanti referret, nos sic cum Deo solo ad nos ipsas introuerti atque introgredi, cū id magnum quid sit, & à quo permultum dependeat.

*Cōmunionis spiritualis utilitas. Quomodo amor Dei profundè nobis imprimi possit.*

Cum ergo sacram cōmunionem vobis, ô carissimæ, adire non licebit, in sacro quod audietis, spiritualiter cōmunicare potestis (quod sanè cum primis vtile est) ac postea pari modo ad vos ipsas introuerti & introgredi. hac enim ratione Domini huius amor multum & profundè cordibus nostris imprimitur: quotiescumque enim nos ad ipsum recipiendum disponimus, semper aliquid nobis dat, id que diuersis & varijs modis, quos ipsæ nequiquam intelligimus. Sit vobis in exemplum ipse ignis; qui, tameris ingens & luculentus sit, si procul ab eo sedearis, & ma.

& manus ab eo remoueat, valdè difficulter calefieri poteritis, nihilominus quòd illic præfentes fitis, magis calefietis quàm si in loco essetis in quo nullus omnino ignis esset. Sed aliud longè est, si ad ipsum ignem accesserimus. Eodem planè modo hìc in anima fit: si enim ipsa disposita fit, (si, in quã frigiditatis sui deponendi voluntatem ac desiderium habeat) atque apud ignem aliquantisper sese detineat, ad multas horas calida manebit; imò vel vnica scintillula ab hoc igne profiliens illam igniet & inflammat. Tanti porro nostra, carissimæ, interest, vt nos huc disponamus, vt mirari minimè debeatis, quod toties huius rei vos commoneat. Videte ergo, ne, si fortè in principio res vobis ex voto non succedat, propterea animùm despondeatis: fieri enim potest, vt diabolus vos anxias & pusillanimes reddat; nouit enim, quantum inde sibi damnum accedat. Suggestet vobis, maiorem deuotionem in alijs rebus sitam esse, quàm in hac. Sed mihi credite, & piam hanc consuetudinem nolite negligere: hìc quippe Dominus periculum quodammodo faciet, quanto cum amore prosequamini. Memento te, paucas esse animas, quæ in laboribus ei adhæreant ac sequantur. Aliquid itaque eius causa & nomine patiamur; nam Maiestas illius id vobis abunde rependet. Cogitate præterea, quàm multi sint, qui non solum apud eum manere non sustinent, verùm etiam magna cum inhumanitate & inciuilitate eum à se fugant. Quare saltem aliquid nos pati oportet, vt is nimirum intelligat, magno nos eius videndi desiderio teneri. Et cum is omnia ferat, & laturus sit, vt vel vnã animã inueniat, quæ ipsum suscipiat, & amabiliter in se detineat; date operam vt vestra hæc sit. Si enim nulla talis inueniretur, meritò eum Pater cœlestis apud nos agere non sineret. Verùm erga illius amicos ita afficitur, & seruatorum eius tam benignus est Dominus, vt, benigni filij sui voluntate conspecta, in tam præclaro & excellenti opere, & in quo tam perfectè suum ipse amorem ptoedit, impedimento ei esse nolit.

*Diabolus  
recollektionē  
postcommunionē  
impedire satagit.*

*Pauci  
Dominum in  
pœnis sequuntur.*

Cum ergo, ô Pater sanctissime, qui es in cœlis, hoc ita velis, & ratum habeas (& sanè constat, non denegaturum te id, quod nobis ad eòd utile est) aliquis saltem sit oportet (vti principio dicebam) qui patrocinium filij tui suscipiat, pro eoque loquatur. Nos ergo, hæc sumus, carissime filia; esto non parua id futura sit audacia, cum sumus tales, quales sumus: confisamur nihilominus in id quòd Dominus nos petere iubet, & in nomine benignissimi Iesu, præceptis eius obediens, suppliciter Maiestatem eius deprecemur, vt, cum nihil eorum quæ fieri quidem oporteret, omiserit, tantam peccatoribus (vti hoc est) beneficium faciendo per benignitatem suam & pietatè saltem prouidere dignetur, ne tam indignis filius suus modis tractetur; cumq; diuinus & sanctissimus suus filius tam bonum modum

*suggest-*

*Oratio ad  
Deum Pa-  
trem, ut  
impediat  
irreueren-  
tias quæ in  
Ss Sacra-  
mentum ad-  
mittuntur.*

suggererit & instituerit (quod nimirum sapius illum in sacrificio offerre possimus) donet, vt tam præstans donum & oblatum sufficiens sit, ad impediendum ne tam ingens malum & indignitas longius progrediatur, quales in ciuitatibus illis, in quibus diuinissimum hoc Sacramentum antea erat, inter scelestos illos hæreticos admittuntur, in quibus tot templa euerfa, tot Sacerdotes necati, tot Sacramenta ablata sunt. Quid quæso hoc est, Domine Deus meus? aut mundi consummationem facito, aut vt tam horrendæ indignitates finem habeant, præsta; nullius enim hominis (etiam de nobis loquor, quæ improbæ sumus) cor eas ferre potest. Noli, obsecro, sanctissime Pater, diutius hoc tolerare, exstingue Domine, latè vagans incendium hoc; potes namque si modo volueris. Considera, filium tuum adhuc in mundo esse; ob illius proinde reuerentiam tam fœda, horrenda, & abominanda mala finem accipiant, nec non propter pulchritudinem & puritatem ipsius: neque enim is vllâ suâ culpâ in domo agere promeruit, in qua tam indigna committuntur. Nostrâ causa id facere noli, Domine (neque enim id promeremur) sed propter dilectissimum filium tuum: vt enim nobiscum esse desinat, orare te non audemus: cum à te ipse impetrarit, vt, quamdiu hodie durat, quamdiu, inquam, hæc mundi machina stabit, ipsum hic apud nos agere sineres: omnia enim creata alioquin exciderent & perirent; & quomodo tunc de nobis fieret? Nam si quid demum te placet & propitium reddat, illud est, quòd talem hic arham & pignus habeamus. Aliquod ergo remedium hic inueniendum est Domine: Maiestas igitur tua quoad hoc prospicere dignetur. Vtinam, Domine Deus, valdè importunè te rogare possem, nec non bene ibi seruijssem, vt in obsequiorum meorum compensationem tam magnum à te perere beneficium possem, cum nullum obsequium irremuneratum esse patiaris! Sed valde procul hinc absum Domine, nullumque tibi obsequium præstiti, at forsan illa sum, qua te ad iracundiâ prouocauit; adeo vt tanta malè meæ vnius peccatis sint ascribenda. Quid ergo aliud mihi faciendum restat, amantissime Creator, quam sanctissimum hunc panem tibi offerre; & licet hunc ipsum nobis ante dederis, eundem tibi reddere, nec non omni cum humilitate te, per carissimi filij tui mèrita, orare, hæc mihi vt gratiam facere digneris, cum tam multis id ipse modis promeruerit. Iam ergo, iam ergo, Domine, hos fluctus compeſce, ac præsta, ne Sancta hæc Ecclesia nauicula tantis tempestatibus perpetuo agitetur; & salua nos

Domine, quia perimus.



## CAPVT XXXVI.

VERBA HÆC, Dimitte nobis debita nostra, EXPONIT.

**B**enignissimus ergo Magister noster, omnia per cælestem hunc cibum, & facillimè nos adimplere posse quod Patri antè promissimus, videlicet, vt voluntas eius in nobis fiat; hinc iam ab eo petit, vt nostra nobis debita dimittat, cum ipsi alijs dimittamus; itaque in oratione sua progrediens, hæc verba profert: *Et dimitte nobis Domine, debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Notemus hîc, carissimæ, non dicere eum *sicut & nos dimittimus*: vt nimirum intelligamus, eum, qui tam amplum donum atque illud est, petit, qui que iam voluntatem suam in diuinam resignauit, iam tum omnia illa debere fecisse; idèoque addit, *Sicut & nos dimittimus.* Ad eò vt qui verè cordialiterq; hæc Domino verba, dixerit *fiat voluntas tua*, iam tum omnia fecisse debeat, sin minus, saltem firmum faciendi propositum habere. Vide igitur, quomodo sancti gauderent, si quando iniurias paterentur, vel persecutionibus exagitantur: sic namque aliquid quod Domino offerrent, habebant, dum aliquid ab eo petebant. Sed quid faciet tam misella creatura atque ego sum, quæ tam paucas ad alijs dimittendum occasiones habuit & tam multa quæ ipsi dimitti deberent? Quid: fierine posset Domine, aliquos esse qui mihi quoad hoc pares sint, & hocce punctû nondum intellexerint: si qui sint, tuo nomine illos rogo, huius vt rei meminert, & paruas quasdam reculas, quas iniurias aut contumelias vocant, pro nihilo reputent: videmur namque, ad instar puerorum, stramineas quasdam construere domunculas, dum hæc puncta honoris intuemur. Vtinam intelligeremus, carissimæ, quid honor sit, & in quo eius iacturam facere, situm sit. Non iam loquor nobiscum (nimis quàm magnû enim malum esset, si necdum id nos intellexissemus) sed mecum; de illo scilicet tempore, quo honorem magni faciebam, non tamen intelligebam: equid esset honos, sed communi populi opinione, velut impetu aquæ, abiperet. Ah, quam multa tunc vt contumeliam ducebam, quorum me nunc pudet! quamquam non erã de illarû numero, quæ ad hæcce puncta maximè reflectebant; at primario puncto non nitebar. neque enim curabam, aut sollicita eram de illo honore, qualiquod secum commodum fert; etenim hic est, qui animæ commodû adfert. Quã autem bene ille dixit, qui honorè & vilitatem simul stabulare posse negabat! esto nesciam, an ad hoc propositum id dixerit. Nihilominus ad litteram certû est, animæ cõmodum, & quod mundus honorem vocat, numquã pariter posse consistere. Mirum sanè est &, terribile, videre quàm mundus secus atque oportet, & auersus feratur. Benedictus sit Dominus, qui eo nos eduxit.

*Sancti in  
tribulationi-  
bus gau-  
debant.*

*Sugillantur  
qui punctû  
honoris cu-  
rants.*

*Quis honor  
cum modum  
auferat.*

*Contra monasteria quæ honorem curant.*

Det Maiestas eius, vt honos hæc è domo sic semper proscriptus maneat, vt iam eadem exulat. Liberet nos quippe Deus à monasterijs, in quibus de p̄actis honoris disceptatur: numquam enim in illis magnus honor attribuetur Deo.

*Punctū honoris situm in ascendendo, non descendendo.*

Sed considerate, sorores, dæmonem nos penitus non obliuisci; cum etiam in monasteria honores inuehat & ingerat, suasq; ibidem leges inducat, ad eò vt & Religiosi in dignitatibus & muniis honorificis, perinde ac mundani homines, & ascendat & descendant, atq; honorem suum re culis ad eò tenuibus & vilibus collocent, vt non parum ipsum mirer. Docti hic secundum scientiam sua procedere & sedere debent; nã isthoc ipsa nescio, vnde qui eò peruenit vt Theologiã semel docuerit, retrogredi ac descendere nõ debet, vt philosophiã doceat: q̄ est punctū honoris, in eo sitū, q̄ semper debeat ascendere, & numquã descendere. imò verò talis apud seipsum & iniuriam id & ignominiosum duceret, si Superior ipsi tale quid iniungeret: nec deesset etiã qui pro huiusmodi homine patrocinareretur, & diceret, turpe hoc ei & dedecus esse: ipse quoq; inimicus eò dæmon statim rationes proponit, quibus id etiã in Dei lege fundatū esse appareat. Sic & inter Moniales, ea quæ Priorissam & Præpositã semel egit, postea in idonea censetur ad aliquo inferiori & minori officio fungendum; intueno dumtaxat quòd professione senior ceteris sit; hoc enim minime obliuiscemur; imò verò subinde per hoc ipsum aliquid nos putamus promereri quod tale quid Ordo iubeat. Risu, aut multo potius fletu, res hæc digna est. Scio namque Ordinem non iubere, vt humilitatē nõ colamus: aliud verò illud iubet, vt bona pro portio & debitus ordo seruetur. Ego verò tã esse ordinata nõ debeo in ijs quæ ad estimationē & honorem meū spectant, vt tantã in hac Ordinis cõsuetudine, quã alijs eiusdē ritibus ac statutis seruandis, quæ fortasse valdè imperfectè obseruabo, sollicitudinē præferre debeam. Omnem nostram perfectionem collocare non oportet in eo quòd hac sola in re Ordini satisfaciamus; aliæ quoad hoc de me sollicitæ erunt, si fortè me mei hãc hoc cõtingat obliuisci. Hæc tamen rei veritas est, vt, cum cuncti ad ascendendum procliuēs simus (etsi per hoc iter in cælum ascendere nequeamus) deprimendo ac descendendo agere non oporteat.

An non tu Domine, nostrum prototypon, exemplar & magister es? es indubiè: in quo ergo tuus, ò venerande præceptor, honor situs erat? an non eum perdidisti, cum ad mortem vsque humilitatus es? non certè, Domine, sed eū omnibus nobis cõparasti. Per amorē ergo Dei vos rogo, carissimæ, vt mihi credatis; nimirum, hanc si viam ingrediamur, à recta via nos erraturas, cum iam inde à principio erratum sit. Et faxit Deus, nullã vt anima, per infeliciū horum punctorum honoris obseruationē,

non

non bene intelligendo quam in re honor situs sit, pereat. Ac postea etiam subinde magnum quid nos fecisse putabimus, si quam harum reculā, quæ nec molestia, nec contemptus, nec iniuria, imo nihil omnino erat, dimittamus: & quasi aliquid fecissemus, Dominum postea rogatū venimus, nobis vt dimittat, cum ipsæ debitoribus nostris dimiserimus. Tu ergo nobis præsta, Domine, vt intelligamus, nihil penitus nos in hoc intelligere, & vacuis ad te manibus venire; nihilominus tu nobis per tuam misericordiam dimittito.

Sed quanti hoc, quod inuicem diligamus, à Domino fiat oportet, cum benignissimus Iesus lōge alia Patri suo caelesti proponere potuerit, ac dicere, Dimitte nobis Domine, quia ingentes austeritates subimus, vel quia multum vocaliter oramus, ac sæpius ieiunamus; quia omnia propter nomen tuum abnegauimus, teque valde diligimus; quia vitam pro te exponere parati sumus; & alia plura, quæ (vti dico) dicere potuisset, non tamen dixit; sed tantummodo, Quia dimittamus, fortassis, quia no-uit, nos erga infelicem ac nefarium hunc honorem mirè affici, & nihil difficilius, quam huius contemptum à nobis obtineri; hinc illud dicit, & nostro nomine ipsi offert. Sed notare vos velim, carissimæ, eum dicere,

*Sicut & nos dimittimus*; quasi rem quæ iam antè facta sit, quemadmodum dixi. Ad hæc, diligenter aduertendum non esse, quod anima, si quando talia ei eueniunt, multum de oratione sua præsumat, nisi à perfectæ contemplationis oratione quam dixi, sic surgat, vt firmum quoddam propositum fecerit dimittendi, & data occasione, etiam re ipsa dimittat, non solū parua & minuta hæc quæ iniurias vulgò vocant, nulliusque momenti sunt, verum etiam quæcumque iniuriam, quæ tumuis ea magna sit. Anima namq; quam Deus opt. max. per tam sublimem orationem ad se attrahit, hisce rebus non mouetur; nec pluris facit, quod æstimetur, quam

quod contemnatur. non bene dico; cum pluris faciat quod contemnatur: honor quippe magis eam affligit & cruciat, quam de decus & contemptus, & magis mollis ac quieta vita, quam laboriosa & molestijs refertissima.

Mox enim ac Dominus suum ei regnū verè hîc dederit, hîc in terra nullum iam habere regnum cupit, & facile intelligit hanc veram esse ad altius regnandum, viam; & iam tum per experientiam didicit, quantum inde boni sibi proueniat, quantumque anima aliquid propter Dominum patiēdo promoueatur. Rarissimum namque est, Maiestatem eius aliquem huiusmodi delicijs perfundere, nisi eos solos qui quam libentissime magnas molestias & cruces illius causa & nomine pertulere. Nam quemadmodum alibi hocce in libro dicere memini, contemplatiuorum cruces & molestiæ permagnæ sunt: tales namque Dominus sibi quærit, fortes in quâ, & rerū experientissimos. Noueritis igitur oportet, carissimæ

*Quanti Dominus faciat quod inuicem diligamus.*

*Anima qua honorē curat, & omnes iniurias dimittere parata non est in sublimi oratione non fidat.*

*Qua vero à Deo ad sublimem orationem euectâ est, honorem parit curat.*

*Contemplatiuorum molestia.*

illos cum iã intellexerint, quid omnia sint, alicui rei quæ pertrãscat, nõ dũ in hærere. Et, esto forsitan magna aliqua iniuria aut difficultas primo motu ipsos non parum afficiat; tamen, vix dum eam bene sentire cœperũt, cũ esse ratio ex altera parte tam potenter exsurgit, vt ipsa per se & vltro vexillum extollere videatur; itaque fit, vt pœna quam sentiebant, penè suffocetur & opprimatur, idque per illam lætitiã, quam inde sentiunt quod datam sibi à Deo occasionem videant, ad plus gratiarum & continuotum fauorum à Maiestate eius vno die consequendum, quam fortasse toto decennio per pœnalitates, quas vltro & per se assumere vellent, lucrarentur. Hoc solenne valde & ordinarium est, prout quidem ipsa intelligo, nam cum plurimis contemplatiuis egi. Vt enim alij aurum & pretiosa monilia permagnificiunt, sic hi pœnalitates & cruces. iã tum quippe intellexerunt, fore vt per hæc durescant. Hi quam longissimè abũnt, vt ob aliquid, quodcumque demum sit, magnã quamdam de semetipsis opinionem concipiant: inò ne quidem grauã ferunt, quòd alij ipsorum peccata norint; & ipsimet ea quam libentissimè promulgant, cum à quopiam magni fieri se vident. Eodem quoque modo se habent cum de profapia & genere eorum sermo habetur: norunt quippe plusquam satis, nihil omnino sibi hinc in regno quod finè nescit, emolumenti accessurum; nec aliter ob nobilitatem suã gloriãntur, quã quando id, ad magis Deo seruiendum, opus esset. Sin minus, semper ipsis graue est, quod pluris fiant quam sint; & dant operam nemo vt in ipsis decipiatur, idque non solum sine vlla molestia, verum etiam cum gaudio & voluptate. Ratio autem rei huius esse debet, quod qui Deo dante, hæc humilitatem & magnam Dei dilectionem consecutus est, is suũ plus in rebus ad maius Dei seruitium spectantibus, ita iam oblitus sit, vt etiam credere non possit, alios per tale quid indignari aut moueri, ac ne quidẽ hoc iniuriam reputeat.

Hi, quos iam vltimo dixi, effectus sunt eorum hominum ac animarum, qui perfectioni iam propiores sunt, & quibus Dominus valde ordinariẽ gratiam præstat, vt eos ad se per perfectã contemplationẽ attrahat. At primum illud, videlicet pararum esse ad iniurias ferendas, & eas etiam re ipsa ferre, esto cum aliqua pœnositate, is qui hanc iam à Domino gratiam recepit, vt ad vnionem venerit, quam breuissimo tempore, meo iudicio obrinet. At si hos effectus non habeat, & in iisdem non satis confirmatus ab oratione surgat, credere sibi que persuadere potest, non fuisse id gratiam aut donum Dei, sed illusionem diaboli, vt sic nos ipsi maiore dignos honore existimemus. Fieri potest, vt in principio cũ has animæ cuiusdam gratias Dominus conferre incipit, hoc ipsa robur quam primum non habeat; sed, si modo Dominus in illis ei dandis pergat, illam quam

*Medium ad plus gratiarum vno die quam decennio toto consequendum.*

*Quando contemplatiui nobilitate sua gloriãntur.*

*Effectus vnde de parent, an gratia à Deo veniat.*

quam breuissimo tempore corroborandam censeo, & licet forte quoad alia; virtutes robur nõ haberet, nihilominus quoad iniuriarũ dimissionẽ id illam habituram. Credere enim non possum, vt anima, quæ ipsimet misericordiæ ad eũ sit vicina, vbi intelligit quid ipsa sit, & quàm sibi Deus multum dimiserit, non statim sine vllã difficultate, sed magna cum facilitate, iniurias in se admissas dimittat, & bene erga iniuriantem affecta non maneat, & cum vt amicum & beneuolum non habeat: habet namque consolationem & gratiam quam ei præstitit, præsentem ac præ oculis, in qua magni cuiusdam amoris signa vidit, & gaudet occasionem sibi iam dari, ad illi hunc in aliquo saltem ostendendum. Iterum dico, multos me nouisse, quos Dominus dignatus est ad res supernaturales extollere, hanc illis orationem vel contemplationem quæ dicta est, concedendo; quos licet adhuc alijs defectibus & imperfectionibus obnoxios deprehenderim, huic tamen (vt scilicet non remittant iniurias) obnoxium nullum reperi: nec credo vllum talem repertum iri, si modò gratiæ (sicut iam docui) à Deo sint. Vnde, quicumque hæc gratias maiori in gradu recipit, seipsum examinare debet & inquirere, quomodo & an hi affectus in sese crescant: nisi enim tale in se is augmentum deprehendat, maxime timere sat est; sibi quæ persuadere, iuaues illas tractationes & consolationem à Deo non venire, vtpote qui animam, ad quam venit, semper locupletat. Hoc porro certissimum est, scilicet, esto gratia aut spiritualis dulcedo citò pertransseat, ea tamen postea suo tempore è fructibus & lucro quod inde anima percipit, facillè colligi. Et quia benignissimus Iesus hoc optimè nouit, hinc magna cum resolutione ad Patrem suum cælestem ait, nos debitoribus nostris dimittere.

*Anima habens gratias supernaturales obnoxios esse potest imperfectionibus.*

*Esto gratia hæc transseat, postea tamen facillè percipitur.*

## CAPVT XXXVII.

ORATIONIS HVIVS DOMINICALIS DIGNITATEM EXPO-  
nit, nosque multis in ea modis consolationem reperturos

*ostendit.*

**R**es est, ob quam Dominum maxime laudare & celebrare oporteat, videre nimirum, quàm sublimis & singularis perfectionis hæc Euangelica oratio sit: nec immeritò, vtpote quæ à tam bono præceptore dictata & prælecta est: ideoque carissimæ, ad propositum quæque suum eam accommodare possumus. Miror sanè, dum video, quòd rã pauculis omnis contemplatio & perfectio verbis cõprehensa sit, ita vt nullis alijs libris, præterquam huic vni, studere debere videamur: nam etiam vsq; huc nos Dominus omnem orationis & sublimis cõtemplationis, quæ tenere possumus, modũ docuit, scilicet iã inde vsq; à primũ incipientibus ad vsq; orationẽ mentalem, & quietis & vnionis; vt, si modò ipsa ad id verbis declarandũ apta forem, ingens conscribi de oratione tractatus super

*Omnis contemplatio & perfectio in oratione Dominica continetur.*

tam verum ac solidum fundamentum, possit. Iam porro Dominus declarare nobis incipit effectus, quos in anima, si quando id illius dona sunt (vti iam ante vidistis) relinquit. Cogitavi ipsa subinde mecum, cur Maieestas illius in tam sublimibus & obscuris rebus clarius non sit locuta, vt omnes quotquot sumus, eas possimus intelligere: visum verò mihi est, cum hæc oratio omnibus hominibus communis & generalis esse deberet, vt nimirum vnusquisque iuxta suam necessitatem & commoditatem petere, & consolationem inde accipere possit, ratus eam se in bono & commodo sensu intelligere, ipsum eam idcirco sic in confuso & imperfecte declarasse, vt & contemplatiui qui iam nihil terrenum cupiunt, & alij qui iam multum Deo dediti sunt, ea cælestia dona & gratias peterent, quæ per summam Dei clementiam, hic in terra dari possunt; illi vero qui adhuc in terra degunt (quos æquum est iuxta statum suum & vocationem viuere) suum etiam panem petant, cum domum suam & familiam sustentare debeant; quod & rationi consentaneum est & sanctum; & sic alia omnia, prout iis opus habent.

Sed notent oportet, hæc duo, nimirum voluntatem nostram illi tradere, & offensas dimittere, omnibus hominibus commune esse. Quàmquam fatendum est, in hoc ipso plus & minus (vti dictum est) inueniri. Perfecti quippe voluntatem suam dabunt vt perfecti, & ea qua dictum est perfectione etiam dimittent: nos vero, carissima, faciemus quod possumus; Dominus quippe admittit omnia. Videtur namque filius velut pactum quoddam nomine nostro, cum Patre suo cælesti inire, tamquàm si diceret. Domine fac tu hoc, & fratres mei aliud illud facient. Ceterum certi sumus, ipsum à parte sua non defuturum: quam enim bonus solutor est, & soluit sine mensura! Imò fieri posset, nos hanc orationem semel sic recitare, vt, ipse videns nullam in nobis duplicitatem amplius restare, sed facturos nos ea quæ ore dicimus, planè nos diuites relinqueret. Mire ei placet, quod sincerè & verè cum eo agamus, magna cum rotunditate & claritate cum ipso tractando, vt non scilicet vnum dicamus, alterum reticeamus ac celemus: itaq; semper plura dat quam ab ipso peramus. Hoc ergo benignus noster præceptor perspectum habens, atque eos qui verè ad ipsam in orando perfectionem ascenderent, per gratias quas Pater cælestis iis impertiretur, in tam alto gradu mæsuros, nec non intelligens, eos qui iam perfecti sunt, vel ad perfectionem tédunt, (qui nihil omnino timeant, nec timere debent) mundum vt dicitur, sub pedibus habere dummodo ipsius mundi Dominum amicum habeant, quemadmodum ex ijs quos in animabus ipsorum operatur effectibus, firmiter sperare possunt, tum ex eo quod ipsi à suauibus illis gustibus inebriati, ne semel quidem recordari vellent alium esse mundū, aut aliquè se habere, qui ipsis aduer-

*Quem capere fructū ex vna orationis Dominicæ recitatione possumus.*

*Placet Domino quod cum ipso sincere agamus.*

setur

ferur (O æternam sapientiam, ô insignem instructorem! Ah, quàm magnū quid est, carissimæ, bonus ac sapiens præceptor, qui nimirum timeat, periculaq; præuertat! hoc est omne bonū, quod anima spiritualis hic in terra optare potest; magna quippe inde ei nascitur securitas; equidem nullis declarare verbis possem, quantum in hac re situm sit.) videns inquam Dominus opus esse, vt huiusmodi homines excitarentur & admonerentur, habere se inimicos & aduersarios; quantoq; ipsis quàm alijs periculosius sit, quòd negligenter & sine vlla sollicitudine aut reflexione procedant; ac maiore ipsos Patris æterni auxilio ac subsidio opus habere (quòd sublimius ruerent) vtque non deciperentur, nec seipos, nec res suas intelligendo, hinc duas has petitiones, quæ omnibus hominibus ad eò necessariae sunt, quamdiu in hoc exilio viuimus, petit, scilicet, *Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo.*

## CAPVT XXXVIII.

OSTENDITVR, QUAM STUDIOSE ET SERIO PATREM  
*caelestem rogare nos oporteat, nobis vt concedere dignetur id quod hisce verbis: Et  
 ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, petimus.*

*Declarantur hic præterea tentationes nonnullæ. Est autem  
 caput hoc cum primis vile.*

Magna quædam hinc nobis & cogitanda, & intelligenda sunt; cum hoc in oratione nostra postulemus. Vt certissimum teneo, carissimæ, eos qui ad perfectionem perueniunt, à Domino non petere, vt à molestijs, tentationibus ac certaminibus eos liberet & eripiat. Est hoc alius effectus, necnon certissimum maximumque signum, id esse spiritum Dei, non autem illusionem sub contemplationis, aliarumque gratiarum, quas Maiestas ipsius iis confert, velamine latentem: quia, quemadmodum antè paulò dixi, molestias & cruces potius desiderant, ambiunt & libentissimè complectuntur. In quo milites generosos imitantur, tum maximè lætos & plaudentes, cum varia bella incumbunt, quòd plura tunc emolumenta ad se sperent accessura: si enim nulla sint, suo victitant & merentur stipendio, sed ex eo non multum se rem facere posse vident. Mihi credite carissimæ sorores, milites Christi, eos inquam qui ad contemplationem iam peruenere, summis ad conflictus & certaminis horam votis anhelare. inimicos apertos & quos vident, numquam multum hi formidant; quòd eos iam norint, & ob robur sibi à DOMINO inditum ac communicatum, neutiquam sibi posse præualere, & velut enerues esse sciant,

sciant, semper verò victos succumbere, se autem numquam non de ipsis victoriam, & opima velut spolia referre, nunquã verò ter- gum illis obuertere. Inimici verò, quos formidant, & semper, non sine ratione, formidare debent, & à quibus Dominum rogant vt ipsos liberet, sunt inimici proditorij, dæmones inquam quidam, qui se in Angelum lucis transfigurant, & velut personati & arma mentientes in aciem descendunt; nec antè se cognoscendos dant, quàm ingentia damna & strages animæ intulerint; interim nostrum ipsi exsugunt sanguinem, & robur, omnesque eripiunt virtutes; itaque nescientes tentationibus inuolui- mur & intricamur: Ab his, carissimæ, sæpè Dominum in oratione Do- minica rogabimus, & suppliciter petemus, vt nos liberare dignetur, nosque in tentatione induci minimè patiatur; ne nos in errorem in- ducant, in eoque detineant, sed venenum & virulentiam ipsorum dete- gat, denique ne lumen illi nobis abscondant & auferant. Quàm ergo verè, quantaque cum ratione bonus noster præceptor hoc nos petere docet, & ipse etiam pro nobis petit!

Noueritis ergo, carissimæ, multis varijsque modis illos nobis dam- num creare; neue id solù putetis eos creare, quòd subinde nobis persua- deant, gustus & cõsolationes spirituales, quas falsò in nobis fingere pos- sunt, à Deo provenire. Hoc mihi eorum, quæ inferre nobis possunt, dan- norum ex parte minimum videtur; etenim fieri possent, vt ijs, quas hac tentatione adoriuntur, stimulum ad celerius in via Domini progredien- dum subderent; cum dulcedine & consolatione spiritus illecti & ines- cari, diutiùs in oratione subsistant; & quoniam id à dæmone provenire nesciunt, seque huiusmodi consolationibus ac gustibus indignos sen- tiunt, hinc gratiis à Deo agendis numquam cessabunt, ad eique seruien- dum magis obligati erunt, seque disponere studebunt, quòd plures ipsis Dominus gratias conferat, existimantes has à sola ipsius manu proe- nire. Date ergo semper operam carissimæ, vt humilitatem habeatis, vos- que hisce gratiis indignas reputate, neue ad eas habendas vllatenus per vos connitamini. Hoc si fiat, certissimò mihi persuadeo, dæmonem hac ratione multas animas amittere, adeoque ad interitum & perditionem eas, vt quidem putat, non pertrahere, Dominumque nobis bonum ad- ferre & elicere è malo quod ille nobis inferre conatur. Maiestas quippe illius intentionem nostram respicit, quæ est, ei placere & seruire, cum il- lo per orationem identidem colloquedo. Dominus porro fidelis & sin- cerus est. Bonum interim est aduigilare, & cautè procedere, ne quod ille damnum humiliati per vanam gloriam creet, Dominum instantè ac suppliciter rogando, vt ab ea vos liberet. Nolite putare, carissimæ, per- missurum Dominum vt ab alio quopiam præterquam ab ipso permultù

*Dæmones  
in angelos  
lucis se trans-  
figurantes,  
sunt mendaci-  
andi.*

*Dæmon de  
cipere vo-  
lens, non ra-  
tione decipitur.*

consolatione perfundamini.



In quo verò nobis dæmon permultum nocere, non tamen percipi possit, est, dum nobis persuadet & credere facit, nos virtutes aliquas habere, quas tamen minimè habemus: quod noxia quædam pestis est. Dum enim gustus & suauitates quasdam spirituales sentimus, non nisi accipere, nihil verò à parte nostra dare videmur; ac proinde magis nos ad illi seruiendum obligari: at hîc videmur dare, & seruire, Dominumq; ad nobis mercedem persoluendam quodammodo teneri, itaque paulatim magnum nobis cacodæmon damnatum creat. Ex vna enim parte humilitatem eneruat & elidit, ex altera verò hanc ipsi acquirere virtutem negligimus, existimantes hanc iam nos habere & comparasse. Et, prò dolor, dum minimè sentimus, existimantes nos securè & tutè incedere, præcipites in foueam ruimus, è qua nullatenus egredi valemus: nam esto non semper notorium peccatum mortale hîc subsit, quod ad infernum nos conducat; ita tamen id nos elumbat & eneruat, vt in via de qua agere cæpi, & cuius oblita non sum, progredi vltèriùs nequeamus. Dico ergo, hocce tentationum genus perquam periculosum esse, quod mihi per longam experientiam notissimum est, itaque fiet, vt bene ipsum vobis declarare valeam, esto non tam bene & enucleatè, ac quidem vellem. Ecquod ergo malo huic adhibendum remedium, carissimæ? Nul- lum, mea sententia, melius eo quod nobis Magister noster tradit, oratione inquam, atque vt Patrem æternum rogemus, vt nos in tentationem incidere, & ab ea superari non permittat.

Præter hoc volo vobis & aliud suggerere, vt nimirum, si nobis videatur, quòd Dominus iam aliquam nobis virtutem dederit, agnoscamus esse quid gratis datum & donum, atque ideo ipsum id rursus nobis auferre posse, vti reuera non rarò contingit, idq; non sine magna Dei prouidentia. Numquam id in vobis ipsis, carissimæ, notastis? Equidem id in me sæpenumerò deprehendi: interdum quippe videor mihi penitus ab omni re creata diuisa & abstracta, & reuera sum, cum re ipsa id probandum est; interdum verò ita me affectum meum affigere comperio, etiam ijs reb<sup>9</sup> quas fortassis pridie ipsa irrisissem, vt me ipsam vix intelligã. Aliàs magno mihi videor esse animo, nihil vt quod ad Dei obsequiũ quoquo modo spectet, quoquo modo subterfugiturã me credã, cumq; id opere etiã ostendendum est, ad aliquas res talè animum habeo. alia verò die ita me dispositam sentio, vt ne ad formicam quidè pro Deo necandam, si quidè aliquam in eo repugnantiam sentiam, animũ habeã. Sic interdũ nihil penitus curatura mihi videor, quodcumq; demũ quis de me aut diceret, aut cõquereretur; & ita id esse, subinde mecum experia sum, imò verò mihi id quàm gratissimũ accidere, at interdũ dies veniũt, quibus me vel vnicum verbũ affligit & cruciat, & mundo hoc emigrare vellè, quòd

*Pestis est putare nos habere virtutes quas non habemus.*

*Oratio optimã contra tentationes remedium.*

*Agnosceres à Deo virtutè accepisse, remediũ est contra tentationem. Deus subinde repetit virtutes quas dedit. Magna mutatio interdum in S. M.*

omnia mihi grauia esse videantur & p̄nosa. Neque verò mihi soli hoc contingit; nã id ipsum & in multis alijs me multò melioribus aduerit; & ita se rem habere mihi compertum est. Quamobrem si hæc ita se habeant, quis de se ipso dicat, virtutẽ se habere, aut locupletẽ esse, cùm eo ipso tẽpore, quo virtute maximè opus habet, ea se denudatum & carere compariat? Non sic, sorores, non sic; sed semper cogitemus nos inopes & indigentes esse, nec vllum debitum contrahamus, si media nobis ad ipsum dissoluendum non suppetant; aliunde enim thesaurus nobis adueniat necesse est; adhæc nescimus, quando nos Dominus in miseria nostræ carere gemere passurus sit, nihil penitus nobis cõtribuẽdo. Si verò nos ipse & alii nos vt bonas existimant, dum ipse nobis gratiam & honorẽ præstat (quod nihil est aliud, quàm bonum mutuo sumptum, vt dixi) tam illi, quàm nos, decipiemur & risu digni erimus. Quamquam certum & fatendum est, Dominum tandem nobis in necessitate nostræ auxiliari, cum illi cum humilitate seruimus; at si hanc virtutem verè non habeatis, ad singulos passus (vti dicitur) Dominus vos deferet; quod sanè vna de maximis est quas nobis conferre potest gratijs, nimirum vt sic virtutem illam magni faciatis, itaque in rei veritate intelligatis, nihil omnino nos à parte nostra habere quod non à liberali eius manu recipiamus.

*Nemo dicere potest se virtutẽ aliquã habere.*

*Quãdo Domino cū his militate seruimus, nos inuas, alioquin sæpe nos deserit.*

*Tentatio qua virtutẽ aliquã nos habere putamus.*

*Soli actus voluntatis non sufficiunt, nisi ad sit experientia ipsa.*

*Deus laudandus cū sæpe aduersa subiimus, quod paciẽtiã nobis dederit.*

*Tentatio quoad paupertatem.*

Iam verò & aliud documentum notate. Dæmon videlicet nobis persuadere studet, quãdam nos virtutem habere, verbi gratia patientiam, eò quòd firmiter statuamus, & frequentes etiam actus eliciamus ad multa aduersa pro Dei nomine subeunda; & putamus etiã nos ea reuerã perferre posse, itaque summopere in eo letamur; nam & diabolus à parte sua efflictim connititur & cooperatur, vtq; ita esse nobis persuadeamus, efficit. Huiusmodi virtutes parui vt faciatis, vos moneo, imò ne cogitare quidem oportet eas nos nosse, nisi fortasse nominatenus, aut Dominum eas nobis contulisse, nisi illarum iam experimentum in nobis viderimus. fieri enim poterit, vt vno verbo, quod tibi displiceat, audito, paciẽtia tua corruat & euanescat. At, cùm iam sæpè aduersi quid sustulistis, Deum laudate, quòd hanc vos virtutem docere incipiat; vosque ad patientiam & sustinendum corroborate; signum quippe id est, eum velle vt hæc ratione hanc ei virtutem soluatis, cum ipse hanc vobis det, eamque non nisi velut mutuo datam (sicuti antè dictum est) reputate.

Profert diabolus & aliam tentationem, mentique vestræ obijcit, esse vos pauperes, & ex parte ratione niritur: aut enim ore paupertatem vouistis, vt Religiosus omnis facit; aut corde pauperes esse vultis, vt id volunt omnes qui orationem colunt. Ergo vel paupertate Deo per votum promissa, vel eo qui cogitat dicente, Sum pauper, ac nihil omnino habere cupio, illud verò habeo quòd eo carere nequeam; etenim me vi-

vere necessum est si modò Deo seruire velim; & ipse nos corporum nostrorū rationem habere vult; (nec non alia sexcenta id genus, quæ caco-dæmon, velut Angelus lucis, hic nobis suggerit; omnia quippe bona & rationi conformia videtur) ipsum inducit, vt credat se iam pauperē esse, & hanc virtutem habere, nihilq; amplius sibi faciendum superesse. Porro ad ipsam rei probationem veniamus; non aliter enim hoc cognosci poterit, quàm si identidem & semper ad manus & opera eiusdem reflexio habeatur: si enim nimio opere de rebus temporalibus sollicitus sit, statim id signo aliquo exteriori proder; vel enim nimium habebit sensum (habito inquam ad statum ipsius & necessarium usum respectu, non autem vt, si vnus famulus ei sufficiat, tres ponē se habeat) vel lis ei ob bona aliqua temporalia intentatur, aut colonus vel villicus pauperculus debitum ei censum non soluunt; & ecce ita hoc ipsum inquietat & vexat, quasi, si illa pecunia carere debeat, viuere nequeat. Dicet, qui huiusmodi est, idcirco se id facere, ne suā negligentia bonum illud aut census pereat: statim namque nobis aliqua ad excusandum ratio occurrit. Nō dico sua illum negligere debere, imò curare & fatagere; & hoc si bene succedat, bene habet; sin malè, etiā bene habet.

*Excusatio  
nos quas  
dabolus cō-  
tra pauper-  
tatem ad-  
fert.*

Qui enim verè pauper est, tā parū res hasce tēporales curat, vt, etsi eas ob aliquas legitimas rationes procurer, nullam tamen hæ ei inquietudinem adferant: etenim numquam aliquid sibi credit defuturum; & , si quid deesse fortè contingat, non multum idcirco commouetur. hasce enim res, vt accessorias reputat, non vt principales. Quod enim sublimiùs cogitationes suas locatit, non nisi violentè aliis illis rebus se & animum applicat.

*Vnde colla-  
gatur an  
quis verè  
sit pauper.*

*Quis vero  
sit pauper.*

Religiosus porro ac Religiosa, qui haud dubiè iam verè pauper est, aut talis saltem esse debet, nihil omnino possidet; quia interdum nihil habet quod possideat: si quis tamen quid eider, mirum sanè erit, si sibi id superfuturum credat: etenim semper aliquid quod reseruare possit, habere gaudet, & , si è panno subtiliore habere vestem possit, eam è secundario non petet: adhæc libenter reculam aliquam habet, quam suo tempore vel oppigneret vel diuendat, tametsi forent libri. Si enim aliqua eum occupet infirmitas aut morbus, lautioribus solito cibus opus habet. Væ mihi miseræ peccatrici! hoc cine est quod promisti, tui ipsius scilicet obliuisci, & totam te in Dei manus resignare, veniat quodcumq; demum venire potest? Si enim de in futurum tibi prospiciendo sollicita sis, minor è tibi indubie distractio- nem & turbelam ipsa censuum stabilium possessio afferret. Tametsi autè hoc sine vlllo peccato fieri possit, bonum nihilominus est, has imperfe- ctiones nos intelligere, vt scilicet ad oculum videamus, multa adhuc nobis ad hancce virtutem habendam deesse, denique studiosè rogemus

*Perstringit  
tur Religiosus  
quinò bene  
seruat pass-  
peritatem.*

*Tentatio  
circa humi-  
litate[m].*

hanc vt nobis dare dignetur, simulque eam nobis acquirere studeamus, alioqui, si illam habere arbitremur, simul & negligentes sumus, & (quod longè deterius) decepti.

*Ex consue-  
tudine dicēs  
senibil vel-  
le, ita reu-  
erā id esse pu-  
tat.*

Sic & in humilitate nobis vsu venit: honorem namque minimè quærere, & parum curare, vos putamus; sed, occurrente occasione, qua honor noſter vel in minimo imminui videbitur, statim ex ijs quæ ipse vel senties vel facies, videre & colligere erit, minimè te humilem esse. si quid enim occurrat, quod in maiorem honorem tuum cedat, neutiquam id reiciēs; vt nec pauperes illi, de quibus antè mox locuta sum, id quod maioris iſtis commodi occasio est. faxit Deus, ne etiam ipsimet id procurent. Enimvero ita iam assueti sunt dicere, quod nihil omnino quærant, & de re nulla laborent (quemadmodum à parte rei & de facto sibi persuadent) vt etiam ipsa id dicendi consuetudo, magis id eos credere faciat. Multum verò hac conducit, hominem quo hanc tentationem bene intelligat, tam quoad ea qua dixi, quàm quoad alia permulta, semper aduigilare, & sollicitum incedere. Nam si vel vnam solam ex ijs, quas diximus, virtutibus Dominus alicui reuera & prout oportet, confert, reliquas omnes secum hæc ferre & adducere videtur. Estque hoc nimis quam notorium & exploratum. Verùm rursus vobis suadeo, vt, tamenſi eam vos habere arbitremini, nihilominus timeatis ne decipiantini: etenim verus humilis in propriis virtutibus semper dubius & meticulosus est, vt plurimum verò certiores ei maiorisque pretij ac valoris videntur illæ quas in proximo suo notat.

### C A P V T XXXIX.

*EAMDEM PROSEQVITVR MATERIAM, VARIASQVE CON-  
tra tentationes nonnullas variè aduenientes remedia præscribit; duo verò remedia assi-  
gnat, per qua quis ab ijsdem liberari queat. Caput hoc notatu dignissimum est,  
tum pro ijs qui per falsas humilitates tentantur, tum pro  
Confessarijs.*

*Falsam hu-  
militatem  
suggerit di-  
abolus ra-  
tione graui-  
tatis pecca-  
torum.  
Diabolus  
bonum com-  
munionis  
quomodo  
impedias.*

**D**Einde cauere vos velim, carissimæ, à quibusdam humilitatibus quas dæmon magna cum mentis inquietudine suggerit, idque occasione grauitatis peccatorum quæ alias commisimus; per hanc namque viam ita nonnullos diuersimode angustiat & premit, vt eos & à sacra communione adeunda, & particulari oratione instituenda alienet & auocet, persuadens ijs, illa si indignos esse: cumque iam sacra communione suamenda est, omne tempus, quo gratias Deise cipere deberent, in ea sola cogitatione traducunt, num scilicet bene se & vt oportet ad eam præpararint, nec ne. Imò eò rem tandem deducit, animam vt credere faciat,

*se, eò,*

te, eò, quod talis sit, in tantum à Deo derelictam esse, vt de illius misericordia iam quasi dubitare incipiat. In omnibus ergo quæ agit, subesse periculum existimat, & frustra esse, quidquid ad Deo seruendum præstat, quantumlibet quod agit, bonū ac meritorium sit. Vnde ita pusillanimis & diffidens redditur, vt nullum ad aliquid boni agendum, animum habeat; quod enim in alijs bonum est, in se putat esse malum. Diligenter, diligenter inquam, doctrinam illam notari à vobis velim, carissimæ, quam traditura sum: interdum namque humilitas ac virtus esse poterit, nos ita viles & indignas reputare; alias verò maxima & grauissima tētatio: quam propterea optimè noui, quòd in me ipsa eam sim experta.

Humilitas namque, quantumlibet magna sit; non inquietat, nullum tumultum ac perturbationem in anima causat, sed accedit cum pace, suauiter & quietè. Et si verò quis, eò quòd se ita nequam esse videat, clarissimè intelligat, infernalìa tormenta se pro meritum esse, ideoque se ipse affligat & cruciet, atque oēs se meritò abhorreere & detestari debere putet, imò verò veniã & indulgentiam vix petere audeat; si quidem hæc vera humilitas sit, hæc pœnitentia talem suauitatem & voluptatem secum adfert, nullatenus vt ea carere nollemus. etenim animam non conturbat, nec angustiat; at potius dilatat, idoneamque facit ad Deo magis seruendum. Alia autem illa pœna & angustia totum turbate inquietat, animamque quanta quanta est, angustiat, magnamque amaritudinem secum trahit. Credo equidè, dæmonè hoc vnum spectare, vt ipsi nobis persuadeamus, habere nos humilitatem, & videre num sic interim nos ad Deum misericordia desperandum, perducere possit.

Cum ergo vos ipsas sic constitutas sentietis, hanc de propria vilitate & indignitate cogitationem quanto cyùs quam potestis maximè à vobis reiciite; & econtra de summa Dei misericordia, & quantum nos ipse diligit, quantaque nostri causa passus sit, recogitate. Et, si quidem tentatio est, ne hoc quidem facere poteritis; diabolus enim non sinet cogitationem quiescere, nec alicui rei firmiter affixam hæreere, nisi ad vos amplius torquendas & affligendas; cum etiam nimis quam satis erit, intelligere vos hoc tentationem esse.

Eodem quoque modo se res habet in indiscretis austeritatibus, vt nimirum nos credere faciat, plures & acriores nos subire quam alias; & aliquid saltem hoc in genere te præstare. Si ergo te ipsum aut confessarium aut prælatum celare satagas, & illis suadentibus illas vt omittas, nec vsurpes, minimè obediās, certissima coniectura est, esse tentationem. Operam ergo da, vt ipsis, quantumcumque id tibi molestum & graue sit, morem geras: in hoc namque maxima perfectio sita est.

*Diffidentia nimia noxia est.*

*Seipsum miserum reputare interdum humilitas est, interdum tentatio.*

*Humilitatis vera nota.*

*Vera humilitatis pœna suavis est.*

*Falsa humilitatis effectus.*

*Remedium contra tentationem quoad falsam humilitatem.*

*Signa tentationis circa penitentiam indiscretam.*

Producit, præter has, & aliam satis noxiam & periculosam tentationem, quamdam scilicet securitatem, per quam nullo nos pacto ad præterita peccata & culpas, mundique huius delicias, amplius reuersuros putemus. Diceris quippe, vos mundum iam intus & in cute quodammodo perspexisse, & scire quidquid illius est, quantocyus pertransire, ea autem quæ Dei sunt, maiore vos voluptate perfundere. Tentatio hæc, si primum incipientibus adueniat, perquam noxia est, hac namq; securitate quam de seipsis conceperunt, denuo se in peccandi occasiones conuicere non verentur, itaque contigit vt rursus coruant. & faxit Deus, vt relapsus prioribus lapsibus non sit deterior. Videns namq; diabolus, hanc animam esse, quæ libi permultum adferre damni, alios verò insigniter iuuare possit, omnimodis impedire satagit, ne denuo in pedes exurgat. Quamobrem esto quam maximè singulares vobis Dominus consolationes, & amoris sui pignora daret, numquam ita securæ eritis, vt timere vobis desinatis; sed semper fieri posse credite vt labamini: ac proinde occasiones quàm potestis maximè, declinate. Hinc operam dabit, vt hæc gratias & consolationes semper patefaciatis, communicetis ei, qui vobis quoad illas lumen dare queat, nihil vt cum celetis; & videte vt in orationis principio ac fine, quantumlibet sublimis & alta contemplatio sit, semper in vestri ipsarum cognitione desinatis; & si quidem à Deo illa sit, esto etiam nolitis, & hoc monitum non habeatis, adhuc sapiens ipsum facietis: nam humilitatem id secum adfert, semperq; animam magis illuminatam relinquit, vt nimirum intelligamus quàm parum ac nihil nos homines simus. Pluribus hæc de re agere nolo; multos enim extare scio libros, in quibus huiusmodi documenta traduntur. Quod dixi, eò dixi, quòd re ipsa id experta sum, & interdum in angustijs constituta fui; & quidquid demum dici potest, plenam & perfectam nobis securitatem adferre nequit.

Quid ergo nobis faciendum restat, ô Pater æterne, quàm ad te confugere, tibiq; supplicare, ne hi nostri inimici in tentationem nos inducât? Publica & aperta certamina nos imperant: tuâ enim gratiâ iuuante melius illa euitabimus: sed tectas hæc proditioes, & subdola hostium molimina, quis intelligat? semper, te ô Deus meus, rogare debemus, nobis vt remedia suggeras; aliquid ergo nobis suggere, vt sic ipsæ nos intelligamus, & securæ simus. Iam tum nosti, Domine, non multos per vitam hanc incedere; & si tanto cum timore eos incedere oporteat, adhuc pauciores per illam ibunt. Est autem illud mirabile & nouum; quasi si diabolus non tentaret eos, qui viam orationis minimè insistant; & homines magis obstupescere, si quando aliquem qui perfectioni iam propior sit, ab eo decipi contingit, centum quam aliorum millia, quos in

*Oratio f. niēda & in cipiēda in suis ipsius cognitione.*

*Fauci per viam orationis & cōtēplationis incedunt.*

maxi.

maximis erroribus & publicis peccatis hæere vident, inter quos necesse non est inquirere num quis bonus aut malus sit; hoc namq; iã inde à mille lencis facile auditur. Sed, vt verum fatear, meritò id faciunt: nam tam paucos dæmon decipit illorum, qui Dominicalem eo quo diximus modo recitant, vt, velut nouum, insolitum, & inusitatum quid, admirationem moueat; cum hominibus proprium sit, facile prætereire nec reflectere ad ea quæ assiduè vident; quod verò rarum est, & vix aliquando contingit, maximopere mirari. Imò ipsimet diaboli hanc in illis admirationè adaugent, quod in bonũ illorũ id cedat, cū propter vnũ qui ad perfectionẽ tendit, perire faciant multos. Iam verò id mirandũ esse dico, vt, illos id mirari, non mirer: nisi enim ipsoꝝ culpã aliter fiat, tanto securiùs incedunt iis qui aliã viã insistant, quanto in tauroꝝ agitatione maiori insecurityte sunt qui illos aliquo è theatro agitari vident, quã qui in terra agentes in illorũ cornua sponte incurrũt. Hanc ego ex aliis cõparationem audiui, q̃ mihi satis ad propositũ meũ facere videtur. Nolite igitur timere, carissimæ, per hæc orationis vias, quæ permultæ sunt, incedere; inter quas hæc quidem vni, illa alteri prodest. Ceterũ via ipsa per se, segura est. Citius porro & facilius haud dubiè à tentationibus liberabimini, cum Domino vicinæ & propiores estis, quàm dum ab eo distabitis. Hoc ergo illum rogate, hoc ab eo exposcite, sicut toties quotidie id in oratione Dominica ab ipso petitis.

## CAPVT XL.

OSTENDIT, SI CVM AMORE ET TIMORE SEMPER IN-  
cedere procuremus, inter tam multas tentationes indem-  
nes nos futuros.

*Remedium  
in periculis  
est amor.*

**B**ONVS ergo Magister noster aliquod nobis, ad in tam periculosi certaminis & belli medio, magna cum securitate agendum, remedium suggerit. Quod ergo habere possumus, & Maiestas illius nobis suggestit, carissimæ, est amor & timor: amor quippe, ad instar calcaris, celeriter progredi nos faciet, timor verò reflectere nos coget, vbinam vestigiũ figamus, necubi in via tam salebrosa, scruposa & in qua tot cespitandi sunt occasiones, per quam tamen omnes quotquot sumus ambulare debemus, cadamus, & hoc si fecerimus, securæ & certæ esse possumus, minime nos deceptum iri. Petetis à me forsitan, quonam è signo collecturæ sitis, vos insignes hæc virtutes habere? & meritò id petetis: etenim ad hoc euidenter demonstrandum, certi & indubitati nihil haberi potest: si enim certa essemus, amorem Dei nos habere, certæ etiam essemus & sciremus, nos in Dei gratia esse. Sed noueritis, carissimæ, aliqua signa ad eò patentia & clara esse, vt vel cæci ea videre posse videantur; non sunt

sunt enim abscondita, & licet ea audire nolitis, vltro per se ipsa in clamant & magnum strepitum cient: nam admodum paucos reperire est, qui illa in debita perfectione habent, vnde etiam magis sese patefaciunt, perinde ac qui nihil loquuntur.

*Deumamã.  
sui propria.*

Amor ac timor Dei, duo valida propugnacula sunt, è quibus tum mundo, tum cacodæmonibus acre certamen mouetur. Qui enim Deum verè & sincere diligunt, omne quod bonum est amant, quærunt, ambiunt, promouent, laudant; bonis quoque semper se iungunt, fauent, & auxiliantur: adhæc aliud non amant, quàm veritates & ea quæ amorem merentur. Fierine posse putatis, vt qui Deum valdè sincerè & verè diligunt, vanitates, diuitias, aut vllas sæculi huius res, voluptates, honores possint diligere? Minimè gentium, nullas quoque hi habent cum proximo contentiones, nullis inuident; idque dumtaxat, quod aliud non quærant, quam quomodo dilecto suo placeant; adhæc præ amore languent & emoriuntur, quo ab ipso amentur; itaque vitam quodammodo destruunt, inquirendo quam potissimum re magis illi placere queant. Fieri enim non potest, vt amor Dei dummodo verus sit, diu multumque absconditus maneat. Si dubitetis, intuemini SS. Paulum & Mariam Magdalenam; ille enim, vix triduum effluserat, cum ostendere cepit se amore languere; hæc autem, iam inde à primo die. Et quàm bene istud videre fuit! Habet namque hoc amore Dei, vt in eo & magis & minus inueniatur: & prout illius est magnitudo ac vehementia, sic se ipse prodit & exerit; parum, si quidem exiguus sit; multum, si ingens: at siue parum, siue multum, dummodo amor sit Dei, semper id satis patefcit.

*Amor S.  
Pauli &  
Mariae Ma-  
gdalena sta-  
tim se ex-  
vult.*

Sed quantum ad contemplatiuos, de quibus in præsens tractamus (de fraudibus, inquam, & illusionibus, quas diabolus numquam non illis obijcit) in illis non quidem exiguus, sed semper magnus & intensus amor reperitur; alioqui non essent cõtemplatiui: itaque is in ipsis se maximè & diuersimodè prodit ac ostendit. Est quippe luculentus & magnus ignis, vnde non potest non nisi ingentem è se splendorem emittere. Qui amor si ipsis desit, circumspicte & caute ambulent oportet, ac merito se timere posse credant. Curent ergo inuestigare quid in causa sit, orationem identidem vsurpent, in omnibus humilitatem præferant, Dominoque supplicent, ne se in tentationem inducat: hoc enim signum si desit, certum est nos in tentatione versari. At, si cum humilitate procedatis, & veritatem scire procuretis, Confessarioque vestro vos subiiciatis, magna cum veritate ac sinceritate & candide cum eo agendo, quemadmodum iam antè dictum est; Dominus vobis aderit, quia fidelis est. Et firmiter credere, si modo duplicitate aut malignitate non vtamini, nec superbiam demonstretis, qua cacodæmon vobis re mortem infligere putabit, hac illum vobis vi-



His vitam daturum, quantumlibet vos decipere & illudere conetur. At, si illum quem dixi, Dei amorem, & eum quem iam iam exponam, timorem sentiat, gaudere, & quietæ estote: vt enim animam vestram demon inquietet, impediatur; quo minus tantis bonis fruatur, sexcentos vobis timores incutiet, cum per se tū per alios. namposito casu, illum vos expugnare & superare nō posse, omnimodis cōnitur, vt aliquid saltē vos perdere faciat, vtq; & illi perdant, qui alioqui per multū lucrifacere possent, siquidem crederent, magnas illas gratias, quas tam improba creaturæ confert, à Deo venire, fierique posse illum ipsas dare: nam misericordias eius antiquas subinde videmur obliuisci: putatisne, parum dæmonis interesse, quod in huiusmodi timores homines coniciat: non parum certè, sed per multum eius id interest: ita quippe duplex damnum infert. Primum, quod eos qui audiunt, timidos reddat; qui ideo se, orationi applicare verentur, ne pari modo decipiantur. Alterū, quod alioqui plures longè ad Deum se conuerterent, videntes eum tam esse bonum (vti demonstrati) & possibile esse, vt is se peccatoribus modo tam familiarem exhibeat. Hoc autem in causa est, vt magnum orationi insistendi desiderium concipiant: nec sine causa. Noui enim nonnullos, qui hac sola consideratione animati, orationi se applicare inceperunt, & breuissimo tempore veri contemplatiui euaserunt, Domino singularibus eos gratijs præueniente. Cum ergo inter vos, carissimæ, videbitis aliquam, cui tales Dominus gratias confert, ingentes ei propterea gratias agite & laudate; sed nolite idcirco putare, illam iam in tuto esse; sed potius vestris illam precibus tunc magis iuuare; nemo enim, quamdiu hic viuit, & inter media tempestuosi huius maris pericula nauigat, esse potest securus. Aded vt, vbicumque amor hic erit, facillè eum exterius percepturæ sitis; nec sciam, quomodo is regi celariue possit. Nam si ne quidem id possibile esse dicatur, dum aliquas creaturas in hoc mūdo diligimus; &, quo magis amorem celare conamur, eò illū magis patescere; & erumpere; cum tamen hic amor tam vile quid sit, vt ne amoris quidem nomine dignus sit, quod super nihilo fundatus sit (imò nausea quædam mihi est, talem hîc similitudinem producere: ) quomodo ergo regi vel abscondi tam vehemens amor, vt est diuinus, possit? vt pote qui tam iustus & æquus est, semper vt in se crescat, cum tam multa habeat quæ diligit, vt nihil videat quod non amare possit, ac tam multas amandi causas habeat; cum tam bono fundamento (quale est, quod reciproco amore recompensatus sit, aded vt de eo nullatenus dubitare iam possit, quod tam euidenter & liquidè is sit per tam graua tormenta, labores, ærumnas, ac sanguinis effusionem, vt & vita ipsa exposita sit & data, declaratus, ne qua nobis de isthoc amore dubi-

Quantum  
demon per-  
noxiosis si-  
mores no-  
ceat.

Nemo quæ-  
diu viuit,  
securus est.

tandi occasio foret ) nitatur. Quanta , Deus bone , differentia sit & percipiatur oportet inter vnum amorem & alium , ab eo præsertim, qui vtrumque est expertus! Vtinam id Maiestas illius nos intelligere faciat, antequam nos ex hac vita educat! Magnæ quippe consolationis, in hora mortis , occasio erit, cum ab eo iamiam nos iudicandas videbimus , quem in vita super omnia amauius : de culparum nostrarum lite minimè tunc anxie vel sollicitæ erimus, neque in terram alienam, sed propriam & naturalem , transibimus, cum illius Dominus & possessor sit is, quem vsque adeo diligimus , quique nos vicissim ita diligit. Hoc namque amor Dei ( vt reliqua omnia taceam) præ alijs mundi huius amoribus proprium habet, quòd , si eum diligamus , certi & securi sumus, ab eo vicissim nos diligi. Hic meminisse vos velim, carissimæ , quantum amor hic lucrum & bonum secum ferat; quantaque econtra iactura sit eodem carere : tunc namque in tentatoris & diaboli manus consignamur , manus inquam tam crudeles , & omnis boni adeò inimicas, tam verò mali omnis amicas. Quis tunc miselle animæ erit status, quæ è tam vehementibus doloribus & tormētis ( quæ sunt tormenta mortis ) iamiam egressa , derepentè in hæc manus incidet ; quàm tristem & nullam ibi quietem inueniet ! quam discerpta & lacera in tartarum rapietur! à quàm multis diuersorum generum serpentibus illic circumdabitur! quem ei locus ipse horrorem inueniet ! quàm ferale & incommodum istud ei erit diuersorium ! Si ne vna quidem nocte incommodum hospitium æquanimiter ferri queat ( præsertim si hospes delicatus sit, quales verisimile est plerosque esse, qui illuc descendunt , ) quid ergo miseram illam animam sensuram putatis, cum ad tale hospitium , quod iam æternum illi & perpetuum futurum est, diuertet?

Non queramus ergo in hoc mundo delicias aut commoda, carissimæ: bene hinc sumus; incommodum quod hinc patimur diuersorium , vnica dumtaxat durat nocte: Deum laudemus; & hac in vita de peccatis penitentiam agere satagamus. Quàm verò illi mors dulcis & optabilis erit, qui eam pro omnibus peccatis suis iam fecerit , vt ad purgatorium concedere ipsum necesse non sit ! imò fieri posset , vt iam inde ab hac vita incipiat frui gloria. Nullum hic omnino in se timorem sentiet, sed plenam & absolutam pacem: non ergo omnimodis, carissimæ, ac totis viribus, conntemur, vt huc pertingamus, cum id possibile sit ? Id autem si negligamus , magna haud dubiè ignauiæ ac desidia erit. Deum verò rogemus, vt , si statim à morte nos pœnam pati oporteat, eo saltem in loco eam patiamur , vbi eam libenter patiamur certa cum spe quòd ab illa aliquando eripiendæ sumus , atque vbi amicitia & gratia illius neutiquam

*Quam magnum sit indicari ab eo quem super omnia diligimus.*

*Amor Dei quod ferat lucrum & quod eius carentia dânum.*

*Sui delicatissimæ, & mali nihil ferre sustinent, magis ad inferna descendunt quàm alij.*

*Desidia est non conari ut à Purgatorio liberemur.*

quam excidamus; vtque hanc in hac vita nobis concedat, ne in tentationem ignaræ & non intelligentes incidamus.

## CAPVT XLI.

AGIT DE TIMORE DEI, ET QVOMODO VENIALIA PECCATA nos cauere oporteat.

QVam æquo longior fuit quamquam non ita longa, ac quidem vellē: res quippe suauissima est, de huiusmodi amorē loqui; quid erit ergo eum habere? Tu mihi Domine illum concede, ac tum demum ex hoc mundo edu cito; cum eorum quæ illius sunt nihil diligam aut concupiscam, & nesciam, quid sit aliquid præter vnum te amare, nec amoris nomen, rei alicui aut personæ attribuere sustineam: omnia quippe falsa & inania sunt, cum ipsum fundamentum falsum sit; vnde non durabit, nec constabit fabrica. Nescio quid vsque adeo miremur, cum aliquem dicentem audimus: Hic non bene mihi soluit, Ille non bene erga me afficitur; imo verò hæc audiens, mecum ipsa rideo. quidnam quæso is tibi soluere debet; vel cur aut quid te amet: Hinc videre poteritis, quid, qualisue sit mundus: nam per hunc ipsum amorē postea vos castigat & cruciat. & hoc est, quod vos tantopere affligit, eò quod voluntas ægerrimè ferat & indignetur, quòd eam puerilibus crepundijs hæctenus ita occupaueritis.

Iam porro ad amorem Dei veniamus, esto mihi aliquantulum graue sit, quod de hoc mundi amore pluribus agere non liceat. equidem eum per noui, hinc illam vobis exponere & declarare vellem vt ab eo exinde semper immunes esse possitis; sed, quia id extra propositam materiam foret, hinc de eo plura non dicam. Timor Dei etiã facillimè notatur ac perspicitur, tam ab eo qui ipsum habent, quàm ab iis qui cum eodem tractant & conuersantur; quamquam certum sit, eum initio non vsque adeo perfectum esse, nisi fortè in aliquibus, quibus Dominus (vti dicere memini) breuissimo tempore tam singulares gratias dat, & ad tam sublimem orationem sustollit, vt id quamprimum & iam inde à principio percipiatur. Sed vbi gratiæ tam abundanter & intensè non dantur, vt vnico ad Deum accessu (quemadmodum dixi) animam omnimodis virtutibus locupletent; ibi timor Dei non nisi paulatim crescit, roburque adaugetur, quotidieque nouum incrementum sumit: Tamen si id iã inde à principio percipiatur, qui namque eum habent, statim sibi à peccatis, peccandique occasionibus prauoquæ consortio cauent; insuper & alia illius argumenta videre est. At, cum anima iam ad contemplationem pertingit (qua de hîc potissimum agere mihi propositum est) tunc timor Dei quàm maximè se exerit,

*Timor Dei  
statim ag-  
noscitur  
vbi est.*

*Crescit pau-  
latim ple-  
rumque.*

vti & amor, nec regi dissimulariue potest, etiam in exterioribus. Et, licet quàm attentissima super huiusmodi homines reflexio habeatur, nulla tamen in eis somnolentia aut desidia notabitur, quantumlibet etiam curiosè & sedulò eorum actiones notentur; DOMINVS quippe eos ita tuetur & seruat, vt, licet quàm plurimum peccando lucrari possent, nullū tamen propterea peccatum veniale aduertenter admitterent; mortalia verò peccata adinstar ignis fugiunt. Hæc sunt illusiones & imposturæ, carissimæ, quas semper maximè nos timere velim: Deumque supplices temper rogemus, vt tentatio tam grauis non sit, vt per eam eum offendamus, sed eam iuxta vires & robur, quod ad illam superandam nobis dabit, temperatam immittat; dummodo enim munda & pura maneat conscientia, aut exiguum, aut etiam nullum, illa vobis inferre detrimentum potest. Hoc est quod ad rem facit, hic est timor quem semper in nobis esse, & numquam à nobis velim recedere; nam hoc est, à quo salus nostra dependet. O quàm magnum est, Dominum non offendisse, vt mancipia eius infernalìa, dæmones inquam, vincula & constricta sint, ne quam nobis noxam inferant: omnes namque, esto frendeant & indignentur, ei demum famulari debent: sed eo cum discrimine, quòd illi coactè & violentè, nos plena & tota nostra cum voluntate! Adeo vt, si Domino placeamus, illi, velut violenter retenti & repressi, à nobis listantur, ita vt ad nos appropinquare non ausing, nullumque nobis inferre datum possint; quantumlibet nos tentent, & secretos laqueos animæ tendant. Hoc documentum interius apud vosmetipsas praticate, (ipsum quippe permagni refert;) ac semper vigilate, & super vos ipsas reflectite, quoadusque tam firmum & resolutum in Deum nullatenus peccandi in vobis propositum sentiat, mille vt potius mortes paratæ sitis subire, quàm vel vnum lethale crimen admittere: quoad venialia verò, omnem date operam vt aduertenter & scienter nulla admittatis: quis enim, non multa quotidie committat? Sed alia est aduertentia satis præcogitata & præmeditata; alia verò ita repentina & subita, vt ipsa peccati venialis admissio, & hæc aduertentia penè vnum quid sint, & eodem momento contingant, vix vt percipere possimus quid faciamus. Sed liberet nos Deus, ne quod peccatum, quantumlibet exiguum, valdè aduertenter & scienter admittamus: nescio enim, quæ nostra sit audacia, vt tantà magnū ac potentem Dominum, in re quapiam, quantumuis parua, offendere præsumamus; quamquam paruum minimè sit, quod aduertit tantam Maiestatem committitur, maximè cum sciamus ab ipso nos videri ac notari. Hoc namque peccatum mihi valdè præcogitatum, & magna cum deliberatione factum videtur, & tamquam si peccans diceret, *Do-*

*Timor Dei  
necessarius  
est.*

*Tamdiu se  
per se vigi-  
lare homo  
debet, donec  
separatum  
vident ad  
moriendum  
potius quam  
peccandum*

*Dua aduer-  
tentia quo-  
ad peccatum  
veniale.*

*Quomodo à  
peccato ve-  
niali scietur  
facto cauere  
nobis debent.*

mine, quantumvis tibi displiceat, nihilominus id ipse committam: iam tum scio id te videre, & noui id te nolle; & hoc ipsum etiam intelligo; veruntamen meam potius voluntatem & appetitum sequi, quam tuam volo. & huiusmodi casum, paruum quid esse, dicere quis audebit? equidem non leuem id culpam esse reputo, sed magnam, & valdè quidem magnam.

Notate, carissimæ (per amorem Dei vos obsecro) si modò hunc Dei timorem vobis acquirere velitis, permagni referre, antè vos intelligere, quam magnum & graue sit Deum peccando offendere, vosque hoc id eandem apud vosmetipsas reputare & reuoluere; nostra quippe salus & vita inde dependet; magis verò, vt hancce virtutem profundè in cordibus nostris insculptam & radicatam habeamus. Quoad vsq; verò eam plenè obtinuerimus, necesse nos erit semper & assiduè magna cum sollicitudine incedere, omnesq; peccandi occasiones cauere, atque eorum hominum contubernia declinare, qui vt ad Deum propius accedamus, impedimento nobis sunt, non adiumento: studiosè ergo & diligenter reflectite ad omnia quæ ageris, vt in illis voluntatem vestram frangatis; ac date operam, vt quidquid loquimini, proximum ædificet, & ea colloquia declinare, in quibus de aliis rebus potius quam de Deo sermones miscantur. Multa sanè requiruntur, vt timor hic in cordibus radices agat, ijsque profundissimè insculptus maneat: quamquã, vbi verus amor locum habet, facillè ibi & timor habeatur & acquiratur. Verùm, vbi anima solidam quamdam in se determinationem sentiet (vti antè dixi) Deum ob nullam omnino rem creatam offendendi, esto postea subinde labatur (sumus enim fragiles, nulloque modo ipsi vobis fidere possumus: imò quãdo solidius & firmitus propositum faciemus, minùs tunc nobis fidere oportet, à solo quippe Deo fiducia & confidentia nostra omnis veniat oportet) non propterea animam despondere aut deijcere debet, sed quamprimum veniam offensæ petere procuret. Quando enim id quod dixi, in nobis sentiemus, tam anxij & scrupulosi esse non debemus. Dominus quippe nobis fauendo aderit, quin & ipsa nos consuetudo ad eum non offendendum, non parum iuuabit, quapropter sanctam quamdam libertatem nos præferre oportebit, cum vnoquoque iuxta rationis præscriptum & dictamen agendo, etiam cum ijs qui vita licentioris, & parum spirituales sunt. qui enim antè vobis ad instar veneni, & animæ interitus erant occasio, quam verum hunc Dei timorem habere; postea non rarò Dei magis diligendi, eiusq; quòd ab ea vos re liberaruit, in qua euidentissimum salutis vestræ periculum situm esse videtis, laudandi occasio erunt. Et si antea forsitan instrumentum fueritis ad eorum infirmitates & imperfectiones magis fouendas, iam in causa eritis vt

*Quam graue sit Deum offendere, quantique nocere referat scire.*

*Voluntas propria in omnibus rebus frangenda. Pia colloquia commendantur.*

*Ob aliquot lapsus animam despondere non oportet.*

*Scrupulositas nimia vitanda, sed sancta quædam libertas præferenda.*

*Vnius Dei  
timantis  
presensia,  
in causa est  
vt reliqui  
à peccando  
causant.*

eas ipsi expugnare & à se rejicere satagant ( eò quòd coram vobis versentur, ) hoc namque fieri potest, etiam si vobis honorè deferre nolint. Equidem Dominum laudo, vnde nam hoc provenire possit cogitans, sæpe nãque vnicus Dei famulus, etiam non loquendo, sermonem abumpit illū qui contra Maiestatem ipsius profertur. Equidem perinde id fieri credo, atque hoc in mundo inter amicos: si quem enim habemus amicū, eum semper & vbiuis reueremur; vnde etiam de eo absente nihil iniurium aut contumeliosum dicimus, inter eos præsertim cū versamur qui hunc amicū nostrum esse norunt. Non aliter inquam hic fit: cū enim hic Dei famulus in statu gratiæ sit, hinc hanc ipsam gratiã efficere credo, vt ei, quantumcumque paruus sit, & abiectus, veneratio deferatur, & ne qua ei molestia inferatur in eo, quòd ad eò illi scitur molestum futurum, vti est quòd Deus offendatur & peccando irriterur.

Sanè, hoc quomodo fiat, nescio, aut quænam rei huius causã; scio tamen ita plerumque fieri. Quamobrem nõ est quòd sic anxietatis & oppres- sionis incedatis: si enim anima se restringere & homines vereri incipiat, hoc ei multum ad omne bonum nocet; & id subinde in causa est, vt scrupulis ipsa agitari incipiat, itaque tum sibi, tum alijs omnibus iuuantis inepta & inutilis redditur. Et, esto fortassis in scrupulos non incidat, sibi quidem prodesse, & habilis esse poterit, at non multas animas ad Deum pertra- het; quòd eam ita angustiata & timidam videant. Talis quippe nostra conditio & natura est, vt tale quid illã intimidet & pavidam reddat, quin & desiderium eam deponere faciat per eam viam incedendi, per quam vos inceditis (ne similes in angores & meticulositates forte incidant) esto eam maioris virtutis ac perfectionis esse certissimè norint & videant.

Oritur hinc & aliud damnum; nimirum, quòd cū alios diiudica- mus (eò quòd per viam nostram non incedant, sed cum maiore san- ctimonia, quòd proximo profint, liberè & sine huiusmodi anxietatibus, cum ipso conuersentur & tractent) statim eos imperfectos esse credamus; & si sanctam quamdam libertatem ostendant, dissolutio quadam id esse videbitur. Quòd sanè perquam periculosum est, nobis præsertim que rudes & litterarum expertes sumus, & quæ, quousq; & quomodo sine peccato cum alijs tractare oporteat ac liceat, nescimus, imò verò aliud id non est, quàm continuò in tentatione ambulare, pessimæque etiam di- gestionis est, eò quòd in proximi detrimentum & perniciem vergit. Cogitare autem, eò quòd omnes ea via non incedant, qua tu, scilicet cum re- strictione & anxietatibus, propterea non tam bene eos incedere, longè pessimum est. Est hic & aliud damnum, nimirum quibusdam in rebus, in quibus meritò loqui deberetis, & ratio etiam vos loqui suadet & cogit, fieri posse, vt præmeru, ne plus fortasse dicatis quàm oporteat, loqui non

*Contra eos  
qui loqui  
verentur,  
ne loquendo  
incedant.*

audca-

auderatis; sed fortasse bene locutura sitis de eo quod potius vos detestari & abhorrere oporteret.

Quamobrem, carissimæ, date operam, ut, quàm fieri potest maxime, sine Dei tamen offensa, affabiles sitis, itaque cum omnibus qui vobiscum tractabunt, conuersemi, vestram ut conuersationem & commercium diligant, & erga vestrum viuendi & agendi modum bene amittantur; itaque à virtute non alienentur aut deterreantur. Permultum hoc Monialium & Religiosarum interest, ut, quò sanctiores sunt, eo etiam sint erga conforos suas affabiliores. Et, licet magnam molestiam ac pœnam sentiat in eo, quod fortasse omnia illarum colloquia non sint talia, qualia ea esse desideraretis, non propterea tamen alieniores vos ab illis ostendite: ita namque & illis proderritis, & ab eis diligemini. Multum quippe curare debemus, ut nos affabiles alijs præbeamus, & ijs quibuscum agimus, placeamus & gratia simus, ac præsertim conforibus nostris. Sentite ergo de Deo in veritate, carissimæ, qui tã paruas minutias ut quidẽ vos putatis, non curat aut respicit. Nolite permittere, ut anima vestra aut animus angustietur ac restringatur; nam hac ratione fieri posset ut multum boni amitteretis. Verum bonam intentionem, & firmum Dei numquam offendendi propositum (vti dixi) semper habetote. Adhæc nolite pati, ut se anima abscondat & videri nolit; sic enim ad eò non sanctitatem comparabit, multas ut econtra imperfectiones, quas ei aliunde alijsque vijs diabolus aggeret, sit collectura; itaq; (quemadmodum dictum antè est) nec se ipsam, nec alias, tantum quantum alioqui posset, promouebit. Hic ergo videtis, quomodo per duas hæc res, (amorẽ in quã & timorem Dei) per hanc viã quietè & securè ambulare possimus, esto (quia Dei timor semper præcedere debet) non planè sine cura: talem namq; securitatem habere nõ possumus quãdiu hîc viuimus; hoc enim periculosum foret. Sic quoq; id præceptor noster intellexerit, qui ad orationis huius extremum hæc ad patrem suum verba profert, ut pote quia per necessaria esse, optimè sciret & intelligeret.

*Stabilitas  
secunda.*

*Sanctiores  
sunt affa-  
biliores, esto  
aliorum ser-  
uantes vs  
graves sint.*

*Non nimi-  
um anima  
restringenda.*

## CAPVT XLII.

POSTREMA HÆC VERBA, Sed libera nos à malo, Amen, exponuntur.

NON sine ratione videtur mihi benignissimus Præceptor noster Iesus Patre suũ rogare, ut nos à malo (id est à vitæ huius periculis & molestijs) liberet, partim nostri causa: quãdiu enim, & in quãtũ viuim⁹, multis obnoxij

Luc. 22.

obnoxij sumus periculis. Partim sua & propria: videmus enim, quàm eſſe vitæ huius tæderet, cum in ſuprema cœna Apoſtoliſ ſuis dicebat, *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha & cœnam manducare vobiſcum*; quæ erat vltima vitæ eius cœna. Quibus è verbis colligere eſt, quàm ei mors optabilis, iucunda & ſapida foret. Verùm hodie, etiam qui centū annorum ſunt, nullo proſus vitæ tædio afficiuntur, ac ſemper vlteriùs viuere deſiderant. Sed, vt verum fatear, vita noſtra non tam ærumnoſa, nec tot laboribus obnoxia eſt, nec tanta in paupertate traducitur, atque eam Maieſtas ipſius traduxit. Quid enim aliud tota eius vita fuit quàm continua quædam mors; vt pote qui mortem, quam tam atrocem ei aduerſarij illaturi erant, identidem præ oculis habebat? Nihil autem hoc erat, reſpectu illius doloris, quem è nimia multitudine ſcelerum quæ aduerſus Patrem ſuum committi videbat, & tanta animarum peruentium copia, indies hauriebat. Nam ſi, etiam hoc in mundo, animæ Deum diligenti id nimis quàm magna crux ſit; qualis id fuerit oportet in amore & caritate Domini huius, quæ ad eò omnis meſuræ, modi, terminique expers erat? Quàm ergo iure meritoque Patrem ſuum ſtudioſe rogare poterat, vt ſe iam tum à tot tantique malis ac laboribus liberaret, ac ſempiternam ſibi in regno ſuo requiem concederet, cum ipſe verus ac legitimus eius heres eſſet? vnde ſubiungit *Amen*. Per quod intelligo, Dominum, cum in hoc omnia quæ ſunt terminentur, à Patre ſuo petiſſe, vt ab omni malo in æternum liberari poſſimus: vnde ipſa Dominum ſuppliciter rogo, vt me ab omni malo in æternum liberet, cum diu viuendo me debito meo non exſoluiam, ſed foraſſe, quotidie etiam maius debitum contraham. Illud autem intolerabile eſt, Domine, quod certò ſcire nequeam, an te diligam, & num deſideria mea in conſpectu Maieſtatis tuæ accepta ſunt? Obſecro te, Domine & Deus meus, vt me iam ſemel ab omni malo liberet, & cum in locum deducas, in quo omnia bona reperire eſt. Quid enim iam vltra hic exſpectent illi, quibus aliquatenus iam notum feciſti quid ſit mundus, & fidem vitam habent eius, quod Pater cœleſtis ipſis reſeruauit?

Hoc porro magno cum deſiderio, & firma voluntatis determinatione, ad Deo fruendum, petere, euident ſignum eſt, è quo contemplatiui colligant, grâtiâs quas in oratione recipiunt, à Deo promanare: ad eò vt qui ipſum habet, magni id facere debeant. Quòd autem ipſa id petam, non ideo id facio (neque etiam id eò à me fieri, accipi volo; ſed, quia ita ſclerataè vixi, hinc diutius hic viuere timeo, & tot moleſtia ac mala me delatant & tædium pariunt. Illos verò, qui hinc in terra diuinis conſolationibus perfunduntur, mirum non eſt; deſiderare ibi eſſe, vbi ipſis abundantiffimè, non autem qualiſ forbillando, fruuntur; & diutius in hac vita manere nolle, quæ tot impedimenta habet, quæ quo minùs tanto bono fruam.

Non eſt mi-  
rum Dei a-  
micos optare  
in calis eſſe.



fruantur, impediunt; & ecôtra ibi esse velle, vbi Sol iustitiæ numquã ipsis occumbit. Quidquid deinde hic vident, obscurum illis haud dubiè & renebrosum videri debet; adèd vt quomodo viuant, demirer. Verisimile sanè est, cum in non magna latitia viuere, qui adhuc in hac vita gaudere incepit, quique iam tum hoc in mundo regni cælestis à Deo pignora accepit; in quo, non secundum suum, sed Regis ipsius, beneplacitum viuat. Qualis; & quàm longè alia vita illa sit oportet, cum in ea ad mortem nemo aspiret! quàm diuersum voluntas nostra se hîc inclinât, ab eo ad quod illam Deus vult inclinari! Vult Deus veritatem amemus, & mendacium diligimus, vult amemus quod æternum est, & cor nostrum fertur in id quod caducum & fluxum est, vult magna & sublimia amemus, & diligimus vilia ac terrena: vellet nos ea sectari solùm quæ secura & certa sunt, & afficimur erga id quod dubium & incertum est. Itaque omnia meræ sunt inaniæ, carissimæ; præterquam Deum rogare, vt nos in æternum ab omni malo liberet. ac licet hocce nostrum desiderium vsque adèd perfectum & absolutum non sit, nihilominus petitionem nostram proponere satagamus. Quo enim labore nobis constat, multa petere, cum ab eo qui omnipotens est petamus? Purdor sanè & turpe esset, à potente quodam Imperatore obolũ petere. Ne verò erremus, & melius rē nostrã agamus, illius voluntati liberum sinamus, dare aut non dare; cū nostrã iam antè in illius velle resignauerimus: nomenque illius in æternũ sanctificetur tã in cælis, q̃ in terra, & sanctissima illius volũtas sèp in me adimpleatur. Amè.

Iam videte, carissimæ, quomodo mihi Dominus laborem ademerit, tum vos, tum meisam, illam viam edocendo, quam ipsa vobis demonstrare cœperam; mihi scilicet declarando, quàm multum petamus tum cū Euangelicam hanc orationem recitemus. sit ipse hoc nomine in æternum benedictus. Numquã, sanè, mihi in mentem venerat, tanta in ea mysteria & secreta comprehendi. Sed iam ad oculum vidistis, totam viã spirituales, iam inde ab eius principio, vsque dum Deus animam in se absorbet, & quàm abundantissimè è viæ aquæ fonte, qui ad viæ finè erat, eam bibere faciat, in ipsa contineri. Quare hac oratione iam egressa, eaq; absoluta, quo vltius progrediar nescio. Videtur porro Dñs, nobis, carissime, ingentem quæ in ea continetur cõsolationè declarare voluisse; & eis, qui legere nesciunt, ipsam perutile esse, si modò eã intelligerent; singularia enim ex hac oratione documenta depromere, & non exiguam inde cõsolationem possent haurire. Ab humilitate igitur, qua bonus hic Magister nos docet, exemplum sumamus, cumque rogare mihi, vt ignoscat, quòd de tam sublimibus rebus agere hic præsumplerim, cum hoc non nisi ex obedientia fecerim. Nouit siquidem Maiestas eius, intellectum & ingenium meũ ad hoc ineptũ esse, nisi ipse me ea quæ dixi, docuisset. Vos illi

*Magna in  
oratione Dñi  
continetur  
mysteria.*

proptere gratias agite, carissimæ; hoc nâq; eum, intuitu & occasione humilitatis, quia id ipsa à me petistis, & à me adeò vili & abiecta creatura doceri instituique voluistis, fecisse verisimile est. Si autem Reu. Pater Præsentatus F. Dominicus Bannes, quo Confessario vtor (cui scriptû hoc antè, quam ipsum videatis, examinandum tradam) id vestro profectui commodum & perutile fore, iudicauerit, vobisque ipsum tradiderit, magnæ mihi consolationi erit, quòd vòs inde consolationem videam accipere. At, si indignum id sit, vt à quoquam videatur aut legatur, voluntatem meam hîc æqui bonique consuletis, cum opere & re ipsa vobis obsecuta sim in eo, quod me facere præcepistis; & quem in scribendo, non verò in recogitando examinandoque id quod scripsi, infumpsi laborem quàm abundantissimè mihi persolutum & compensatum existimabo. Benedictus & laudatus sit Dominus in æternum, à quo solo omne quod loquimur, cogitamus, & facimus, bonum descendit ac promanat.

A M E N.



MONITA ET DOCUMENTA, A SANCTA MATRE  
TERESA DE IESU MONIALI-  
bus suis tradita.

1



Erra, quantum vis ferax, nisi colatur, tribulos & lappas proferet, sic & in ingenio nestro seres habet.

2. De omnibus rebus spiritualibus, vt sunt Religiosi, Sacerdotes, & Eremita, non nisi quàm optimè loquaris.

3. Vbi multi congregati sunt, ibi semper quàm minimum loquere.

4. In omnibus quæ ages & tractabis, modestiam preserto.

5. Numquam multum verbis contendito, maxime in rebus quæ parui momenti sunt.

6. Vnumquemque moderata quadam cum hilaritate alloquere.

7. Numquam rem aliquam derideto.

8. Indiscretè numquam aliquem reprehendes, sed cum humilitate, & apud temetipsam erubescendo.

9. Illius, quicum ages, indoli, genio, complexionique te attempera: cum lato lateris, cum tristi contristeris: talem demum singulis te prabe, singulos vt lucrari possis.

10. Nihil vmquam loquaris, quod non ante apud teipsam sedulo perpenderis, Dominog. studiosè commendaueris; nihil vt dicas, quod ei displiceat.

11. Numquam te excusato, nisi in rebus euidentissimis.

12. Nihil vmquam de te ipsa loquere, quod in laudem tendat, vti de scientia, virtutibus, parentela tua, nisi aliquid hinc bonum secururum speres; atque etiam tum id non nisi cum humilitate fiat, ac cum quadam consideratione, dona illi à Dei manu venire.

13. Ea, de quibus loqueris, nunquã plus nimio extollito, sed sententiam tuam magna cum moderatione proponito.

14. In omnibus colloquiis & sermocinationibus, semper aliquid de rebus spiritualibus verbum intermisce; itaque inania verba & detractionem impedies.

15. Numquam aliquid certo affirmabis, nisi id ante probè sciueris.

16. De omni re temere sententiam tuam dicere non presumes, nisi aut interrogeris, aut caritas id exigat.

17. Alium de rebus spiritualibus loquentem, cum humilitate & tamquam discipulus, audies; & quod ille bonum dicit, tibi dictum putato.

18. Superiori & Confessorio tuo omnes tentationes, imperfectiones, & repugnantias tuas patefacies, quo ad illas superandas tibi ille consilium & remedium suggerat.

19. Sine causa à cella non aberis, nec egredieris; eà autem egrediens à Domino gratiam pete, ad eum non offendendum.
20. Non nisi horis solitis & statutis edito ac bibito; ac tum quoque Domino singulares gratias ages.
21. Sic omnia tua agito, tamquam si Maiestatem ipsius coram intuereris; hac namque ratione anima permultum lucratur.
22. De alio malum aliquod nec audies, nec dices, nisi de te ipse; & dum in eo gaudebis, signum est te bene proficere.
23. Quidquid ages, ad Deum diriges, hoc ei offerendo; eumque rogabis, ut ad honorem & gloriam illius id cedat.
24. Cùm letaberis, in immoderatum risum effundi noli, sed humilem, modestam, asfabilem, & edificatiuam letitiam praeferes.
25. Omnium te ancillam esse semper cogitabis, & in omnibus Christum Dominum intueberis; itaque fiet, ut omnibus & reuerentiam & honorem delatura sis.
26. Quaecumque tibi iniungentur, quam promptissime & erectissime exequi procura, tamquam si Redemptor noster Christus id tibi in Superioris aut Pralati tui persona iniungeret.
27. In omni opere, & nulla non hora conscientiam tuam examinabis, & visis imperfectionibus tuis, operam da ut eas cum Dei gratia emendes: hacque vià ad perfectionem peruenies.
28. Alienas imperfectiones numquam tecum recogitabis, sed virtutes, vti & defectus proprios.
29. Intensum semper pro Christi nomine aliquid omni in re & occasione patiendi desiderium habebis.
30. Quotidie te sepius per diem Deo offerito; idque magno cum seruire, & ardenti ad Deum desiderio.
31. Quod mane meditata fueris, hoc tota die cogitatione versabis; & hac in re eris quàm diligentissima; magnum quippe inde bonum consequitur.
32. Affectus & pios motus, quos tibi Dominus immittet, diligenter tibi seruabis; & pia quae in oratione tibi dabit, desideria opere exequi stude.
33. Singularitatem, quàm fieri potest maximè, deuita; hac namque communitati permultum nocet.
34. Religionis tuae statuta & regulam saepe legito, eaque diligenter ac seridè obseruare satage.
35. In omnibus rebus creatis Dei prouidentiam & sapientiam considerabis, eumque in omnibus & singulis laudabis.
36. Ab omnibus rebus cor tuum abstrahere, ac Deum quare, eumque inuenies.
37. Deforis & exterioris numquam aliquam deuotionem praeferes; quae interior non sit, quam verò deuotionem habebis, eam abscondere poteris.

38. *Interiorem deuotionem nisi id valde necessarium sit, non ostendas: secretum meum mihi, aiebant SS. Franciscus & Bernardus.*
39. *Numquam de cibo, sine is bene, siue male coctus sit, conuereris, Iesu Christi Saluatoris fel & acetum recogitando.*
40. *In mensa neminem alloquaris, neq; oculos ad aliquam aliam aspiciendam attollas.*
41. *Sed considerabis mensam caelestem, eiusq; cibum, qui est Deus opt. max. nec non inuitatos, qui sunt Angeli: ad illam mensam oculos sustolle, ad ei asidendum & accumbendum anhelans.*
42. *Coram Superiore tuo (in quo Christum Dominum intueri debes) nihil vquam, nisi quod necessarium est, idque magna quadam veneratione, loquitor.*
43. *Nihil vquam facias clam, quod coram omnibus & vnoquoque facere non possis.*
44. *Numquam, hunc inter & illum, comparationem facito; hoc namque odiosum est.*
45. *Si quando rei alicuius argueris aut reprehenderis, cum interiore & exteriori humilitate reprehensionem admitte, & ora pro eo qui te reprehendit.*
46. *Si quando Superior vnus aliquid precipit, noli dicere, alium contrarium quid precipere; sed cogita, ambos bonam intensionem & sanctum finem habere, & ei in eo quod iubet obsequere.*
47. *De ijs qua ad te non spectant, curiose nec loquaris, nec inquiras.*
48. *Vitam prateritam pre oculis habe, vt ipsam deploras; nec non presentem temporem; item quantum tibi desit, vt hinc ad caelum tendas, quo sic perpetuo in timore agas, & erit hoc tibi multorum honorum occasio.*
49. *Quod domestici tibi dicunt, hoc semper facere stude, dummodo obedientia non aduersetur, eiusque cum humilitate & verborum suauitate responde.*
50. *In cibo vestituque nihil tibi singulare petas, nisi aliud summa necessitas requirat.*
51. *Numquam tui humilianda, & omnibus in rebus ad mortem vsque mortificanda te capiat oblitio.*
52. *Identidem cor tuum ad Dominum per amoris actus sustolle: ibi namque animam incendunt, & ad teneritudinem protocant.*
53. *Sic & omnium reliquiarum virtutum actus exercere contende.*
54. *Patri eterno omnia, cum filij illius vnigeniti Iesu Christi meritis coniuncta vntaque, offer.*
55. *Erga omnes mitis esto & clemens, in te ipsam aspera & dura.*
56. *In Sanctorum festiuitatibus, virtutes ipsorum recole, Deumque roga, illas vt tibi concedere dignetur.*
57. *Da operam, vt vesperi quotidie, ante somnum, conscientiam tuam examines.*
58. *Eo die quo sacra tibi communitio adeunda est, in oratione tua matutina recogitabis, esto ita miseram, & nequam Deum tuum recepturam, vesperi verò, te eum recepisse.*

59. Cum Superior ac Proposita eris, numquam aliquam de subditis in iracundia reprehendes; sed, cum iam illa praterijt; ac tum demum reprehensio tua proderit reprehensa.
60. Perfectioni ac deuotioni vnice te applica, & omnia qua ages, cum ea agito.
61. In timore Domini quàm maximè te exerce: hic namque animam ad compunctiōnem & humilitatem concitat.
62. Vide, quàm facili negotio homines mutantur, & quàm parum ipsis fidendum sit, quapropter Deo, qui immutabilis est, arctissimè te vnito.
63. Anima tua negotia cum Confessario tuo, qui spiritualis & doctus sit, pertracta, huic vni illa aperies; eiusque opinionem in omnibus sequeris.
64. Quoties sacram Communionem adibis, aliquod à Domino donum posces; idque per summam illam misericordiam, qua ad miseram animam tuam venire dignatus est.
65. Esto multos Sanctorum in patronos & aduocatos, habeas S. Iosephum tamen nominatim in Patronum deligere nō omittes, quod is multa à Deo irapetrat.
66. Tristitia & turbationis tempore, solita & consueta bona opera, tam orationis, quam pœnitentiarum, nequaquam omitte: etenim nō aliam ob causam te inquietare inimicus satagit, quàm vt hac ipsa omittas: imò, e contra plura & intensius facito quàm solebas, & videbis, quàm citò te misericorditer Dominus visitaturus sit.
67. Tentationes & imperfectiones tuas imperfectioribus & minus in virtute prouectis nolito communicare: hac ratione namque & tibi nocebis & ipsis; sed cum perfectissimis de iisdem loquere, si tibi consultum velis.
68. Recordare ac memento, te nonnisi vnicam habere animam, & nonnisi semel mori posse, ad hæc, nonnisi vnam te vitam habere, & ipsam breuem, ac tibi particularem; deniq; nonnisi vnicā esse gloriam, & hanc æternam. hæc si cogitaris, multa facere desines, qua alioqui factura esses.
69. Votum omne ac desiderium tuum sit, vt Deum videas: timor, ne eum fortasse amittas: tristitia, quod eo non poteris; letitia verò solùm in eo quod ad illum te potest conducere; itaque summa in pace viues.

DEO GRATIAS.

FINIS.



TRACTATUS,  
**CASTELLVM ANIMAE**  
 VEL  
 SEPTEM MANSIONES  
 DICTVS,

*A S. Matre Teresa de Iesu, in usum suarum  
 Monialium conscriptus.*

S. M. TERESÆ DE IESV  
 AD LECTOREM PRÆLOQVIUM.



Inter ea quæ mihi Superiores mandarūt, pauca sunt, quæ ad eodē mihi ad adimplendum difficilia fuere, atque modò est, aliquid de oratione conscribere: tum quòd mihi ad hoc faciendum Dominus spiritum vel animum dare non videatur; tum quòd, iam inde à trimestri, caput meum ita perturbatum ac debile fuerit, vt vix ea quæ scriptis per necessaria sunt, queam conscribere. Sed, cum non ignorem, eam obedientiæ vim esse, vt etiam quæ factu impossibilia videntur, leuia ac facilia reddere, ac velut complanare soleat; voluntas hoc quàm libentissimè exequi & aggredi statuit, tametsi natura & exterior homo ab hoc ipso maximè alienus, ac propterea non parum affligi videatur. Neque enim tantum adhuc mihi Dominus robur dedit, vt istos cum assidua inualetudine & infirmitate, nec non diuersorum generum occupationibus confictus, sine magna illius repugnantia ac contradictione queam sustinere. faciat id ille, qui alia longè difficiliora, quòd mihi gratiam faceret, facere est dignatus; in cuius etiam misericordia confido. Credo equidem, me non, multo plura, quàm aliis in rebus quas iussa sum scribere, dixi, in hac posse dicere: imò verò timo, ne penè omnia eadem sint cum iis quæ dixi aliàs. Nam sicuti aues, quæ verba quædam proferre docentur, plura proferre neque-

*Quàm in-  
 uita ad hęc  
 scriptionē  
 S. M. des-  
 cendat.*

nequeunt quàm doceantur vel audiant, atque hæc ipsa crebrius repetunt; eodem planè modo mihi vsu venit. Vnde, si me Dominus aliquid noni & inauditi proferre & depromere volet, maiestas illius id mihi suggeret, aut mihi in memoriam reuocare dignabitur id, quod alias dixi: nam vel hoc ipsum mihi satis foret, quod memoria mihi modo ita vacillet, vt etiam gauderem si nõnulla referre & repetere rectè possem eorum, quæ bene à me alias dicta fuisse dicebantur, quæ per se fortasse interciderent. Si ne hoc quidem mihi Dominus concesserit, equidem non parum inde lucri capiã, quòd, quò meis Superioribus obediam, me ipsa defatigem, capitisque tormentum adaugeam, esto ex ijs quæ dictura sum, nullus ad alios fructus sit peruenturus. Vnde hodierna die, Dominica inquam SS. Trinitatis, auno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, in hocce S. Iosephi Ordinis Carmelitani, in ciuitate Tolerana erecto monasterio, (vbi in presentiarum ago) obedientiam adimplere, & quod iussa sum, exequi incipio; in omnibus verò quæ dictura sum, iudicio & censura me subiicio illius qui eadem me scribere mandauit; qui sanè viri sunt eruditione non vulgari. Si quid porro dixerò, quod doctrinæ Ecclesiæ Catholicæ ac Romanæ non per omnia conforme sit, ex ignorantia, non ex malitia, dictum id erit. Hoc quippe certò & indubitatè credi potest, semper me ei subiectam fuisse, & per Dei bonitatem, subiectam fore, & etiamnum subiectam esse. sit ipse in æternum benedictus & glorificatus in sæcula. Amen.

*Submissit  
se iudicio  
superiorum  
Ecclesiæ.*

*Cur ipsa  
hæc iussa  
sit scribere.*

Qui verò hæc me scribere iusserunt, mihi dixere, cum horum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo monasteriorum Moniales opus habeant aliquo, qui ipsis nonnulla circa orationem dubia ac controuersias enucleet, visum sibi esse, fore vt mulieres mulierem melius intelligant, & quoniam me diligunt, melius ipsis profint quæcumque ego iis dixerò; ac proinde putare se, si quid in medium de hac materia attulero, id non inutile, sed operæ pretium fore. Atque ideo in ijs quæ hic tractabo, ad ipsas sermonè conuertam; tum quod stolidum ac ridiculū mihi videatur, cogitare, hæc etiam alijs personis vsui & commodo esse posse. Nimis quàm magnam sanè mihi Dominus fecerit gratiam, si vel aliqua



aliqua ipsarum inde proficiat, quo ipsum vel aliquantulum dilaudet ac sanctificet. Nouit porro Maiestas eius, aliud me non intendere, nec spectare. Ceterum certissimum & euidentissimum est, ipsas, si quando quid bene & oportune hic dictum erit, facile intellecturas, id meum non esse, nec à me proficisci, (cùm sic de me opinandi nulla ratio subsit) sed quòd tam tenui sim ingenio, & ad similem materiam tractandam adeò parum apta, vt, nisi Dominus pro sua benignitate ac misericordia hosce in me defectus suppleat, nihil omnino possim.

## MANSIO PRIMA.

*Duo haec complectitur Capita.*

### CAPVT I.

AGIT DE ANIMARVM NOSTRARVM PVLCHRITVDINE ET dignitate. Similitudinem quamdam adfert, è qua illa intelligatur. Adhac ostendit, quantum ex eo quod illum intelligamus, donaq; & gratias quas à Deo recipimus cognoscamus, boni ac commodi consequi possimus. Denique demonstrat, Castellum huius portam esse orationem.

CVM Dominum rogarem, vt pro me ipse loqueretur, quòd ipsa nihil bene dicere possem, neu quomodo adimplere incipiam id quod iussa sum facere, nollem, illo suggerente, mihi occurrit, id quod in praesens iam dicam, vt aliquo solido fundamento reliqua quae post dictura sum, superstruantur. Quod est, considerare & imaginari, animam nostram velut castellum esse, è solido quodam adamante, aut lympidissimo crystallo constructum & concinnatum, cuius multa sint habitacula & diuersoria, quemadmodum & in caelo mansiones multae & variae sunt. Etenim, si bene rem consideremus, rarissima, anima iusti aliud nihil est, quàm paradisus quidam, in qua qui Dominus ipsius est deliciatur, & voluptates suas capit. Quod cùm ita esse vobis appareat, quale ergo sit oportet, cubiculum, in quo tam potens, sapiens, mundus, omnibusq; bonis adeò plenus, Rex sese oblectat & commoratur? Equidem nihil inuenio, quo cum ingentè animae pulchritudinè, immensamq; eiusdem amplitudinem queam comparare. Et sanè humanus intellectus, quantumlibet acutus & perspicax, vix potest comprehendere, quemadmodum nec eò pertingere potest, vt perfecte Deum consideret aut comprehendat,

*Anima iustis paradisus est Dei.*

*Anima ad  
Dei simili-  
tudinem  
condita est.*

*Homini  
stupor in a-  
nima rebu.*

cùm ipsemet nos ad suam nos imaginem & similitudinem creasse se dicat. Itaque si hoc ita se habeat, (vti reuera se habet) non est, quòd in castelli huius pulchritudinem comprehendere volendo, nos ipsæ torqueamus, aut magnoperè laboremus. Nam tametsi talis inter castellum hoc & Deum sit differentia, qualis inter Creatorem & creaturam, (cùm nonnisi creatura sit) satis tamen est, ad ingentem animæ dignitatem & pulchritudinem intelligendam, ipsammet diuinam Maiestatem dicere, ipsam ad imaginem suam conditam esse. Non parua sanè miseria & confusio est, quòd nostrâ culpâ nos ipsas minimè intelligamus. Annon intolerabilis stupor esset, carissimæ, si quispiam, interrogatus quis esset, se ipsum ignoraret, aut quæ eum parua produxisset. Sanè si hoc ipsum insignis quidam & bestialis stupor foret, is indubiè incomparabiliter maior & intolerabilior in nobis est, dum scire negligimus, ecquid ipsa simus, sed corporeis hisce negotijs nos applicamus; & sic rudi quodam modo scimus, nos animam habere, nimirum tantum quia id ex alijs audiuius, & fides nos ipsum docet. Rarò saltem consideramus, quanta aut qualia in anima illa esse queant bona, aut quis ipsam inhabitet, aut ecquod illius sit pretium aut dignitas. itaque nullam aut certe valdè tenuem, in illius pulchritudine omnimodis conseruanda operam & diligentiam adhibemus; cùm illa omnis nonnisi circa extimum vallum, & exteriorem castelli huius ambitum, corpora hæc videlicet terrena, versetur.

*Omnes di-  
uinae gra-  
tias homo  
intelligere  
potest.*

Imaginemur igitur ac consideremus, castellum hoc (vti iam supra insinuauimus) diuersa habere habitacula & mansiones, quorum alia supernè, alia infernè sunt, alia item ad latus; in illorum autem omnium centro seu medio, præcipuum & primarium cubiculum esse, in quo inter Deum & animam secretissima negotia, maxime que arcana pertractantur. Hanc vos similitudinem vobismetipsis imprimatis, & ad ipsam reflectatis velim: nam forsitan Domino placebit, vt eius adminiculo aliquid vobis illarum gratiarum, quas Deus in anima operari dignatur, ac quod illarum sit discrimen, quousque quidem id possibile esse intelligam: declarare possim; nam vt quis eas omnes intelligat, omnino impossibile est (tam ex multæ & variæ sunt) multo minùs aliquis qui ita improbus est, atque ego sum. Propterea non exiguæ vobis consolationi erit, si quando vos Dominus eas intelligere faciet, (quod sanè possibile est;) quibus verò hanc is gratiam negaturus est, magnam illius bonitatis laudandæ deprædicandæ que hinc occasionem sument. Nam sicut eorum quæ in cælo sunt, & eorum quibus Sancti illie fruuntur, consideratio nullum prorsus nobis damnum adfert; imò verò vt exultemus, & id ipsum, quo illi iam fruuntur, consequi etiam allaboremus, in causa est.

estrua quoque nobis minimè nocebit, considerare, fieri posse, vt Deus ad eò potens se vermiculis quibusdam tam foetidis in hoc exilij loco comunicet, ac familiarem reddat, eosq; bonitate tam bona & misericordiae ad eò immensa diligit. Equidem mihi persuadeo, illum, cui noxamento erit intelligere, fieri posse, vt Deus isthoc in exilio hanc suis gratiam praestet, parum tum humilitatis, tum amoris in proximum, habere. Alioquin, qui fieri posset, non magnopere nos gaudere, videndo, Deum id genus gratias cuidam è fratribus nostris conferre, cum hoc non impediatur, quo minus & nobis eas conferat, & sua Maieestas illius magnalia cuiuslibet passum manifestet. Nam aliquando ideo tantum id faciet, vt haec omnibus patefaciat ac manifestet, quemadmodum de caeco nato, cui oculos restituit, ipsemet percontantibus Apostolis, num ob peccata ipsius, an parentum, haec ei caecitas immissa esset, respondit. Vnde interdum haec gratias confert, non tam, quòd sanctiores sunt hi quibus eas confert, illis quibus eas negat; quàm vt magnitudo ipsius hominibus innotescat, (vti in Apostolo Paulo & S. Maria Magdalena factum esse constat) nosque ipsum in creaturis suis laudemus ac celebremus. Dicat forsitan aliquis, haec exotica & impossibilia videri, bonumque esse, nullum paruulis & infirmis scandalum dari. Sed respondeo, minus damni secuturum ex eo quòd tales haec non credant, & velut impossibilia ducant, quàm ex eo quòd illorum, quibus eas Dominus faciet, quique propterea deliciosè laetabuntur, seque ipsos ad eum, qui tantam secum misericordiam fecit, (cum tanta illius potentia sit ac maieestas) magis amandum exstimulabunt, consulere commodo ac profectui negligamus. Quanto verò magis hoc me facere oportet, quòd cum talibus me loqui sciam, à quibus tale periculum timendum non est; eò quod noverint & credant, etiam multo maiora Deum amoris signa & argumenta ostendere. Hoc scio, eum qui hoc minimè credet, etiam id per experientiam & re ipsa non percepturum: nullum quippe Deus operibus suis terminum aut mensuram statui amat. Quapropter, carissimæ, quas Dominus hac via non conducet nunquam vobis id eueniat rogo.

Vt ergo ad pulchrum & amœnum castellum nostrum reuertamur, videndum iam nobis est, quo in ipsum modo intrare poterimus. Videbor fortassis quid stultum & extra propositum loqui: nam si castellum hoc, anima nostra est, certum est, nullum ad eam aditum patere, cum ipsamet castellum sit: perinde ac stolidus foret alicui dicere, locum illud vt ingrederetur, in quo iam de facto versatur. Sed noueritis oportet, magnam esse inter vnū versari, & alterum differentiã: multæ quippe sunt animæ, quæ in circuitu & ambitu castelli solū versantur (vbi nominatim sunt illi qui ipsū custodiunt & excubitores) quique; de introgrediendo multū non laborant

*Magnalia  
sua vt Deum  
manifestas,  
aliquando  
gratias  
facit.*

*Quomodo  
in castelli  
patens ad-  
eua.*

& , quid in tam pretioso loco rerum contineatur , aut quisquam intus agat , neu quot aut quæ habitacula mansionesque comprehendat , ignorant. Legeritis iam ( non dubito ) in nonnullis libris , de orandi modo agentibus , animæ piæ passim consuli , vt ad seipsam introgrediatur . Atque hoc ipsum est , de quo hîc loquor . Monita pridem ex ore viri cum primis eruditi intellexi , animas quæ se in oratione minimè exercent , ad instar corporis paralyti aut apoplexia tacti esse ; quod , tametsi pedes & manus habeat , ipsas tamen mouere nequit ; hinc illas persimiles esse . Ad hæc esse animas , ad eò infirmas & rebus exterioribus ita affixas , nullo vt modo ad seipsæ introgredi nequeant ; eo quod consuetudo semper cum verbibus ac bestijs , quæ circum castellum sunt , agendi , quam induerunt , ita ipsis iam irradicata & in sculpra est , vt ipsis bestijs iam similes factæ , & illarum naturam induisse videantur . Et , esto natura & origine ita sint nobiles , vt non nisi cum solo Deo eas decere possit conuersatio , nullatenus tamen hoc ipsis potest persuaderi . Quare si huiusmodi animæ ingentem miseriam suam intelligere , ei que remedium adhibere non satagant , ad instar statuarum salis manebunt , quod caput ad seipsas non retrouerant ; quemadmodum & vxori Lot contigit , quia caput circumuertendo respexit .

*Anima orationem non exercentis, est velut paralytica .*

*Oratio, castelli huius est porta .*

*Qua oratio disci oratio intratur .*

Quamobrem , quantum ipsa possum intelligere , porta quâ in castellum hoc intratur , oratio est & consideratio : quo nomine tam orationem vocalem intelligo , quàm mentalem ; vt enim oratio bona sit , cum consideratione fiat oportet ; quia quæ non aduertit , quicum loquatur , & quid petat , & quis sit ipse petens , & à quo petatur , quantumcunque labia moueat , vix orationis nomen meretur . Nam esto interdum talis , oratio dici queat , quamuis adhæc quæ dixi , non aduertat , id inde fit , quòd hanc attentionem iam semel antè habuit . sed , qui ita cum Dei maiestate loqui consuevit , tamquam si seruum suum alloqueretur , nullatenus vt reflectat ac videat , malè ne loquatur , sed , quidquid in buccam venit , & quod iam memoriter tenet , vt etiam alias postea ipsum repetere possit , effuiat ; hanc orationis nomine non dignor , & non permittat Deus , vltus vt Christianus hoc orationem modo instituat . Inter vos namque carissimæ , nullam quæ sit huiusmodi , Deo dante , fore spero , quòd laudabilem de rebus interioribus , & ad animam spectantibus , identidem agendi consuetudinem habeatis ; quæ quidem optima est ratio , ad in similem bestialitatem non incidendum .

Itaque , cum animabus istis claudis & mancis non sit nobis sermo , quæ ( nisi Dominus ipse iusserit vt exsurgant , quemadmodum olim languidum illum ad piscinam , qui octo & triginta ipsis annis ibi iacuerat , surgere iussit ) satis infelices & miseræ sunt , magnoque in periculo versantur

sanctur: sed cum alijs animabus, quæ in Castellum tandem aliquando intronmittuntur. nam, etsi adhuc in mundanarum turbarum medio versentur, ipsæque etiam innarent, bona subinde tamen desideria concipiunt, vt interdum, licet rariùs, Deo se commendent; & licet obiter tantum ac leuiter considerant quid sint; adhæc, subinde per mensem, orationem vocalem instituunt, quod cogitationem & animam mille negotiorum curis distractum habeant. Hoc ipsis penè commune & ordinarium est: nam rebus illis ira affixi & astricti sunt, vt, vbi illorum thesaurus est, illuc & cor ipsorum feratur. Quare nonnunquam apud se statuunt negotijs illis se exsoluere & expedire. Et sanè magni momenti res est, sui ipsorum cognitio, ac videre quòd non recta incedant, vt sic ad castelli portam tandem pertingant. Vnde tandem in primas extimasque mansiones infernas ingrediuntur; sed simul cum ipsis, tot reptilia & vermes subeunt, vt nec castelli ipsos videre pulchritudinem sinant, nec quietem vllam indulgeant. Multum scilicet præstant, quòd etiam intrauerint.

*Mundani  
quomodo  
tandem in-  
tra castellum  
hoc admis-  
tantur.*

Videbitur hoc fortasse vobis, carissimæ, valdè impertinens, quòd, (quæ Dei benignitas) de numero illarum non sitis. Sed patienter ferte me: neque enim aliter vobis exponere & declarare interiora quædam orationis mysteria, prout quidem ego illa intelligo, nisi hac ratione & modo, possem: & adhuc det Deus, vt vel sic aliquid dicere valeam; quòd enim declarare vobis hîc cupio, perdifficile & obscurum est, nisi aliquam eius habeatis experientiam, quæ si adsit, videbitis, non posse fieri minùs, quàm obiter sic tangere ea, quæ Dominus misericordia sua faciat, vt nos minimè tangerent.

## CAPVT II.

OSTENDIT, QUAM FOEDA RES SIT ANIMA IN MORTALIS peccati statu agens; & quomodo Dominus cuidam aliquid quoad hoc indicare & patefacere voluerit. Agit præterea obiter de sui ipsius cognitione. Est autem caput hoc cum primis vile, quòd notabilia quædam puncta contineat demum declarat, quomodo mansiones hæc intelligenda sint.

**A**Ntequam verò vlteriùs progrediar, velim consideretis, quàm informe & triste spectaculum erit, splendidum hoc & pulchrum ad eò castellum, hanc Orientalem gemmam, hanc vitæ arborem, in ipsis vitiis vitæ aquis (Deo inquam) plantatam, in mortale aliquod crimen prolapsam videre. Nullæ sunt tenebræ adeo tenebrosæ, nulla caligo tam caliginosa & atra, vt talis anima his non sit tetrior & obscurior. Plura hæc de re scire non curetis, quàm, quòd, etsi idem sol, qui antea ita ipsam illustrabat & insigniebat, adhuc in animæ illius centro sit; ita tamen ibi sit, quasi non esset, nihil scilicet vt de illius lumine ipsa participare possit, esto,

*Peccati  
mortalis  
damna.*

esto, ad illius Maiestate fruendum, adhuc tam apta & idonea sit, quam vitrum crystallinum, ut in sole splendeat. Proinde nulla omnino res illi iuuat: atque inde fit, ut, quaecumque bona opera hoc in peccati mortalis statu facit, nihil omnino ei, ad caelestem gloriam consequendam, conducant: nam quod à principio illo, quod est Deus, (à quo virtus nostra habet, quod sit virtus) non procedant, sed ab illo nos sequestremus, oculis illius grata esse non potest. cum illius qui letale peccatum committit, intentio demum sit, non tam Deo, quam dæmoni gratificari & placere; quificut ipsamet tenebræ est, ita & misera anima tota fit tenebræ & caligo.

*Anima in  
mortali a-  
gentis status  
cuidam  
quomodo  
indicatus.*

Equidem noui personam quamdam, cui Dominus declarare dignatus est, quis animæ foret status dum letaliter peccat. hæc dicebat, videri sibi, siquidem id homines intelligerent ac nossent, fore, nullus ut peccaret, tametsi etiam grauissimas, ad occasiones peccati, euitandas, ipsum subire molestias ac mala oporteret. Vnde vehementer optabat, ut omnes qui in mundo sunt, id intelligerent: quod & vos, carissimæ, optare velim, ac Deum studiosè inixeque rogare pro ijs qui illo in statu sunt, qui iam toti caligo & obscuritas facti sunt, uti & omnia illorum opera. Nam quemadmodum omnes riuli, à fonte pellucidissimo promanantes, clari quoque sunt & pellucidi; qualis haud dubiè est anima quæ in gratiæ statu est (inde namque fit, opera eius Dei & hominû oculis ita accepta esse, quod à fonte hoc vitæ procedant), in quo anima ad instar arboris plantata est: neque enim virorem vllum, vel fructum haberet, nisi hinc ei prouenirent; nam hic eam sustentat, utque non defatigetur, sed bonum continuò fructum adferat, efficit:) sic viceuersa quidquid ab anima, quæ culpâ suâ & demerito ab hoc fonte declinat, inque alia teterrima putidissimaque aqua sese transplantat, decurrit ac fluit, ipsamet corruptio, horror & turpitude est. Considerandum porro hic est, fontem hunc, & rutilantem hunc solem, qui in animæ centro est, suum fulgorem & pulchritudinem, (quia intra ipsam semper est, nihilque illius pulchritudinem auferre & eripere potest) non amittere. at, si vitro Crystallino, ad solem exposito, nigerrimus quidam pannus oppandatur, certum est, solem, esto suos in hunc radios immittat, suam in vitro operationem & effectum non operaturum.

*Lux semper  
in animis  
est.*

Considerate & noscite vos ipsas, ô animæ Iesu Christi sanguine redemptæ, vestrique ipsarum vos misereat, qui fieri potest, vos, cum hoc intelligatis, operam non dare, ut isthoc à vitro crystallino velamen auferatur? considerate, si vos hoc in statu mors occupet, fore, ut hac luce nunquam vobis exinde frui detur. Quam, ô bone IESU, deploro-

deploranda res est, animam ab hac sequestrari & se mouerit quam destituta manent misera castelli habitacula? quã turbati sunt sensus? quæ non colluuiis in ijs viuit? ipsæ verò potentia, q̄ sunt velut præfecti, castellani, æconomi, & promicondi, quanta in cecitate agunt, quàm dissolutè & libere feruntur? denique quem arbor fructum, nisi pro ratione fundi, in quo planta est, dæmone inquam, dare potest?

Audiui virum quemdam spiritualem dicentem, non tam mirari se ea quæ quis in peccato mortali existēs faciebat, quàm ea quæ non faceret. Pro sua nos Deus misericordia à tanto malo liberet: quamdiu enim hic viuimus, nihil est quod hoc mali nomine queat appellari, quàm hoc vnum, eò quod mala æterna, nullum vnquam finem habitura, nobis adferat. Hoc est, carissima, quod nos timere oportet, hoc quod nostris in orationibus à Deo petere: nisi enim ipse custodierit ciuitatē, in vanum laborabimus eā custodiēdo, cū ipsa simus vanitas. Dicebat insuper illa persona de qua supra, duo se emolumenta è gratia, quam sibi Dōminus hoc indicādo præstiterat, collegisse: Primò, maximum quemdam timorē, ne quando eum vnquam offenderet; vnde numquam nō eum rogabat, ne se in peccatum labi sineret, præsertim cum tam terribilia ex eo videret damna pullulare. Deinde speculum quoddam ad humilitatem, cū videret, omne quod agimus bonum, suum nō à nobis ipsis, sed à fonte illo, iuxta quem hæc animarum nostrarum arbor plātata est, & à sole illo, qui operibus nostris calorem afflat, principium habere. Aiebat, ita sibi clarè hoc repræsentatum esse, vt, cū aut ipsa aliquod bonum faceret, aut fieri ab alio videret, ad illius mox principiū recurreret, atq; liquidò perspiceret, hoc sine auxilio nihil penitus nos posse; indeque sibi proueniret, quod statim in Dei laudes prorumperet, & vt plurimum sui ipsius, in bono quod ageret, non recordaretur, illiusque etiam obliuisceretur.

*Peccatum  
verè malū,  
nomine dig-  
num.*

Quod vos hisce legendis & ego scribendis impenderemus tempus, carissima, frustra impensum, nec perditum foret, si duo hæc puncta hinc consequi possemus. Qui docti sunt, & bono ingenio, satis quidem per se norunt, nec quoad illa edoceri opus habent; at nos mulieres, quæ ita stupida & obtusa sumus, de omnibus instrui oportet & edoceri. Vnde fortasse id genus similitudines nobis tradi, & ad nostram notitiam venire Dominus cupit: atque ad hoc, diuina eius bonitas gratiam nobis concedat. Eninuerò tam ad intelligendum difficiles sunt res hæc superiores, vt eum qui tam parum gnarus & versatus est atque ego, multa superflua, & ad rem minimè pertinentia necesse sit dicere, vt vel sic demum aliquid ad rem faciens dicat: vnde Lector multa instructus patientiæ ad legendum accedat oportet, cū & ipsa eandem habeam,

*Res interna  
intellectu  
difficiles  
sunt.*

vt scri-

vt scribam ea quæ quid sint nescio. Nam certè, nonnunquam chartam in manus sumo, aliquid velut scripturiens; & ecce, hæreo mox velut statua, nesciens quid scriptura sim, aut vndenam ordiar. Permultum vestrà interesse noui, me aliqua secretiora orationis mysteria, quoad possum, vobis declarare: etenim semper nobis occinitur & dicitur, quàm bona & salutaris sit oratio, quin & ad illam tanto temporis spatio habendam certa quadam in constitutionibus nostris regula obligamur; interim plus nobis non declaratur, quàm quod assequi ipsæ per nos possumus: De ijs autem quæ Dominus in anima supernaturaliter operatur, nihil, aut certè parum, nobis declaratur. Si ergo hoc iam hic diuersimodè explicetur & exponatur, non mediocri sanè nobis solatio esse debet, cœleste hoc ædificium, cuius penetralia & interiora tam parum mortalibus patent ac nora sunt, tamen si multi sint, qui in eo versentur, considerare. Et licet in alijs rebus quas scripsi, mihi Dominus dederit, aliquid vt intelligerem; aduertitamen, nonnullas earum me non tam bene intellexisse tunc, quàm eas postea intellexi, eas præferim, quæ obscuriores ac difficiliiores erant. Labor omnis in eo versatur, quòd, vt de ijs aliquid benè & pro captu dicere possim, multa (vt iam antè insinuari) iam aliunde satis nota, me necesse sit adferre; quod, ob ingenij mei stuporem & ruditatem, aliter fieri non potest.

Iam ergo ad nostrum plurium mansionum castellum reuertamur.

*Quomodo  
sint castelli  
habisacula  
disposita.*

Quas ita vos concipere aut imaginari non oportet, quasi vna post aliam certo velut ordine & filo sequatur; sed oculos in centrum, vbi Regis ipsius locus ac conclaue est, conijcere; simulque considerare, quemadmodum palmæ fructus multis inuolucris & tunicis inuolutus est, quas omnes euoluat oportet qui pulpa quæ sub ipsis tegitur, vesci cupit; ita hic circum hoc conclaue, vti & supra ipsum, multa esse habitacula (nam ea quæ ad animam spectant, semper plena, ampla & grandia concipienda sunt; cum quidquid de ipsa dicitur, per exaggerationem in immensum non extollatur; nam multo ipsa capacior est, quàm quidquid de eius capacitate & amplitudine imaginari poterimus;) ad omnes verò eius partes & mansiones suis se sol ille, qui in hoc palatio sedem suam habet, radijs diffundit. Animæ verò cuiuscumque, quæ orationem tenet, siue parum, siue multum, cum primis necessarium est, vt non coarctetur, nec concludatur, sed, cum eam Deus tanta esse dignitatis voluerit, liberè sine vlla restrictione, per omnia illius habitacula, tam supernè, quàm infernè, & ad latus vtrumque, ambulare permittatur. Diu vno in loco, tamen etsi in sui ipsius cognitione foret, hætere non laboret: (imprimis enim illa, fateor, necessaria est (videant vt intelligant quid velim) etiam ijs, quas Dominus in interiori suo conclauis apud se detinet. Quantumcumque  
erim

*Anima ca-  
pacitas.*

*Sui cognitio  
quam vni-  
us: non ta-  
men obstat,  
quòd inuis  
Deus sub  
inde consi-  
derari pos-  
sit.*



enim in sublimè animæ extollantur, nihil tamen aliud eas perficit quàm propria cognitio, nec, etiam si velint, aliud facere poterunt. Humilitas namq; adinstar apiculæ in alueari suo mellificantis, semper operatur & agit: hæc enim ni adsit, omnia nihil sunt & perdita. Verùm, quemadmodum apis propterea non omittit egredi, & ad florilegium euolare; sic & anima, esto in sui ipsius cognitione versetur, me suadente, interdum ad magnitudinem ac maiestatem Dei sui considerandam euolet. In hac namque melius, quàm in semetipsa, sui ipsius vilitatem perspiciet; ad hæc, ab immundis illis insectis & vermibus, quæ ad prima habitacula, (quæ sui ipsius cognitio est) subrepunt, tutior erit & liberior. Nam, sicuti dixi, nimis quàm magna Dei misericordia est, quòd in hac se re exercere possit: nam, vt vulgari Hispanico, prouerbio dicitur, tanti est nimium, quanti minus. Et mihi credite, multo nos melius sic cù Dei gratia & ope, virtutem operaturas, quàm si vilitatis nostræ considerationi perpetuò semperque inhæreremus.

Nescio porro, num quæ dixi, satis apertè dicta sint vt intelligantur; cùm tanti sit momenti hæc sui ipsius cognitio, vt eam vos numquam vellem omittere vel remittere, quatumcumque sublimè in cælos vos eleuari contingat: cùm quamdiu in terra agimus, nihil magis quàm humilitas nobis necessarium sit. Vnde iterum dico & repeto, non solum valdè bonum, sed & per optimum esse, vt antè in habitaculum, in quo de hac sui ipsius cognitione tractatur, intrare procurem<sup>9</sup>, quàm vltèriùs ad reliqua volemus: illa namque est via, quæ ad reliqua conducit. Et, si viâ tutâ & per planum incedere possimus; ad quid nobis alas ad cum periculo volandum petimus? Verum inquiramus potius, quomodo in illa quam dico, re, magis proficiamus. Et certe, meâ quidem sententiâ, nunquam nos ipsæ plene, & prout oportet cognoscemus, nisi simul & Deum cognoscere studeamus: cùm enim illius magnitudinem & maiestatem intuebitur in nostram ilico vilitatem & abiectionem oculos conijciemus; illius puritatem cum considerabimus, nostram mox immunditiam videbimus; denique quàm ipse se profundè humiliavit si perpendamus, ad oculum videre erit, quàm nos procul à vera humilitate distemus. Ceterùm, duplex hinc cõsequetur fructus. Primus, quòd, sicut corpus quoddam album nigro appositum, albius; & e contra nigrum albo vicinum, nigrius apparet; sic faciliè ex hac nostri cù Deo comparatione, quanta inter vtrumque sit distantia, appareat. Alter, quòd intellectus & voluntas nostra, hac ratione, nobiliores & ad omne bonum magis dispositæ euadant, dum simul & nos ipsas & Deum nosse allaboramus. Numquam verò è miseriarum nostrarum vilitate & cæno egredi, incongruum & noxium est. Quemadmodum supra, dum de ijs qui in peccati mortalis

*Humilitas  
in terra a-  
gentibus  
quam ne-  
cessaria.*

*E Dei cõsi-  
deratione  
nos ipsos me-  
lius perspi-  
ciemus.*

*Humilitas  
quadam est  
noxia, quin  
pusillanimitas.*

statu agunt, agebamus, illorum riuos tenebrosos, nigricantes, putrescentesque esse diximus: sic & hic (esto non sint, sicut illae aquae: Deus hoc auertat; cum non nisi ad rem melius explicandam, hanc ego comparationem adferam) si in vilitatis nostrae miseria consideranda semper haereamus, riuus noster eternus erit, timoribus, pusillanimitate, ac torpore eum perpetim turbantibus; anxie scilicet circumspiciemus, num verbi gratia sit qui me obseruet, an verò nullus; num mihi hanc ingredienti viam infeliciter sit successurum; an ad hoc vel illud opus auspicandum satis animi habeam; an non vanæ gloriæ aliqua hic materia subsit; num æquum & consentaneum rationi sit, hominem adeo vilem & miserum de re tam sublimi qualis est oratio, agere; num ceteris propterea melior habenda sim, quòd communem alijs viam non ambulem; extrema namque in re qualibet, etiam in virtutibus, sectari, periculo proximum esse solere: etenim, quòd tam multis peccatis obnoxia sum, nihil aliud hinc secuturum, quàm vt sublimius corruam: denique forsitan nec ipsa progrediar, & alijs bonis quominus progrediantur, impedimento ero, neque enim talem, qualis ego sum, particularia & singularitates sectari necesse est. Quàm multas, Deus bone! diabolus animas hac ratione decepit, & magnam facere iacturam compulit, omnia quippe hæc, illis videntur humilitas, nec non alia permulta, quæ hic adferre possem. Quod sanè non aliunde prouenit, quàm quòd non satis intelligamus, nec aduertamus, astutam illam vulpem, nostri ipsorum cognitionem in damnum nostrum torquere, si semper in illa haereamus. Neque verò id mirum est, cum & hoc & alia rimenda sint. Quamobrem moneo, carissimæ, vt in Christum Iesum, vnicum bonum nostrum, oculos conijciamus, ab illo enim, & à sanctis eius veram humilitatem addiscemus: & ibi intellectus, vt antè dictum est, nobilior euadere poterit, nec nostri ipsarum cognitio eum faciet merulosum & inertem. Nam, quamuis hæc non nisi prima sit mansio, nihilominus & splendida est, tantæque dignitatis ac pretij, vt, dummodo se à vermibus & insectis, qui ibidem sunt, anima expedire queat, haud difficulter vltèrius progressura sit.

*Diabolus  
nostri ipsorum  
cognitionem  
quomodo abusa-  
tur.*

Stratagemata, conatus, & artes dæmonis conantis impedire ne sese animæ cognoscant, viasque suas perspectas habeant, terribiles sunt. De primis hac mansione multa, quæ ipsa per experientiam didici & cognita habeo, eaque apertissima, dicere possem. quare auctor vobis sum, vt non vnum eius habitaculum, sed, dona millia consideretis: diuersis namque vijs & modis isthuc animæ ingrediuntur; omnes tamen bona cum intentione. Verùm, cum diabolus semper mala intentione ducatur, multas haud dubiè in qualibet mansione dæmonum legiones habeat necesse est,

*Dæmonis  
laquei in  
prima mansione.*

ad eas oppugnandum & impediendum, nec ex vna in alteram transcant: quod autem misera anima illius technas non percipiat, hinc sexcentis modis nobis laqueos & pedicas tendit. Quod illis animabus non tam liberè & commodè facere potest, quæ conclauì & penetrati regio viciniores sunt. Hic verò, quod adhuc à mundo absorptæ, eiusque delictis immerse sunt, & in honoribus ac vanitatum studijs adhuc euanescent, hinc animæ milites & stipatores (sensus inquam, & potentia, quas Deus ipsis dedit) natura sua satis virium non habent, eoque fit, vt istiusmodi animæ facili negotio expugnentur & succumbant. Proinde, esto ex quæ hoc in statu se videbunt, Deum offendere peccando nolint, ac firmiter id proponant, ad hæc opera quædam bona faciant; sapius tamen ad Maiestatem ipsius, (prout quidem ipsis integrum erit) recurrere, ac benedictam eius matrem, nec non sanctos eius, in patronos & intercessores assumere, ipsas oportet, vt illi pro clientibus suis certare ac pugnare, aduersus hostilem vim, dignentur, cum ad ipsas tuendas milites ac stipatores quos habent, nimis quàm imbecilles sint. Nam, vt verum fatear, in quolibet statu & mansione vires nobis à Deo submittantur & veniant necesse est; quas ipsius Maiestas nobis, pro sua misericordia, dare dignetur. Amen.

*Dei & san-  
ctorum au-  
xilium im-  
plorandum.*

Ah, quàm misera est vita hæc, carissimæ, quam viuimus! Verùm, quoniam de damno, quod nobis hinc sequitur quod quæ ad humilitatem nostrique ipsarum cognitionem spectant non satis intelligamus, alio loco multa dicta sunt; hinc plura de ijs vobis hinc non scribo, quamuis ea sint huiusmodi, vt omnia in ijs sita sint, & maximè ea nobis conducant; vtinam verò vel aliquid dictum à me sit, quod in vestram vtilitatem & profectum cedat!

Notandum verò, lumen iam inde à conclauì, in quo Rex ipse habitat, proueniens, satis tenuiter ad primam illam mansionem emicare: nam quamuis ipsa prorsus obscura ac tenebrosa non sit (vti esse diximus, dum anima letalis in peccati statu agit) aliquo tamen modo obscura est, vt eam qui in ipsa agit videre nequeat; idque non defectu loci aut mansionis (nam non satis quod volo, declarare possum, sed quia tot res noxiæ, colubri, viperæ, aliaque virulenta animalia, quæ vnà cum intrante subreperunt, illum non sinunt ad lucem reflectere. Perinde ac si, quis locum à solis radijs vnde undique perlustratum ingrediens, ita denso oculos puluere obritos & oppletos haberet, vt eos aperire non valeret. Locus ipse & mansio clara sunt, sed hanc ingressus claritatem videre nequit, impediens eum feris illis & bestijs, quæ oculos illius excæcant, quò, præter ipsas, nihil omnino videat. Non aliter, meo iudicio, contingere in illa anima debet, quæ, esto in malo non

*Cur lumen  
prima mā-  
sonis videri  
non queat.*

fit statu, nihilominus ira mundi huius rebus implexa tenetur, ac diuitiarum, honorum, negotiorum (vti dixi) profundo ira inuoluta & immersa est, vt, esto re ipsa suam ipsa videre pulchritudinem, eaque frui vellet, eam illa impediunt, imò ne se quidem ipsa à tot impedimentis ac retinaculis expedire posse videatur. Par proinde est ac necessarium, vt, si quis ad secundam mansionem & cameram transire vltcrius velit, res negotiaque minimè necessaria, pro suo quisque statu & conditione, à se abdicet ac refecet. Tanti quippe hoc, vt ad primarium conclave penetrare detur, refert, vt, nisi hoc facere semel incipiat, pro impossibili ducam vt aliquando eò penetret, imò etiam in illa in qua est modò mansione, non multis magnisq; exponendus sit periculis, esto iam castellum sit ingressus. Fieri enim non potest, vt non semel atque iterum, ab animalibus ita virulentis, inter quæ agit, lædatur ac mordeatur.

Quid ergo de nobis alijsque foret, carissimæ, quæ, cum iam ab hisce laqueis & pedicis liberæ, & iam alia secretiora castelli habitacula penitus ingressæ simus, nostrâ ipsæ culpâ & demerito, rursus in istos fluctus ac strepitus nos ingereremus; quemadmodum, peccatis nostris id merentibus, multi esse possunt, qui, post acceptas à Deo Optim. Max: gratias, suâ culpâ & vitio ad hanc ruinam & miseriam recidunt. Hic quidem, quoad exteriora, satis liberæ & immunes sumus; faxit Deus, vt & quoad interiora simus, & ad hoc ipse, nobis gratiam concedat. Date operam, carissimæ, ne ob alios vos ipsas torqueatis ac sollicitæ sitis: ac considerate, vix vllam castelli huius mansionem esse, in qua dæmones non oppugnent eos qui in ipsa versantur. Verum quidem est, in harum nonnullis præfidiarios & excubitores (ipsas inquam potentias, vt antè me credo dixisse) ad pugnandum & instructos esse, & vires habere: sed interea & nos à parte nostra aduigilare necesse est, vt nullus nos torpor vel somnolentia occupet, ad illarum techmas & stratagemata detegenda, ac ne nos ipsi decipiant, dum in Angelos lucis se transfigurant, multa quippe sunt quæ, sensim sese insinuando & subrependo, maximo nobis nocumento esse possunt, & quidem ita clam, vt non ante damnum percipiamus, quàm ipsum iam illatum sit. Iam alio in loco vobis dixi, id esse ad instar limæ, quæ, quod nullum stridorem cieat, surda vocatur: vt iam tum in ipsis principijs, & initio, ad id reflectere nos oporteat. Aliquo, quo melius rem intelligatis, exemplo eam confirmabo: Cuidam de Monialibus subinde ingentem quemdam ad austeritates subeundas impetum indit, vt quiescere se non posse putet, nisi cum corpus & carnem suam vexat & affligit. Hoc quidem principium bonum est; at, si Præposita veterit, ne qua, sine venia ac licentia sua, austeritates vllas subeat; moni-

*Turpe est  
per peccatum  
gratiam exci-  
dere.*

*Diaboli  
fraudes.*

moniali intereâ diabolus persuadeat, sibi in re aded bona imperium superioris fas esse transgredi; vnde ipsa ei auscultans, clanculò ita in corpus seuit, vt & valetudinem destruat, & ad ea quæ regula præscribit, exequenda postmodum prorsus fiat inhabilis. Iam ergo videtis, quem tandem exitum res hæc in speciem bona ceperit. Alteri magnum perfectionis affectum zelum & desiderium inspirabit. Hoc quidem valdè bonum est: sed inde sequi posset, vt omnis quam in alijs Monialibus aduerteret, imperfectio, quantumuis exigua, enorme ei crimen & transgressio videretur; adhæc oculatissimè ad illas reflecteret, num in eas ipsæ incidant, & eas quamprimum ad Superiorem deferret. Et fieri nonnunquam posset, vt ne sua quidem errata ipsa videret; reliquæ verò ob magnum quo aguntur religionis zelum, quòd intentionem eius non intelligât, nimiam verò sollicitudinem illius videant, id non tam in bonam partem caperent. Quod autem diabolus hîc intendit, non sanè exiguum quid est; mutuum scilicet amorem & caritatem hoc pacto infrigidare & extinguere studet: quod sanè non in mediocre damnum foret. Nouerimus oportet, carissimâ, veram perfectionem in vera Dei & proximi dilectione consistere; & eo nos perfectiores fore, quo duo hæc præcepta maiore cum perfectione seruabimus. Vniuersa nostra regula & Constitutiones alium scopum non habent, quàm vt media quædam sint ad isthuc maiore cum perfectione seruandum. Caueamus itaque nobis à zelis indiscretis, qui multum inferre nobis damni possunt: & vnaquæque sibi caueat & ad se reflectat. Quòd autem aliàs plura super hac re attulerim, hinc in ea hoc loco non ero longior. Porro mutuus hic amor tanti momenti est, numquam vt illius vos vellem obliuisci: nam fieri posset, vt, dum acutè in alijs minutias quasdam notamus, quæ aliquando nec imperfectio erunt, sed (quia ignorantes & indoctæ sumus) eas saltem in deteriore partem interpretabimus, & suam anima pacem amittat, & præterea alijs suam eripiat, ipsasque inquietet. Videte ergo, an non caro hæc perfectio constituta sit.

*Mutuum amorem tollens diabolus studet.*

*Caritas inter religiofos magni momenti est.*

Posset & aduersus Superiorem hanc dæmon tentationem excitare; & tum multo maius ea periculum includit. quare magna hac in re opus est discretionè: si enim quæ agit directè contra regulam & Constitutiones tendunt, non semper in bonam ea partem accipienda sunt; sed ipsa secretò monenda, & si monita, sese non emendauerit, ad altiorem Prælatum deferenda est. atque hæc demum caritas est. Similiter si in sororibus res aliqua maioris momenti notaretur, eaque ob metum ne fortè tentatio sit ad Superiorem deferri negligatur; hoc ipsum esset tentatio.

*Superior peccans quomodo monenda.*

Seriò tamen cauendum (ne fortè nos diabolus decipiat) ne de id genus rebus inuicem colloquamur: hinc namque dæmon multum lucrari posset,

*De vitia a-  
liorum non  
loquendum.*

posset, hacque ratione detractionibus mutuis ostium aperiretur, sed ei  
solum res indicanda (quemadmodum alias dixi) quæ ei adferre remediū  
potest. Apud nos quidem (Deo laus) tantum rei huius periculum nō est,  
vt pote quæ tam continuum seruamus silentium. nihilominus bonum  
est, excubemus, & omnem in partem, ne decipiamur, circumspiciamus.

## MANSIO SECUNDA.

### *Vnum dumtaxat complectitur caput.*

#### CAPVT VNICVM.

**DECLARATIO, QUANTVM IN PERSEVERANTIA MOMEN-  
ti situm sit, vt ad vltiores Mansiones peringatur. quantum hic diabolus bellum ma-  
ueat. adhuc quantum pere expediat, in via iam tum in principio non errare, vt tati-  
dem ad illas perueniamus. Ad hoc, quoddam proponit medium, quod  
quàm efficacissimum esse, ipsa in se est experta.**

**I**AM verò videamus & declaremus, quales sint animæ, quæ in secun-  
dam mansionem ingrediuntur, & quidnam in eadem agant. vellem  
quàm paucissimis id possem decurrere, quod alio in loco vberius de hoc  
ipso sim locuta, & fieri non possit quin multa rursus hic dictura sim, quæ  
alibi dixi; eorum enim quæ alias dixi, nihil omnino recordeo. Scio, si qui-  
dem id alio modo ac via declarare, ac nouo velut cum obsonio coqueret  
possem, nobis me tædio minimè futurum, sicuti omnes hac de re agētes  
libri, esto sint plurimi, semper nobis æquè accepti sūt. De illis igitur hic  
erit sermo, qui se iam ad aliquod tempus in oratione exercuere, & intel-  
lexere quidem quanti sua intersit, in prima mansione non hæere; non-  
dum tamen apud se firmiter stauerunt, in illa non manere, sed ad-  
huc sæpè ad eam recurrunt, quod à peccandi occasionibus se non expedi-  
diant; quod sanè per quā periculosum est. Nihilominus adhuc hæc mag-  
na Dei misericordia est, quod colubros, & alia venerata animalia fugere,  
subinde procurent, simulque, quantum in eorum fuge bonum situm sit,  
intelligant. Hi ex parte longè plus laboris habent quàm priores, esto tã-  
to in periculo non versentur; tum quod ipsum iam agnoscere videantur,  
tum quod magna vltiùs progrediendi spes illis affulgeat. Plus inquam  
laboris habent: eò quod priores sunt velut muti, qui nihil audiunt, itaq;  
sua illis obmutescencia non tam grauis est, facileque eam ferunt: maior  
verò eorum labor est & pœna qui quidè audiunt, loqui verò non valent:  
non propterea tamen mutorū fors optabilior est quàm surdorum; cum  
sanè multum sit, audire posse quæcunque nobis dicuntur. Hi ergo poste-  
riores vocantem Dominum audiunt; nam quod semper introredientes  
loco

*Quinam in  
secunda  
mansione  
agant.*

*Maiorem se  
habent la-  
borem, sed  
minus peri-  
culum prio-  
ribus.*

*Audiunt  
dum vocā-  
tom.*

loco in quo Maiestas illius residet, iam viciniore sunt, ipse se valde bonum vicinum praestat; adhuc misericordia & bonitas illius tanta est, vt, esto adhuc in nostris voluptatibus, negotijs, delicijs, ac tumultibus saeculi huius haereamus, atque in peccata identidem labamur, & denuo resurgamus (haec namque animalia ita virulenta sunt, eorumque consortium ita noxium, ad haec inquieta & tumultuosa, vt pro miraculo foret, inter ea agentem, non continuo cespitare ad cadendum;) nihilominus Dominus hic noster tanti faciat, quod eum diligamus, eiusque contubernium sectemur, vt semel atque iterum nos vocet, quo ad illum accedamus propius. Haecque illius vox ita dulcis est, vt misella anima nostra penam in se deficiat & annihiletur, quod statim quod ipse iubet, exequi nequeat, itaque, sicuti dixi, longe illi grauius est audire, quam penitus non audire. Non dico porro, tales has esse voces & vocationes, quales illae de quibus postea dicendi locus erit, sed eas per piorum hominum colloquia, sacras conciones, bonorum librorum lectionem, aut alia multa fieri, per quae Deum aliquando vocare audistis, puta morbos & afflictiones, & aduersitates; adhuc per veritatem quamdam, quam tum cum orationi insistimus, ipse aperit ac detegit: quae, quantumuis remissa ac frigida sit, magni a Deo fieri solet. Vos porro, carissimae, primam hanc gratiam pro parua nolite reputare, nec contristemini aut deiciamini, esto vocanti Domino quamprimum non respondeatis: longanimis est enim Maiestas eius, & ad multos dies, quin & annos, patienter expectare vocatos potest, praesertim cum perseuerantiam & bona proposita in vocato notat. Haec namque imprimis hic necessaria est, nam per illam numquam non homo multum lucratur.

*Vocat Deus animam diuersimode.*

*Illis longanimis & patientia.*

*Demon quomodo oppugnet secundam mansionem ingressos.*

Verum mirae & terribiles sunt, quas diabolus hic intentat, oppugnationes, & quidem sexcentis artibus & machinis, maiori que cum animae afflictione, quam in prima mansionem sensit. Illic namque erat muta & surda, aut saltem valde parum audiebat, & minus, oppugnanti, resistebat, tamquam qui ex parte de victoria consequenda desperat. Hic vero & intellectus est viuacior, & animae facultates cautiore; & bombardarum fragores & ictus ita peraguntur, vt animae non possit eos non audire. Et enim hosce inanes rerum saeculi huius fulgores demones hic viuaciter memoriae representant, eiusque; delicias ac voluptates, quasi aeternas, meti obijciunt; adhuc, quanti ab hominibus mundanis fiant & aestimantur, ite amicos, consanguineos, valetudinis per austeritates corporeas conseruationem (nam quae hanc mansionem ingreditur anima, semper aliquam subire austeritatem velle incipit) & alia sex cetera huiusmodi impedimentorum genera. Quam, o mi IESU, tempestates & turbines, quos cacodemones hic concitant, sunt terribiles; quantae sunt misellae animae, ulterius progredi, an retro ad primam mansionem pedem referre debeat nescientis, affli-

*ctiones!*

*Ratiocinia,  
quibus ani-  
ma à mun-  
do auocetur.*

*Cosmophi-  
lorum finis  
& uanitas.*

ctiones! Nam ex alia parte ratio ei repræsentat fraudes & technas insidiatoris, ei ostendendo, speciosa illa omnia nullius planè momenti esse, respectu & comparatione eorum ad quæ ipsa aspirat. Fides deinde eam docet, quid sit quod hominem perficiat. Memoria ei repræsentat, quem tandem omnia hæc finem habeant, & quo exitu terminentur; in mentem ei reuocando mortem eorum qui rebus hisce transitorijs ad satietatem vsque fructi sunt; & quomodo nonnullos eorum etiam repentina morte uiderit exstingui, ac quàm citò eorum apud omnes memoria interciderit, ac nullus eorum iam recordetur; nec non quomodo aliquos, quos maxima rerum prosperitate florentes cognouit, in terra sepultos, omnium pedibus uiderit conculcari, & super quorum ipsa sepulcra frequenter transierit, denique illorum corpora iam scaterere uermibus & lumbricis; nec non alia id genus, quæ menti memoria potest obijcere. Voluntas denique amare gestit illum, in quo tam innumera amoris signa & argumenta perspexit, & vel unum eorū reciproco amore cõpensare uellet. Nominatim uerò ei proponitur, quomodo uerus & sincerus hic amator numquam ab ipsa recedat aut absit, ubique locorum eam comitando, vitamque & esse ei dando. Accedit mox intellectus, eique ostendit, sibi se meliorem sincerioemque amicum comparare non posse, tamen si ad plurimos vitam annos extenderet: ad hoc mundum hunc, quantus quantus est, plenum esse dolo & mendacio, & has ipsas, quas dæmon ipsi oggerit, voluptates & delicias multis esse laboribus, anxietatibus, & contradictionibus intermixtas: præterea ipsam firmiter credere ac sibi persuadere posse, nullam se extra castellum hoc securitatem aut pacem reperturam; proinde per alienas domos curiosa non obambulet, cum omni generis domus propria bonis ita sit referta, dummodo in ea manere, ijsque frui uelit. quis enim ita domi suæ inueniat quidquid sibi necessarium est, uti ipsa in sua, talem præsertim apud se habens hospitem, qui ipsam bonorum omnium dominam (dummodo, ad instar filij prodigi, sese prodigere, & ad suillas siliquas abijcere non uelit) efficiat?

*Consuetudo  
rerum mū-  
danarum  
quænoxia.*

*Rerum mū-  
danarum  
uana ratio  
noxia.*

Hæ sunt rationes, quibus dæmonis nequitia & uersutia retundatur: sed, ô Domine & Deus meus, quàm has omnes destruit ac dissipat, quòd rebus hisce uanis ita assueuerimus, & uideamus iam passim omnes sese totos ipsis applicare; eò quòd fides hodierno die ita mortua est, magis ut diligamus & sectemur ea quæ oculis nostris uidemus, quàm quæ ipsa nos docet! Ut autem uerū fatear, permultas miserias uidere est in ijs qui res hæc quas oculis cernimus, efflictim consecratur. sed hoc solum imputandum & ascribendum rebus illis uirulentis quas tractamus. nam, quemadmodum qui à vipera morsus est, ueneno toto corpore sese diffundente, inflatur & intumescit; pari modo hic se res habet, nisi diligen-

tissimè



rissimè nobis ipsa caueamus. Certum autem est, multis, quò sanitati restituiamur, medicamentis nos opus habituras; quin imò adhuc nimis quàm magna Dei misericordia est, si non emoriatur.

Multas hic animæ proculdubio patitur afflictiones & amaritudines; præsertim vbi subolfacit & percipit diabolus, illam iam magis dispositam esse, & consuetudinem quamdam induisse, ad multo vltius progrediendum. Vnde vniuersa inferorum vis coibit & cõspirabit, vt ipsam inde digredi & retrocedere faciat. Hic tuo, Domine mi, opus est auxilio & subidio; sine illo enim nihil omnino possum' efficere: ne patere, quæso, per misericordiam tuam, animam illam decipi, vt quæ bene cœpit deserat; sed lumen ei da, vt omne bonum suum in eo consistere videat, seq; à malo contubernio subducatur. Etenim permagnum quid est, ipsam cum illis qui huiusmodi res tractat conuersari, & familiarem reddi nò modò ijs quos in eadem secum videbit mansione & camera, verùm etiam cum ijs quos ad interiores Mansiones & intima penetralia penetrasse intelliget. Hoc namque maximopere illi proderit; imò tã benè, & tam frequenter, cum illis conuersari posset, vt quò ipsi iam peruenere, eodem ipsam ingredi faciant. Semper porro videat & aduertat, ne vllò modo se vinci sinat: si enim diabolus tale ipsam propositum fecisse, & ita determinatã esse videat, vt vitam, quietem, & quidquid demùm offerre ipse illi potest, omittere malit, quàm ad primam mansionem redire, potiùs eam deseret, & impugnare desinet. Viriliter ergo agat, nec de illarum sit numero, qui cum Gedeone ad prælium ituri, toto corpore proni aquam bibebat: sed ad cum vniuersis diabolis pugnandum abire se, nec melioribus indui armis posse cogitet quam armis Crucis. Quod etsi adhuc aliàs dixi, hîc tamen iterum repeto; nimirum, vt qui primùm incipit, hîc non nisi delicias & consolationes esse putet aut sibi fingat: hoc namq; nimis humile & infirmum tam pretiosi & magnæ edificij fundamentum foret, & si arenâ id inædificare incipiat, omnia tandem superstructa ad terram corruent, & afflictio tentationesq; identidem ingruent, neue vnquã hic deerunt. Neque enim hæc sunt mansiones, vbi manna cœlitus pluit; vltèrius longè hæc sunt; vbi nimirum ita omnia animæ sapiunt, quemadmodùm ipsa cupit & desiderat, quòd aliud nò cupiat quàm quòd cupit Deus. Ridelicet sanè & turpe est, nos adhuc inter sexcenta impedimenta & imperfectiones agere, adhuc virtutes nostras adedò infirmas esse, vt vix per se in pedes (vr ita dicam) queant consistere & incedere, vt pote non nisi nuperrimè in lucem edi cœptæ (ac faxit Deus, vt ex etiam nata & inceptæ sint) & interim nos gustus ac cõsolationes in oratione habere velle, deq; ariditatibus conqueri. Numquam hoc vobis contingat, carissimæ, sed potiùs crucem amplectamini, quam sponsus vester suos in humeros sustulit,

*Diabolus fugit animam resoluam.*

*Gustus non sunt in oratione petenti, virtutibus infirmis.*

stulit, atque hoc, symbolum & axioma vestum esse debere credite. Quae plus pati potest, plura eius eius nomine patiatur, haecque omnium erit beatissima; reliqua vt accessorium quid, si vobis Dominus dederit, immensas hoc nomine illi gratias agite. Ad exteriores quidem afflictiones ferendas, satis vobis fortes & valide esse videbimi, dummodo in interioribus vos Deus Opt. Max. consoletur. At nouit Maiestas illius melius, quid nobis consentaneum sit, quam nos ipsae; hinc quidnam potissimum nobis det, ei consulere non oportet; merito quippe nobis dicere posset, nescire nos quid petamus.

*Laborate, & voluntatem vram in am diuina ad optare, esse debet. L'imp' orationis, se applicantis.*

Eius qui orationem primam exercere incipit, scopus potissimum esse debet (hoc quaeso nolite obliuisci: permagni enim refert.) laborare, & proponere, atque omni qua potest diligentia sese disponere, suam vt voluntatem diuinam conformet atque attemperet. Ideoque vt exploratum ac certissimum habetote (vti postea adhuc dicam) maiorem, quam in via spiritali obtineri perfectio potest, in hoc vno consistere. Qui hoc perfectius habuerit, plura a Deo dona recipiet, & in hac via longius protractus est. Nolite existimare, plura hic secreta mysteria subesse, aut quaequam ignota vel non intellecta arcana: in hoc namque omne nostrum bonum consistit. Si ergo in via principio exercemus, cupientes statim, vt Dominus nostram voluntatem exequatur, nosq, eo modo conducat, vt concludi volumus, quam aedificium & fabrica haec habere soliditatem potest: Procuremus, quam possumus accuratissime, agere quod in nobis est, & ab animalibus illis venenatis caueamus. saepe namque nos Dominus a malis cogitationibus & ariditatibus impugnari vexarique sinit; vt eas a nobis ipsi dispellere non possimus; quin etiam nos interdum ab ijs morderi permittit, tum vt postea nobis cauere nouerimus, tum vt probet & videat, num valde nos paeniteat quod illu peccatis offenderimus. Quocirca ne nimio opere contristemini, si interdum vos labi contingat, nec propterea ulterius procedere omittite aut negligite: ex hoc namque lapsu vestro Dominus bonum eliciet, vti qui theriacam vendit, illius vim & sinceritatem emptoribus probaturus, primus venenum aliquod ipse sumit. Tametsi alia in re nostram ipse miseriam, quantum que ipsa in res varias distractio nobis noceat, non videamus quam in hac lucta & conflictu, satis sane haec foret ad denuo recollectionem nostri faciendam. An maius esse malum queat, quam qd domi nostrae non simus? aut qua quietis in alienis domibus inuenienda? ipem habere possumus, cum ne in propria quidem quietem inuenire possumus? qd tam magni & veri amici & consanguinei, & quibuscum semper (esto nolimus) viuendum nobis est, animae videlicet nostrae potentiae, bellum nobis mouere videatur, tamquam vlturum bellu quod nostra illis vitia intulerunt. Pax vobis, carissimae, dixit Aposto-

*Cur Deus nos tentari sinat.*

*Pax & quies animae nobis necessaria.*

lis suis Christus, & sapius ad eam ipfos est cohortatus. At mihi credite, si eam domi nostræ nō habeamus nec habere procuremus, nec in alienis eā reperituras. Bellū hoc, p sanguinē IESV Christi, quē pro nobis effudit, rogo, & nunc sine accipiat; & hoc ipsa peto ab ijs, qui nondū intra seipfos ingredi cōperūt, eos verò, qui iā ceperunt, vt nihil sit, q̄ eos cogat retrocedere. Cogitēt, relapsum peiorem esse lapsu; iam vident perditionē suā; in Domino itaque, non autē in se, confidant, & videbunt, quomodo eos diutina Maieestas in aliā deductura sit, & in illā demum terram inductura, vbi hæc illos feræ ad eō non tangere, nec defatigare aut vexare possunt, vt eas ipsimet oēs subijciant, edoment, imò illis insultent, & pluribus bonis donentur ac fruantur, etiā in hac vita quā desiderare possent. Quia (vt initio dicebam) iam aliās vobis sui ipsi, quo vos in turbis & procellis inquietudinis, quas cacodæmō hīc ciet, modo gerere debeatis, & quomodo prima sui recollectio nō violenter, verū leniter & cum suavitate quadam potius inducenda sit, quò magis continua ac diuturnior hæc esse queat; hinc de eo hic aliud non dicam, quā permagni (vt ego quidē cēseo) referte, vt cum hominib⁹ hac in re versatis identidē communiceris. quia verò putaretis, ex omissione nonnullarum rerum, quæ vt fiant omnino necessarium nō est, multū emergere dāni posse, certæ estote (dūmodo non penitus ac studio eā omittantur) Dominū id totū, esto non inueniremus aliquē qui nos doceat, in nostrā vtilitatē conuersurū. huic namque malo [intermissioni inquam recollectionis] nullū inuenire remediū est, nisi eā denuo & ab initio quis resumat; anima alioqui paulatim magis ac magis, in totalē perniciem suā ruet. atq; vtinam id ipsa etiā intelligat!

Cogitabit forsitan aliqua vestrum, quin & dicet, si tam malum est retrocedere, melius fore numquam incipere, sed foris extra castellū manere. Iam tum in principio vobis dixi, quin ipse Dominus id dicit, *quia amat periculum, in eo perire*; & portam, qua in castellum hoc intratur, esse orationem. Ridiculum ergo & stolidum foret existimare, cælum nos ingresses, & interea intra nos ipsas non ingrederemur, nos ipsas cognoscēdo, nostramque miseriam, & quidnam Deo debeamus considerando, adhæc veniam & misericordiam illius sæpè non exposceremus. Ipse quoq; Redemptor ait: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*. Nescio tamē, an hæc cipissima ei⁹ sint verba; puto quòd sic. Et alio loco: *Qui videt me, videt & Patrem meū*. Si ergo numquā illū intueamur, nec, quid illi debeamus, nec mortē quā nostri causa ptulit, cōsideremus; nescio, quomodo eū nosse, aut aliquod ad illius obsequiū op⁹ prestare possimus. Quod. n. fidei sine operibus, & horū, nisi valori meritorū Iesu Christi, vnici boni nostri, vniātur, esse p̄tiū aut valor pōt: aut quis nos, ad Dñm hūc amandū excitabit? Det ei⁹ Maieestas, intelligam⁹, quanto illi pretio cōstemus; deinde nō esse seruū maiore dño suo;

*Relapsus  
lapsu peior.*

*Recollectio  
quomodo  
exercendā.*

*Deus consi-  
derandus  
& inueni-  
endus.*

fuo; adhæc laborandum nobis esse, quò gloria eius donemur; ac propterea necessum esse nos orare, ne semper & iugiter in tentatione maneamus.

## MANSIO TERTIA

### *Duo hæc complectitur Capita.*

#### C A P V T I

OSTENDIT, QUAM PARVUM HABERE SECURITATIS POS-  
simus, quamdiu in hoc exilio vivimus, esto etiam status, ad quem euecti sumus  
sublimis sit. adhæc semper cum timore nobis ambulandum esse. Aliquot  
bona puncta caput hoc continet.

*Bonus est  
qui in ter-  
tiam man-  
sionem in-  
gressus est.*

Illis ergo, qui diuinâ misericordiâ prædictas luctas perfregere, & per-  
seuerantia ductrice in tertiam mansionem ingressi sunt, quid aliud dicemus, quàm illud Psalmographi, *Beatus vir qui timet Dominum?* Magnum quid, sanè, mihi Maiestas illius præstitit, dum mihi hîc intelligere dedit, quid ille Psalmi versiculus linguâ nostrâ vernaculâ sonet, hac præsertim occasione: nam ita sum hac in re rudis & imperita. Meritò sanè illum beatum nominare possumus; eò quòd ( nisi post tergum respexerit) quantum quidem intelligere & coniectura assequi possumus, in certa salutis suæ via constitutus est. Hic iam videbitis, carissimæ, quanti referat; in superioribus conflictibus non succubuisse, sed victoriam retulisse. etenim certissimè mihi persuadeo, Dominum perpetuam illis conficientiæ quietem ac securitatem concessurum. quod profectò non mediocre bonum est. Securitatè dixi; & malè dixi: nulla quippe in hac vita datur securitas. & propterea id me semper sub hac conditione dicere, intelligatis velim, Nisi iter inceptum deserat, & retro spexerit. Nimis quàm magna miseria est, in hac vita vivere; nam tali semper in timore nos hîc vivere oportet, in quali agunt, qui semper hostem ante portas, & velut in oculis habent; quia hi sine armis neque dormire, neque cibum capere possunt, sed perpetuò eos in metu & cautela, ne qua arcem hanc parte subruant, aut actis cuniculis in eam percurrant, agere oportet.

*Vita huius  
miseria  
quanta sit.*

Quomodo, ò Domine & Deus meus, & omne bonum meum, vita hæc adeò misera desiderari queat, in qua cum agimus; non possumus nõ assiduò velle & optare, vt ex ea nos educas; nisi spes sit, fore vt eâ aliquando pro nomine tuo perdamus, aut in tuum obsequium verissimè sincerissimèq; impendamus; & (quod potissimū est) vt intelligamus, quæ sit voluntas & beneplacitū tuū. Si ita tibi placeat De<sup>9</sup> meus, moriamur tecū, vt

Aposto-

ait Apostolus tuus Thomas: sine te enim, & in tantis timoribus ne forte te in aeternum perdamus, viuere, aliud non est, quàm frequenter & quotidie mori.

Quapropter carissimæ, non aliam esse beatitudinem, quam petere nos oportet, censeo, quàm iam tum in hoc mundo, vnà cum beatis, securitatem quamdam habere: nam quod, inter tot timores, habere is gaudium & iucunditatem potest cuius omne gaudium & recreatio est, Deo suo placere? Considerate verò, huiusmodi, nec non etiam multò maiorem, timorem nonnullos Sanctorum habuisse, qui nihilominus in grania peccata prolapsi sunt; nec certò nos scire posse, Deum nobis, postquam ceciderimus, auxiliatricem manum porrecturum, vt peccatis egrediamur (loquor autem de auxilio & gratia particulari) & eam nos quàm illi fecere, pœnitentiam acturos. Me sanè, carissimæ, hæc scribentem tantus timor occupat, vt quomodo ea scribam nesciam, neu, quoties id mente recogito (quod sanè per frequens mihi est) viuere queam. Rogate eum, carissime, illius vt Maiestas semper in me viuat: id enim ni sit, quam habere ea vita securitatem potest, quæ tam malè transacta & impensa est ac mea? nec graue vobis sit, hæc de me audire, nec propterea contristemini (quemadmodum id subinde in vobis obseruauit, dum talia ex me auditis) cuius rei ratio est, quòd velletis valdè sancta fuissem. & meritò; nam & ego id vellem. sed quid agam, si mea vnus culpa id perdideri? neque enim de Deo querar, quali sufficientia mihi non dederit auxilia, quo minùs hæc vota ac desideria vestra in me complerentur. Sine lacrymis, & magna mei confusione, id dicere nequeo, cùm videam me scribere ijs, quæ me potius docere queant. Obedientia id me facere iussit, cui refragari nefas: faxit Deus, vt, quoniam propter ipsum id suscipitur, id ita sit, vt in aliqualem vestram vtilitatem tendat, quò nimirum huic miserabili & temerariæ commissorum veniam deposcatis. Verùm nouit Maiestas eius, me de sola eius misericordia posse præsumere; & cùm nequeam desinere esse quæ fui, aliud mihi remedium non superest, quàm ad illam confugere, ac in filij illius, benedictæque Matris eius Deiparæ, (cuius ipsa habitum indignè gesto, & vos quoque gestatis) meritis fiduciam meam collocare. Laudate eum, carissimæ filia, quòd verè Dominæ huius filia existatis; itaque non erit, quòd vos mei, quæ ita improba sum, pudeat, cùm tam bonam habeatis matrem, imitemini illam; & considerate, qualis Dominæ huius esse debeat magnitudo ac dignitas, quantumque bonum ipsam in patronam habere, cùm peccata mea, & improba vita, satis non fuerint, ad sacri huius Ordinis splendorem, ne in minimo quidem offuscandum atque imminuendum. Verùm vnus rei vos commonere velim, nimirum, propterea securas vos esse non debere. quòd aut tales sitis, aut

*S.M. timet  
ob præterita  
peccata, &  
confunduntur.*

*Nemo securus sit quòd  
iunctos habens patres.*

talem matrem habeatis: Sanctus quippe erat David; nos tamen, qualis eius filius Salomon fuerit. Adhæc nolite ob vestram reclusionem ac claustrum, aut vitæ austeritatem in qua agitis, præsumere; nec vllam securitatem vobis adferat, quod semper cum Deo conuersemini, quod tam frequenter orationem vsurpetis, quod à rebus mundi huius ita abstraetæ & sequestratæ sitis, & eas, prout quidem vobis videtur, excremini. Bona quidem sunt hæc omnia; sed, vti dixi, non satis sunt vt efficiant, nihil vt sit quod timeamus. quocirca prædictum illum psalmi versum sæpius repetite, & memoriæ vestræ insculpite, identidem vt recurat, *Beatus vir qui timet Dominum*. Iam tum nescio quid dixerim, quia multum à cæpro proposito deflexi, & dùm mei ipsius vitæ quæ prioris recordor, alæ & pennæ mihi ad aliquid boni dicendum, velut confringuntur. quare in præsens quidem de illa loquendi finem facere volo.

Vt ergo ad illud, quod vobis dicere cœperam, reuertar, de animabus scilicet illis quæ in tertiam mansionem iam intrarunt, non paruam, sed nimis quàm magnam, illis Dominum gratiam præstitisse dico, quod primas illas difficultates perfrugerint. Tales, quæ Dei bonitas & misericordia est, permultas in hoc mundo inueniri mihi verisimile est. hæc, ne maiestatem illius vllatenus offendant, maximè sollicitæ sunt, nec eam offendere cupiunt: vnde & à peccatis venialibus cauent, austeritates nonnullas subire gaudent. Ratas recollectionis horas obseruare volupe illis est, tempus suum rite & laudabiliter impendunt, in operibus caritatis erga proximum se exercent; suis in operibus, & gubernatione familiæ, si qui eam habent, satis ordinati sunt & circumscripti. Status hic, sanè, optabilis & desiderandus est; ad quem qui iam peruenerunt, non est (vt quidem videtur) quod illis transitus & ingressus in vltimam mansionem denegetur; neque etiam Dominus hunc ijs negabit, si modò velint: nam insignis hic est dispositio, vt omnem is ipsis gratiam faciat.

Quæ porro, Iesu bone, tantum se bonum nolle dicet, præsertim cùm iam, quæ molestissima & durissima erant pertransierit ac superarit: nulla omnino, omnes dicimus nos id velle. sed, quia præterea quid aliud requiritur, vt Dominus animam penitus possideat, non satis est, id verbo dicere; quemadmodum adolescenti illi Evangelico satis non fuit, quod rogaret illum Dominus, vtrum perfectus esse vellet. Hunc ego adolescentem, ex quo de hisce mansionibus loqui cœpi, continuò mihi propositum habui; huic enim ad litteram planè similes sumus: atq; hinc vt plurimum ortum habent magnæ illæ in oratione ariditates: quamquam & ab alijs causis. Vti sunt interiores quædam molestiæ ac tædiæ, quas multæ animæ bonæ tam graues patiuntur, vt intolerabiles videantur, & quidè nulla sua culpa; è quibus eas Dominus semper non sine magno lucro ac-

*Animarū  
tertia man-  
sionis pro-  
prietates.*

*Non satis  
est verbo  
dicere ad  
perfectionē  
nos adhibe-  
re.*

*Ariditates  
in oratione  
unde orian-  
tur.*

que

que vtilitate tandem educit, de quibus non loquor. Taceo adhuc illas, quæ naturâ melancholicæ sunt, & morbis obnoxia. In omnibus saltem rebus iudicia Dei attendere, eaq; minime scrutari oportet. Equidem mihi vt plurimum id contingere & ortum habere videtur, ex eo quod iam dixi. Quod enim se istiusmodi animæ ita constitutas videant, vt ob nullâ omnino rem aliquod peccatum graue admittere vellent (adhuc multæ sunt, quæ ne veniale quidem scienter & aduertenter committerent) vitam deinde suam, & facultates rite ac prout oportet impendant; æquanimitè ferre nequeunt, quod sibi in conclaue, in quo Rex noster sedem habet ( cuius se famulos & clientes esse ducunt, & reuera etiam sunt ) intrare volentibus ianua occludatur. Verùm, esto etiam Reges huius sæculi multos clientes & deuotos habeant, non tamen omnibus ad conclaue ipsorum penetrandi licentia datur, aut illuc aditus patet. Ad interiora penetrate, carissimæ, penetrate inquam, atque vltra tenuia opera vestra pertransite; nam, in quantum Christianæ, hæc omnia, quin & alia plura præstare debetis; & satis vobis sit, quod Dei clientæ & famulæ sitis : tam multum porrò nolite petere, vt perdatis totum, & nihil omnino in manibus vestris inueniatis. Respicite sanctos, qui ad Regis huius penetrabile aliquando pertigerunt, & videbitis, quantum inter illos & nos sit discrimen. Nolite petere quod non promeruitis; quin ne in mentem quidem nobis venire deberet, quod id, quantumlibet ei seruiamus, promereamur nos, quæ Deum peccando offendimus. O humilitas, humilitas, nescio quæ me tentatio hac in parte occupet; quia credere non possum planè te habitare in eo qui hæc ariditates molestè fert, sed hunc potius aliquo tui defectu laborare! Iterùm dico, me de interioribus illis molestijs ac tedijs non loqui; hæc namque ariditate, aut sensualis deuotionis defectu longè grauiores sunt. Probemus nos ipsas, carissimæ, aut patiamur probet nos Dominus, qui id optimè facere nouit ( esto frequenter id intelligere nolimus ) & ad illas animas ita compositas respiciamus, ac videamus, quid Dei causa & nomine faciant; ac statim videbimus, immeritò nos de eius Maiestate conqueri: quia si ei tergum obuertamus, ac tristes abeamus, ad instar adolecentis illius Euangelici, quando nobis dicit quid quod perfectæ simus facere nos oporteat; quid vultis Maieestas illius faciat, quæ pro amore, quo eam persecutæ sumus, præmium conforme dabit. Et amor hic, carissimæ, non in imaginatione nostraduntaxat fabricatus sit oportet; sed est operibus probandus. Nolite autem ideo putare, Deum operibus nostris opus habere; solidam solùm voluntaris nostræ determinationem requirit. Nobis quidem quæ Religiosam vestem gestamus, eamque spontè & voluntate nostra assumimus, & quidquid in mundo est, atq; adedò quidquid ab ipso habebamus,

*Non omnes ad intimū Regi penetrabile per- tingunt.*

*Quibus ariditas grauis est, humilitatis defectu laboras.*

*Amor operis probandus.*

relin-

*Nihil facimus, quin plura à Deo debeamus.*

relinquimus, esto vel retia solum sint, vt S. Petrus reliquit ( qui enim dicit quod habet, satis multum se de disse purat ) videtur, amplius nihil faciendum restare, & omnia iam peracta esse putamus. Hoc quidem bonum est, si modò in eo perseveret, nec ad primæ mansionis animalia, ( esto nō nisi per solum desiderium ) denuo reuertatur : neque enim dubium est, quin, si modò in hac rerum omnium exspoliatione & derelictione perseveret, id quod cupit assequatur. hac tamen conditione ( ac meminerit me huius rei vos commonere ) vt se velut ancillam inutilem reputet, ( vti olim Christus suos monuit ) ac nullum se Domino obsequium præstitisse existimet, ob quod sibi tales is gratias præstet; sed, tamquam quæ plura ab eo acceperit, longè maius se debitum contraxisse, ac ei plura debere. Quid autem pro tam potenti Deo, qui pro nobis mortem oppetit, nos creauit, nobisque dat esse, facere possumus, vt non simul nos beatas existimemus, quò dās alienū quod illi debemus pro eo, quòd nobis seruiuerit ( non libenter hoc verbum hic posui; sic tamen est, quamdiu in hoc mundo fuit, aliud non fecit quàm nobis seruire ) hac ratione aliquatenus dissoluatur, vt nouas nos ab eo gratias, ac consolationes petere non sit necesse?

*Damnū semper inquietudinem procurat.*

Notate cum primis, carissimæ, nonnulla quæ hic notata & dicta sunt, esto non ita ordinatè atque enucleatè ac quidem oporteret ( quippe meliùs ea declarare non possum ) Dominus dabit vobis ea vt intelligatis, quòd ex ariditatibus humilitatem, nō autem inquietudinem ( hanc quippe inducere cacodæmon satagit ) colligatis : & persuasum habetote, vbi cunq̃ue ea vera & sincera fuerit, ( esto ibi nullas Dominus det consolationes ) eum pacem, & serenitatem quamdam daturum, quæ maiore vos gaudio perfundent, quàm plena alias consolationum abundantia. has enim sæpè ( vti vos legisse non dubito ) diuina Maiestas dat infirmioribus: quamquam hos sortem suam & consolationes cum viribus ac fortitudine eorum qui in ariditate versantur, non commutatuos credam; magis enim consolationes, quàm crucem & tribulationem diligimus. Tu nos Domine, qui veritates perspectas habes, proba, vt ipsæ nos cognoscamus.

## C A P V T II.

*EAMDEM MATERIAM PROSEQVITVR, AGITQVE DE Ariditatibus in oratione intercurre solitis; simul de eo quod, illius iudicio, sequi hinc posset: dein, quàm nos ipsos necesse sit probemus: demum, Dominum probare illos qui ad hanc mansionem iam peruenere.*

**E**quidem animas quasdam, ( & dicere posse mihi videor, multas ) cognoui, ex illis quæ ad hunc statum peruenere, & ad multos annos in hac



hac animæ, nec non corporis, rectitudine ordinatæque compositione quantum scilicet intelligere datur) vivere; quæ postea, cùm iam de mundo triumphum agere, in eumque dominari debere videbantur (saltem magnam fraudum illius notitiam habere) in rebus nõ ad eò magnis à diuina Maiestate probatæ fuere, inque tanta inquietudine & cordis pressura continuò versabantur, vt stupore simul & timore non mediocri me impleuerint. Illis qui quid consuleret, frustra est: quòd enim à tanto ipsæ tempore virtutum incubuerint exercitio, hinc alias se debere & posse docere putant, ac proinde nimis quàm magna sese ratione niti, vt hæc non pro eo ac debent, sentiant. Equidem nihil, quod istiusmodi homines aliquatenus consolari possit, hæctenus inueni, nec modò inuenio; nisi fortè, vt summopere nos illorũ afflictionibus cõdolere & affici ostẽdamus (& reuera compassione digni sunt, quòd tanta illos in miseria gemetes videamus) illorumque argumentis & rationibus non repugnemus; omnes quippe propter Deum eas sentire se imaginantur, & sibi fingunt, itaque imperfectionem id esse, sibi persuadere penitus nequeunt. quod in hominibus vsque ad eò prouectis noua illusio est, vt mirandum non sit eos pati quæ patiuntur; esto, (vt mihi quidem videtur) hic rerum similiũ sensus citò transire deberet. sæpè namque Dominus, vt electi eius suam sentiant & videant miseriam, suum ad modicum fauorẽ subtrahit; quippe vt ad nos ipsos citò cognoscendos, aliud quàm hoc non requiratur. & hæc illos probandi ratio statim apparet, & in oculos incurrit; suum namque ipsimet errorem apertissimè perspiciunt, & aliquando magis illos affligit, quòd se ob res terrenas, & quæ etiam non ad eò graues sunt, ita affligi videant, quàm illud ipsum quòd affligit. Hoc ego vt ingentem Dei misericordiam interpretor, & licet sit imperfectio, est tamen ea ad humilitatem comparandam valdè conducibilis. Verùm in illis, de quibus loquor, ita se res non habet; quòd hi (vti dixi) hæc intra se, & in cogitationibus suis, vt sancta & sublimia reputent; itaque vellent, vt & alij ea vt talia reputarent.

Horum nonnulla hic adferam, vt ipsæ ea cognoscamus, nosque ipsas ante probemus, quàm probet Dominus; quippe non exiguum quid esset, hæc antè sciuisse, & prius quàm adueniãt, intellexisse. Quidam, v.g. diues & pecuniosus, sed illiberis, nec aliquem cui pecunias & facultates coacervare velit, habens, aliquam fortè illarum iacturam patitur; nõ talem tamen, vt tum ipsi, tum familiæ vniuersæ necessaria ad victum ac vestitum desint, verùm ea adhuc suppetant. si hic propterea ita turbaretur, & inquietus redderetur, perinde ac si panis ei ad vitam trahendam non superesset, quomodo ab eo Dominus exigat vt omnia propter ipsum deserat ac relinquat? Cupiditatem hanc hoc nihilominus quis pallio te-

*Deus sæpè  
probat suos  
in paruis  
rebus.*

*Quomodo  
illi inueniãt.*

*Quàm hæc  
probatio sit  
vtilis.*

*Exempla  
probationis  
in paruis.*

gat, ac dicat, ideo illum hac iactura turbari quòd in vsum pauperum opes suas colligat. equidem credo Deum potius, velle, vt ijs quæ de me Maiestas ipsius agit, me conformem, & ijs per quæ animam ipse meam ad quietem & tranquillitatem perducere conatur, quàm hanc in pauperes propensionem & caritatem. Et si hoc ipse non faciat, quòd scilicet eatenus Dominus eum nondum perduxerit; parum refert: nouerit tamen, hanc spiritus libertatem sibi deesse; per hoc verò se disponet, vt hanc ei Dominus, quia hanc ab eo peret, concedat.

Alius quis sufficientes facultates habet, & etiam plus quam opus habeat. Offeritur interim illi occasio peculij ad augendi; si quidem ei datur, accipiat, per me licet, transeat: sed hoc ipsum ambire & procurare, & postquam primùm illud acquisiuit, adhuc plura & plura cõquirere velle, quantum cumq; bonã intentione habeat (nã hãc habere debet, quia, vt dictũ est, hic loquimur de ijs q̄ oratione colant, & virtutis studio incumbant) minime dubitent quin ad mansiones Regi viciniore ascensuri sint.

Eodem planè modo se habent, si quid occurrat, ob quod aut vilipendantur, aut aliquam honor ipsorum iacturam patiantur; etsi Deo gratia ijs faciat, quòd cõtumeliam hanc & contemptũ sæpè æquanimitè ferant (virtuti enim fauere, & præsertim in publico, maximè gaudet, tunc hæc ipsa virtus, quam illi habere putantur, aliquid detrimentum patiantur; tum eò quòd illi aliquod obsequium præstiterit, quòd hac ratione ipse compensare velit; hoc quippe bonum nostrum, valdè bonum est) interius tamen tanta illis manet inquietudo, eam vt à se effugare aut expugnare nequeant, & quæ non tam citò finienda putetur.

An non, Deus bone, hi sunt, qui iam à tanto tempore considerant, quãtum & quomodo Dominus Iesus passus sit, quamq; bonum & salutare sit pati, & qui ipsi et pati desiderant? & interea vellent, alios omnes ita ordinatè & cõpositè vitam instituere, vt ipsi instituunt suam, & faxit Deus, vt non eò dementiæ veniant vt sibi persuadeant, pœnam & afflictionem quam sustinent, ob alienam se culpam sustinere, & illam sibi in meritum cessuram imaginentur.

Videbor fortasse vobis, carissimæ, extra rem & propositum, nec vobis loqui; quòd ea de quibus hic ago, apud nos locum non habent, vt pote quæ & facultates vllas nec possidemus, nec appetimus, nec habere procuramus; adhuc nullus nobis iniuriã infert aut contumeliã. Hac de causa comparationes non sunt id quod re ipsa cõtigit; verũ alia multa inde eliciuntur, q̄ possunt contingere, quæ bonum nõ esset hinc me exprimere, vt nec ad illa exprimenda aliqua me ratio cogit. Ceterum ex ijs q̄ articuli facillè perspicietis, num affectus vester planè denudatus & exspoliatus sit ab ijs q̄ dereliquistis; cum subinde parua quædã occurrant (esto nõ talia, qualia

*Deus omne  
obsequium  
sibi præstitũ  
scompensat.*

qualia iam dixi) in quibus vos ipsas bene probare, & vnde facile intelligere potestis, num passionum vestrarum dominium habeatis. Mihi credite, in eo negotium situm non est, quod religiosam vestem geramus, aut non geramus; sed in eo, ut virtutes exercere, ac voluntatem nostram in diuinam penitus resignare, omni qua possumus contentione procuremus; adhuc, ut vitae nostrae ratio & institutum tale sit, quale Maiestas illius id esse voluerit; denique, ut non velimus, nostra ut voluntas, sed solum illius fiat. Quamuis autem ad hanc perfectionem necdum peruenerimus, in partem (vixi dixi) humilitas, quam vniuersorum vulnerum nostrorum unguentum & medicamentum est: quam si verè habuerimus, tandem aliquando (licet seriuscule) Deus, qui chirurgus noster est, ad nos sanandas adueniet.

*Religiositas  
& perfectio  
non est sita  
in veste.*

Austeritates quoque, quas huiusmodi animae suscipiunt, non minus ordinatae & directae sunt, quam reliqua eorum vita: huic ergo studiosè conformantur & cauent, ut per eam Domino seruiant. quae sanè omnia in se mala non sunt. vnde in illis subeundis, magna discretione & circumspectione vtuntur, ne quod fortè valetudini damnum creent. Nolite timere ut se occidant aut enecent: nam optimè constat illis ratio, qua duce agunt, amor quoque illis nondum tam intensus ac vehemens est, ut rationis eas praescriptum faciat transgredi. sed eam ipsae vellem haberemus, satis vobis non esset illa Deo seruiendi ratio, qua semper vno passu & modo procedimus; quod in causa erit, ut numquam ad itineris huius finem pertingamus, eò quod semper incedere, nec vnumquam incedendo defatigari nobis videamur (est namque mihi credatis velim, iter rugiens): adhuc magnum bonum fuerit, quod non pereamus & male eamus. Quid bene & consultò nos facturas putabitis carissimae, si, hinc in aliam regionem iter instituere cupientes & octiduo id conficere valentes, annum integrum ei impenderemus, in quo ventos, niues, pluuias, & vias fractas & incommodas pati nos oporteret? non melius & consultius foret, simul & semel ipsum peragere? nam omnia haec quae dixi, incommoda in eo occurrunt; adhuc non pauca à serpentibus pericula imminent.

*Austeritates  
moderata  
quatenus  
probentur.*

*Per viam  
spiritus ser-  
uenter inco-  
ndendum &  
celeriter.*

O quam praecleara rei huius experimenta dare possem! atque vti nam omnia haec vel iam transissem! nam saepe mihi videor ea adhuc non pertransisse. Dum ita circumspectè & meticolosè incedimus, ad omnia penè pedem offendimus, quia singula timemus: atque inde fit ut ulterius progredi non audeamus, tamquam si ipsa adhuc mansionem pertingere possemus, alijs pro nobis laboriosè iter conficientibus. Hoc ergo cum fieri nequeat, demus operam, carissimae (per amorem Domini vos rogo) ut rationem nostram & timores omnes in manus eius resignemus, ac naturalis nostrae imbecillitatis obliuiscamur.

*Timores &  
imbecillita-  
tes vna co-  
mittenda.*

etenim hæc de corporibus nostris sollicitudo & anxietas magnopere nos impedire potest. Superioribus hæc eorum cura incumbat, his ipsos invigilare sinamus; nobis verò vnum hoc curæ sit, quomodo quam celerimè & magnis passibus incedamus, vt Dominum hunc videamus. Nam licet deliciae quas habetis, per exiguae sint, aut etiam nulla, ipse nihilominus de sanitate & valetudine sollicitudo decipere nos possit; ac præsertim, cum propterea melius valiturae non sumus. Equidem id noui; vti & scio, negotium omne in ijs quæ ad corpus spectant, situm non esse: hæc namque minima sunt; sed vt iter, de quo hic ago, cum magna humilitate instituat. nam (si me intellexeritis) in hoc maximum illarum quæ vltimè non progrediuntur, damnum consistere arbitror. vt ipse videlicet nobis parum processisse videamur, & hoc etiam ita esse credamus; sorores verò nostræ magnis passibus & celeriter procedere videantur; deinde non solum velimus, sed etiam, quantum in nobis est, curemus, vt omnium domesticarum pessima & nequissima habeamur. Atque hoc si fiat, tum demum status hic excellentissimus est; sin minus, totâ vitâ nostrâ in itinere herēbimus, sex cetas in ea afflictiones & miseras sustinētes. quod enim nos ipsas nondum reliquimus, hinc via hæc summè difficilis & grauis nobis videtur; eò quòd terrâ nostrâ miseriæ nimium quātum onusta incedimus, à quo onere liberi sunt illi, qui ad ea quæ ipsis adhuc reliqua sunt, habitacula pertingunt. In his tamen non desinit Dominus nobis mercedem laboris soluere non solum vt iustus, verum etiam vt misericors: semper quippe plus dat, quam promereamur, multò maiora nobis gaudia & oblectamēta dando, quam ex delectationibus, quas vitæ huius deliciae & distractiones adferunt, haurire possimus. Verum multas consolationes & gustus hinc illum non purem dare, nisi fortè interdum ad illos scilicet inuitandos & pellicendos, cum nimirum vident, quid in interioribus mansionibus boni contineatur, quòd sese, ad in illas ingrediendum, disponant. Gaudia & gustus vobis forsitan vnum & idem quid esse videbuntur, & mirabimini cur ipsa inter duo hæc nomina differentiâ & discrimen ponam. Mihi porro nimis quam magnum inter vtrumque videtur esse discrimen; quamquam fieri possit, in eo me errare. de quo quid sentiam, dicam cum ad quartam, quæ immediatè post hanc sequitur, mansionem peruenero. quòd enim ibi de gustibus ac consolationibus, quos in illa Dominus concedere solet, futurus sit sermo, hinc ibi de illo commodior tractandi erit locus. Et licet nullus hinc secuturus videatur fructus, aliquis tamē fieri potest vt hinc sequatur; videlicet vt, cum quid quidque sit intellexeritis, id quod melius est, sequi conemini. Animabus porro, quas Deus hucusquæ perduxit, permagna id consolationi est; illis autem, quæ se iam omnia affectas putant, insignis confusionis occasio.

*Humilitas  
quàm v-  
cessaria in  
via spiritus*

*Gustus  
quando &  
quomodo  
Dominus in  
hac mansio-  
ne det.*

*Gaudiorum  
& gustuum  
discrimen.*

& si quidem hæc humiles sint, ad gratias ei agendas hinc excitabuntur; sin minus & humilitatis aliquid defuerit, interiorem quamdam sui nauſeam hinc concipient; & quidem frustra: cum non in gustibus, sed amoris intensione & magnitudine, sita sit perfectio, nec non ipsum præmium; isq; sit perfectior, & maiori præmio donandus, qui cum iustitia & veritate melius operabitur.

*Perfectio  
sua in amo-  
ris magni-  
tudine.*

Dicatis fortassis, quofum de gratijs illis internis loquat, & quales sint exponam, si id reuera ita se habet, vti se habet? Equidem id nescio, quærite ab eo qui me hæc scribere iussit: etenim meum non est, nec teneor cum superioribus contendere, (quod nefas foret) sed simpliciter obedire. Quod autem verè vobis dicere possim, hoc est, cum adhuc gratias illas & consolationes, quas Dominus animabus illi seruientibus concedit, nec haberem, nec per experientiam quid essent scirem, imò nec vquam in vita mea id scire sperarem (& meritò: nam nimis quàm magnum mihi gaudium esset, scire, vel etiam è coniecturis quibusdam colligere, quòd vel in aliquo Deo placerem) de illis verò, in libris quid scriptum legerem, magna animam meam consolatione perfundi, & non me-

*Quomodo  
S. M. audi-  
to vel lecto  
aliquid de  
diuinis con-  
solationibus  
recreare.  
317.*

diocriter ad Deum maximopere laudandum, affici ac moueri solere. Si ergo mea anima, quæ tam improba ac nequam erat, id faciebat, quæ bonæ & humiles sunt, multo haud dubiè magis eum laudabunt: & si vel vnica sola eum, non nisi semel, propterea laudet, magnum operæ præmium est, ipsum (meo iudicio) dici, nosque intelligere gaudium & voluptates, quibus nostra ipsa culpâ excidimus. quanto verò magis, quòd (dummodo à Deo proueniant) amorem & fortitudinem semper comites habeant, quarum adminiculo homo magis sine labore iter suum peragere, & in operibus bonis & virtutibus quotidie magis & magis progredi potest. Nolite cogitare, parum referre, sit, quòd per nos non stet. Nam, quando nos in culpa non sumus, iustus est Dominus, & aliâ vobis viâ Maiestas illius dabit id quòd per hanc vobis eripiet & auferet, idque ob rationes ipsi soli notas; eius namque iudicia & secreta, occultissima sunt. Id saltem nobis dabit, quòd magis nobis expediet; ac de hoc nulloatenus est dubitandum. Ijs verò, quæ Domini munere & bonitate ad hunc statum peruenere (nam, quemadmodum dixi, non paruam aut vulgarem erga illos misericordiam ostendit, quia iam in proximo sunt vt ad altiora ascendant) cum primis, meâ quidem sententiâ, conducet, vt in obediendo quam promptissimæ esse studeant: & quauis Religionem professæ non sint, magnum quid foret (vti permultos facere constat) si aliquem certum sibi desumerent, cui in omnibus auscultent, ne vlla omnino in re suam ipsarum voluntatem sequerentur (quòd est in plurimū id, quòd nobis damnū adfert); non verò talem sectarentur aut quære-

*Quid proſite,  
alienum  
exemplum  
ſequi.*

rent, qui cum natura & humoribus ipſarum ( vt dicitur ) bene conueniant, quiſque in omnibus rebus lentus ac meticuloſus ſit; ſed talem, qui rerum mundi huius fraudes & impoſturas bene perſpectos habeat. Vt enim & eum ipſæ cognoſcamus, maximopere iuuat cum id genus hominibus agere, qui ipſum iam tum perſpectum & cognitum habent. Deinde, quia mirè nos animat, quòd nonnulla, quæ ipſæ vt impoſſibilia iudicamus, ea in alijs tam poſſibilia ac facilia videamus, nec non quanta cum ſanctitate ea ipſi peragant; vt, eorum exemplo & volatu, ad pariter ſublime euolare audendum prouocari videamur; perinde atq; auium pulli, dum à parentibus ſuis volare docentur: nam eſto hiſe ſtatim valdè ſublime elibrare non audeant, paulatim tamen parentum audaciam imitantes alius ſe cælo committunt. Plurimum certè hoc omnimodis conducit; quòd equidem non ignoro. Itaque qui huiusmodi ſunt, quantumlibet determinatum ac fixum habeant Dominum peccando non offendere, operam dabunt quàm poſſunt maximam, ne in vllas peccandi occaſiones ſeſe conijciant: quòd enim primis extimiſq; manſionibus adhuc vicinæ ſint, haud difficulter ad illas ſeſe reuelli ac retrotrahi paterentur ( illorum enim arx ſolido fundo inædificata non eſt, vt illorum qui in patiendo iam obdurere, & mundi huius tempeſtates optimè perſpectas habent, quàm ſcilicet eæ parum timendæ ſint, ac eius voluptates parum deſiderandæ ) & fieri poſſet, vt à magno quodam perſecutionis turbine rurfus ad illas retro abriperentur. Nouit namque optimè eas diabolus excitare, quòd per illas nobis damnum creet; vt, dum bono quodam zelo acti, aliena tollere peccata conamur, ſuperare id nequeamus quòd nobis quoad hoc poſſet contingere. Noſtras ergo potiùs imperfèctiones inſpiciamus, & alienas prætereamus. Vt plurimum enim ſit, homines ita circumſpectos & ordinatos omnia mirari, & ſanè fieri poſſet nonnunquam, vt ab eo quem ipſi miramur, diſceremus id quòd in hac re caput & præcipuum eſt. Quòd autem in exteriori morum compoſitione, & agendi modo ac conuerſatione eis præſtemus, multum non eſt, nec in illo omne rei momentum ſitum eſt ( bonum licet ſit; ) vt nec propterea par eſt, vt ſtatim omnes eandem, quam nos, viam inſiſtere velimus; aut ille ea quæ ſpiritus ſunt, docere præſumat, qui forſitan neſcit quid rei ſit: nam per hæc talia, quæ Deus nobis inſpirat, bonum animarum procurandi deſideria, multos, cariffimæ, committere errores poſſemus. Satiùs proinde fuerit, intendere nos ijs quæ Regula noſtra præſcribit, & in ſilentio ac ſpe ſemper viuere conari. animarum quippe ipſorum curam Dominus geret, ac, dum modo nos interim à parte noſtra pro ijs Maieſtati ipſius ſupplicare non omittamus, ſatis magnum illius ope & auxilio, fructum in proximo faciemus. ſit ipſe benedictus & ſuper exaltatus in ſæcula. Amen.

*Zelus im-  
portunus  
qua malis  
creet.*

## MANSIO QVARTA.

*Tribus distincta capitibus.*

## CAPVT I.

AGIT DE DIFFERENTIA, QVAE EST INTER GAVDIA VEL  
tenderitudines in oratione haberi solitas, & inter gustus. Refert, quantam sibi attulerit  
voluptatem, intelligere, quod cogitatio & intellectus inter se differrent. Hu-  
ius capituli lectio utilis esse queat ijs qui in oratione  
valde distracti sunt.

VT de quarta mansione aliquid scribere incipiam, necesse cum pri-  
mis est id quod dixi, Spiritui sancto inquam me comendare, eumque  
rogare, ut in illis quae deinceps dictura sum, loco meo loquatur, quod de  
de ijs quae adhuc restant mansionibus, aliquid ita dicere queam, ut me  
vos intelligere possitis. Iam enim materia supernaturalis esse incipit, at-  
que ipsa quam difficillima explicatu est, nisi Maiestas ipsius in partem  
veniat, uti alio loco dicere memini, ubi tantum scripti, quantum tum  
potui comprehendere, anni sunt plus minus quatuordecim: quamuis  
autem nunc temporis, paulo plus lucis, ad illas gratias, quas anima-  
bus nonnullis Dominus confert, intelligendas habere videar; aliud  
tamen est easdem sentire, aliud easdem verbis exponere. Faxit id Maie-  
stas eius, si modo aliquis inde fructus sequi possit; si verò nullus, minime  
faxit.

*Cur spiri-  
tus Sanctus  
opem S. M.  
imploret.*

Quòd autem haec mansio loco, in quo Rex residet, vicinior sit, hinc  
magna illius est pulchritudo, resque tam iucundae tum visu, tum intel-  
lectu, in ea sunt, ut intellectus nimis quam impotens sit medium exco-  
gitare saltem aliquid ita enucleatè ac perfectè de ijs dicendi ac proferen-  
di, ut non adhuc valde obscurae maneant ijs qui rem experti non erunt;  
qui verò experientiam habuerit, faciliè eam intelliget, praesertim si ma-  
gnam habuerit. Ut verò quis ad hanc mansionem pertingat, videri pos-  
set necesse esse, diu in prioribus illis mansionibus egisse. Quamuis au-  
tem ordinarium sit, ut in ea, quam iam supra paulò descripsimus, ali-  
quantulum egerint, tamen haec regula non est certa (quemadmodum  
iam sapius audisse ex me potestis): largitur enim hanc Dñs, quando, quo-  
modo, & cuiusque voluerit, utpote bona sua & propria, & ita ut nul-  
li iniuriam inferat. In hanc mansionem rarissimè venenata animalia in-  
grediuntur, & si quando ingrediuntur, ad eò non damnum inferunt aut  
noxam, ut etiam fructum & lucrum adferant. Equidem ut multo melius

*Mansionis  
quarta  
splendor.*

*Bonum est  
animalia  
virulenta  
in quarta  
mansionem  
venire.*

ac salutaris ducō, quōd hęc animalia huc subeant, & in hoc orationis stutu aliquod homini negotium faceant. fieri enim posset, vt eorum quos Deus dat, gustuum ad miniculo diabolus hominem, nisi aliquę tentationes intercurrerent, deciperet; & magis per illos noceret, quā per has, nec tantum anima ipsa lucrum faceret; saltem contingere posset, vt omnibus, quę ei merendi occasio sunt, sublatis, ipsa velut in continua quadam absorptione & ebrietate, illo agente remaneret. Neque enim vsque ad eō securum puto, semper in vno eodemque esse manere, neque item possibile mihi esse videtur, vt hoc exilio durante, spiritus Domini semper vnus & idem sit, aut in Esse vno maneat.

*Gaudium  
ac gustum  
discrimin.*

*Gaudia  
unde nas-  
cantur,*

*Hęc etiam  
alijs ē rebus  
capuntur.*

Vt ergo id quod me tractaturam dixeram, aggrediar, videlicet, quod sit gaudiorum ac gustuum in oratione dari solitorum discrimen; Gaudia, (vt mihi quidem videtur) dici possunt is morus quem nostra nos meditatione, & ad Deum orationibus nobis comparamus: qui & à natura nostra ortum habet, Deo tamē ad hanc concurrente & adiuvante (quod intelligi quoque debet de omnibus quę dicam, quia nihil sine ipso possumus.) nascitur autem is ex ipso met pio & virtuoso opere quod agimus, & nostro eum labore lucrati, velut eius mercedem ac stipēdium, videmur. Et sanē, meritō gaudium sentimus ex eo, quōd id genus rebus & operibus nos applicauerimus. At, si rem penitiūs inspiciamus, eadem isthęc gaudia etiam alijs multis ē rebus, quę nobis hac in terra evenire possunt, haurire poterimus; veluti, cū alicui inexpectato magna aliqua hæreditas, præter spem, in sinum quodammodo decurrit: item, cū repente & inopinantibus nobis occurrit aliquis, quem singulari amore complectimur: item, cū aliquod magni momenti negotium, & opus eximium, quod omnium ore celebratur, laudabiliter & ex animi sententia successit: item, cū alieni maritus, frater, aut filius, quem demortuum audierat, viuus & valens subito videtur. Vidi ego nonnullos, præ gaudij magnitudine lacrymantes; quod & mihi aliquoties factum est. Quemadmodum verō hęc gaudia naturalia sunt, sic mihi & illa, quę ē rebus diuinis percipimus, esse videntur, nisi quōd longē nobiliorem illustrioremque hęc originem habeant; quamquam nec priora illa mala sunt. Vt sit, à natura nostra originem sumunt, & desinunt in Deum: gustus verō à Deo initium habent, natura autem eos sentit, ijsque oblectatur; & tam ijs fruitur, quā ijs quos dixi, & etiam amplius.

Quā, o Iesu bone, desidero hic meam possem mentem explicare, vt, quōd hic dico, intelligatur: quod videam (prout mihi quidem videtur) notabilem inter vtrumque affectum differentiam, & tantum ingenij non habeo, vt, quid velim, possim declarare. Ipse id faciat Dominus. Venit hic mihi in mentem versiculi cuiusdam, quem in Officio primæ, in  
vlti.



vtimi Psalmi extremo recitamus, qui sic habet, *Cum dilatasti cor meum.* hi *Psal. 118.*  
 qui multam rei huius habebit experientia, satis hic erit, ad intelligendum quæ sit inter vtrumque affectum differentia, in expertus verò longè plura opus habet.

Gaudia illa quæ dixi ad eò non dilatant cor, vt in plurimum ipsum potiùs non nihil stringere & coarctare videantur, etiam si inde oriantur, quod aliquid Dei causâ quis fieri videat; ad quæ & lacrymæ quædam angustiantes accedunt, quas vehementia passionis aliquo modo elicere videtur. Equidem de id genus animæ passionibus parum scio (& si scirem, fortasse sentia animi mei meliùs possem exponere,) nec non de omni eo quod è sensualitate, atque naturali nostro affectu procedit. sum enim admodum rudis & stupida: Etenim, si, quomodo hæc transferim, intelligerem, satis mentem meam iam declarare possem: certè magni in omnem partem refert, scientiam habere, & litteras nosse. Quod autem ipsa quoad hunc statum, quo adhæc, inquam gaudia & voluptates quæ in meditationibus habètur, per experientiam noui, hoc est: si quidem ob aliquod passionis Domini mysterium lacrymari incipiebam, non prius à lacrymando cessare poteram, quàm caput plorando defatigaßem; si verò ob peccata mea lacrymæ fluebant, eodem planè modo in illis me habebam. Sanè, magnam mihi Dominus quoad hoc gratiam præstabat: neque enim inquirere iam volo aut excutere, vtrum horum sit melius; sed tantùm vellem aperire posse, quod inter vtrumq; sit discrimen. Ob hæc, aliæque id genus, lacrymæ ac desideria hæc nostra aliquando causantur, ad quæ etiam iuuat ipsa naturæ pronitas atq; hominis dispositio; sed tandem, vt iam antè dixi, in Deum ipsum desinunt. Nihilominus, quamuis hoc cita sit, sanè pro magno reputandum est, modò adsit humilitas; vt sciamus, non propterea eas meliores esse, quòd intelligi ac dignosci nequeat, num omnia hæc reuera amoris effectus sint; & quando sunt, donum Dei. Vt plurimum huiusmodi deuotiones habent animæ quæ in prioribus mansionibus agunt; quòd continuò quasi, per intellectum operantes, in discurrendo & meditando occupatæ sunt: & bene faciunt; plus enim ipsis non est datum. Quamquam non malè facerent, si subinde se ad aliquod tempus, in actibus amoris eliciendis, & Dei laudibus celebrandis exercerent, de quæ illius bonitate, & de eo quòd ipse sit qui est, gauderent, denique illius honorem & gloriam quàm maximè desiderarent. Et hæc omnia quidem prout poterunt: hoc namque voluntatem mirum in modum excitat. Cum verò Dominus illud ipsis dabit, videant magna cum circumspeditione, ne ipsum, vt solitam haberi meditationem perficiant, elabi sinant. Quia verò alijs in locis pluribus de hac ipsa re egi, hinc de illa nihil hic dicam vlteriùs: hoc solum vos monitas volo,

*Dilatatio  
cordis à  
quibus  
gaudijs  
proueniat*

*Amor Dei  
in quo con-  
sistat.*

vt in hac via multū progrediamur, & ad mansiones ad quas aspiramus, perueniamus, non tam in multa cogitatione ac meditatione, quā multo amore rem sitam esse; quocirca id demum me suadente facitote, quod ad amandum vos magis excitabit. *foras* affis nescimus ad huc, quid sit amare: quod mihi mirum non videbitur. *an* quippe non in ampliore gustu consistit, sed vt maiori cum resolutione & firmitate Deo in omnibus placere desideremus, & quā possumus maxima contentione, illum non offendere procuremus, eumq; quā feruentissimè rogemus, vt filij eius vnigeniti honor & gloria semper increseat, Ecclesiæq; Catholicæ fines & termini latius extendantur. Hæc sunt amoris indicia & signa. Nolite verò putare, id ita necessarium esse, vt nefas sit vos aliud quippiam cogitare, & si vel paululum mentem alio diuerteritis, ilico totum perditum esse. Ego sanè nonnumquam ob id genus cogitationes in angustijs hæsi, vt quo me verterem nescirem; at, iam quatuor plus minus anni sunt, ex quo per experientiam intelligere cæpi, cogitationem vel imaginationem (vt meliùs id intelligatur) non esse intellectum; cumq; virum doctum, num id bene sic sensissem, consulere, is mihi ita se rem hanc habere, affirmavit, quod mihi non mediocri gaudio fuit audire. quòd enim intellectus ex animæ potentijs vna sit, valdè me cruciabat, quòd is subinde ita lubricus esset: cogitatio verò, vt plurimum tam celer & volatica est, vt eam solus Deus ligare & continere possit; quando scilicet sibi ita nos alligat, vt à corporis huius vinculis quodammodo solutæ videamur. Vidi ex vna parte quidem (prout mihi videbatur) potentias animæ, Deo occupatas, & in ipso recollectas esse; ex altera verò parte, cogitatio mirè distracta & turbulenta, me penè mentis impotem reddebat. Tu Domine vt bonum, & in meritum nobis interpretare ingentem illam, quam in hac via, ob scientiæ defectum, patimur angustiam & laborem. Illud verò peius est, quòd, cū cogitemus plura nobis scienda non esse, quā solū de te cogitare, etiā nesciamus eos qui hoc intelligunt percontari, & quid percontandum sit non intelligamus. vnde magnis interim laboribus & pressuris nos diuexari necesse est, quòd nos ipsas minimè intelligamus, & quod malum non est, sed bonum, ingentem esse culpam arbitremur. Hinc porrò multorum orationi deditorum afflictiones & cruces, & quòd de internis animi angustijs conquerantur (illorum saltem qui docti non sunt) ortum habent: hinc quoque nascitur melancholia, & valetudinis destructio, ac demum totalis eorum quæ vsurpant exercitiorum omissio: idque ideo, quòd non considerent, interiorem quoque mundum esse. Quare sicut cæli motum sistere & retinere non valemus, quin id omni velocitate quā citissimè feratur, ita nec cogitationem sistere possumus: statimque omnes animæ potentias e contra adhibemus & impendimus, videmurq;

*Cogitatio  
nos nemo  
resinere po-  
tess.*

*profus*

profus perditæ, ac male tempus impendere, cùm in præsentia Dei agimus. Et forsàn anima interea, in mansionibus ei vicinioribus, illi totaliter est coniuncta ac cogitatione deforis in castelli suburbij & pomerij agente, sexcentarum ferocium & virulentarum bestiarum incurfus ferente; itaque magnam sibi hac vexatione meritorum segetem comparante. Quocirca non est, quod hoc nos turbet, aut vt Deum relinquamus: hoc namq; diabolus inprimis spectat, & omnes inquietudines & afflictiones nostræ pro maiori parte inde promanant, quòd ipsa nos minimè intelligamus. Hæc quidem nunc scribo, simul tamen confidero, quidnam modò in capite meo, quoad strepitus & tumultus illius, quos initio dixi, peragatur: vnde mihi propè impossibile factum est, scribere quod iussa sum. Etenim ita ipsum turbatum est, vt hinc abrupti & præcipientes quidam fluuij per ipsum volui, illinc verò ex istis aquis multæ aues & sibila ruere videantur: idq; non in ipsa auditus cella, sed in superiore capitis parte, in qua principem animæ partem habitare ferunt. Satis diu super hoc reflexi & cogitavi, quòd ingens spiritus motus, magna cum velocitate, sursum ferri mihi videbatur. Det Dominus, vt in ijs quæ sequuntur mansionibus meminerim huius rei causam exponere (hic namq; locus ad hoc còmodus non videtur.) Et sanè fieri posset, ideò hanc capitis conturbationem Dominum mihi immittere voluisse, quo id melius intelligerem: nam per omnem illius turbationem actumultum, nec in oratione mea, nec in eo quod modò scribo & dico, vllatenus impediò; sed anima in sua quiete, amore, desiderij, claraq; cognitione, valdè integra est, & sibi constat. Si ergo in superiore capitis parte potior animæ pars habitet, quomodo ergo hæc illud non turbat? hoc quò fiat, ipsa nescio; scio tamen verum esse quod dico. Tum, fateor, ipsum turbat, cùm oratio sine suspensione est; quamdiu enim illa durat, nullum malum sentitur: verùm nimisquam malum foret, si ob hoc impedimentum & turbationem omnia ommitterem. Quocirca consultum nõ est, ob ingruentes cogitationes nos turbari; at parum eas curemus: si enim à dæmone ex immittatur, hic ipse desinet, vltra quod moueat non habens; si verò ex miseria, quæ nobis à peccato Adæ mansit, ortum habeant, (vti reuera habent) cum alijs multis, habeamus patientiã, & propter amorè Dei ipsum feramus. Subiectæ non minùs sumus comestioni, somnoq; nulla vt ratione ipsis carere possimus (quod sane nimis quàm laboriosum & durum est.) Agnoscamus ergo miseriam nostrã, & illuc tendere desiderio nostro anhelemus, vbi nos nemo despiciat. Aliquando. n. me audiuisse memini, sponfam in Canticis id dicere. Et verè: nihil. n. in tota vita hac nostra inuenio, de quo maiore cū ratione id dici queat: oēs enim, qui in hac vita haberi possunt despectus & afflictiones, cū conflictibus illis internis nullatenus mihi còparari posse videtur.

*Dolores & strepitus capitis S. M. A. vris.*

*Ob cogitationes non oportet turbari.*

*Conflictibus internis non grauioribus.*

*Quando à  
miserijs cor-  
poris liberi-  
erimus.*

Etenim quælibet inquietudo, turbela, ac bellum quodcunq̃ue tolerari potest, dummodò ( vti iam antè dictum ) pacem vbi viuimus inueniamus; sed, quod à sexcentis, qui in mundo hoc sunt, laboribus quietem & liberationem habere velimus, & Dominus nobis quietis locum præparare velit; & interea intra nos ipsas impedimentum maneat; non potest non esse permolestum, & propè intolerabile. Hanc ob causam, eò nos, Domine, sustolle, vbi nos istæ miserix non amplius despiciant; quod animam hæ interdum explodere & irridere videantur. Verum etiam hac vita durante, ab hoc eam malo Dominus liberat, vbi scilicet ad posteriorem mansionem iam peruenerit, quemadmodum, si Deus concesserit, dicturæ postea sumus. Omnibus, credo, hæ miserix tantum tormenti non infligent ac mihi; nec tantum alios, vti puto infestabunt, ac me, quod essem improba, ad annos non paucos infestarunt, quasi si de me ipsa vindictam sumere velle viderer. Et quoniam mihi id ita durum & pœnosum fuit, ac vobis fortassis tale id fore, existimo; hinc multoties ipsum inculco, & nusquam non repeto, vt tandem semel vobis id perfectè persuadeam, ( vti res est, quæ necessariò obseruanda est ) vt nos ea deinde non inquietet & affligat, sed hanc molam perpetuò more suo ferri sinamus, nostramq̃ue ipsæ farinam in ea molamus, voluntate nostra & intellectu semper operantibus. Huius impedimenti modo plus, modo minus sentimus, pro valetudinis & temporum diuersitate. Misella vero anima, quamquam nullam quoad hoc habeat, culpam, patienter ferat, quippe alia multa facimus; vnde hic patientiam habeamus æquum est. Et quoniam nobis indoctis satis non est ad plenam securitatem, quod aut ipsæ legimus, aut alij nobis consulunt, vt scilicet cogitationes has parum moremur: hinc omne illud tempus, quod rei huic amplius declarandæ, vobisque hac in re consolandis impenditur, minimè mihi perditum videtur. Verum, vsq̃ue dum Dominus nobis lucem dare voluerit, parum omnia profunt; sed necesse est, ( quin & Maiestas illius vult ) aliqua vt media quæ ipse suggerit vsurpemus, ac nos ipsas cognoscamus, & eorum, quæ debilis imaginatio, & natura nostra, nec non diabolus causantur, culpam animæ non ascribamus.

## CAPVT II.

MATERIAM EAMDEM PROSEQVITVR, AC SIMILITVDINE  
quadam ostendit quid sint gustus; & quomodo eos ipsi consequi, nullatenus  
procurando, debeamus.

**H**Em Deus meus, in quæ me ingessi! Iam tum oblita sum eius quod  
tractabam; ingruëtia enim negotia, & valetudo infirmior commo-  
dissi

diffimâ in oportunitate, id iam me cogunt abrumpere; hinc, quoniam labilis sum memoriæ, omnia indigestè inordinatè que dicètur, quòd quæ scripta sunt relegere nequeam. Imò scio, etiam quæcunque hæcenus scripsi, indigesta forsan & incondita esse: ita saltem mihi videtur. Videor dixisse, consolationes spirituales aliquândo, cum passionibus nostris permixtæ & inuolutæ sunt, & secum tumultuosos quosdam singultus trahere. Imò verò quosdam dicentes audiui, sibi etiam pectus per eas solitū coarctari, ita, vt etiam exteriores quosdam motus sentiant, eos vt compescere & reprimere non valeant: quin imò, tanta earum est violentia, vt ipsis & sanguis naribus erumpat, aliaque id genus fatis pænosa & afflictiva patiantur. De hac re nihil habeo quod dicam, quòd numquam illâ sum experta: nihilominus consolationem aliquam omnia hæc adferre verisimile est, quòd (vt dixi) non aliò tendant omnia, quàm vt quis Deo placere, ac Maiestate illius frui desideret. Quod verò diuinus appello gustus (alibi namque orationem quietis eos nominavi) alterius est generis, vt faciliè intelligetis vos, quæ id ipsum Dei misericordiâ expertæ estis.

*Consolationum spiritualium virtus.*

*Oratio quæ est & gustus diuini idem quid est.*

Quòd vt melius intelligamus, fingamus nos duos videre fontes, & duos scyphones, qui illorum aquâ repleantur. vix enim quidquam reperio, quod oportuniùs & aptiùs aliquas res spirituales declaret, quâ similitudo quæ ab aquæ proprietatibus sumitur. Cuius rei ratio est primò, quòd ipsa parum sciam, nec ingenium mihi, ita fecundum sit vt me adiuuet; deinde, quòd erga elementum hoc mirè afficiar, hoc namque maiore cum aduertentia & reflexione quàm alia quælibet, sum contem-  
plata. In omnibus enim rebus, quas tam magnus & sapiens Deus condidit, multa secreta & mirabilia includantur necesse est, è quorum consideratione fructum ipsi & vtilitatem capere possumus; & sic facere verisimile est eos, qui illa intelligunt. quamquam in vna quaque recula, quantumuis parua, quam creauit Deus, plura contineri existimem miracula, quàm ab hominibus intelligantur, esto vel formicula sit. Pono, duo hi scyphones diuersimodè ab aqua replètur. nam in vnum aqua à valdè procul, per multos tubos & aquæ ductus laboriosè deriuata descendit; alter verò, in ipsomet fundo fòtis, & aquæ ortu cõstitutus, sine vllò profus strepitu ac murmure adimpletur; & si quidè eius scaturigo copiosa & abundans sit (vti illa qua de loquimur) postquâ scyphon hic repletus fuerit, ingens inde rivus promanat, nullo vt aquæ ductuum tuborumue artificio opus sit; neue vniquâ aquæ hic desinunt fluere, sed sunt perennes & æternæ. Aqua ergo, quæ per tubos & canales deriuatur, meâ sententiâ representat gaudia illa, de quibus ante egi, quæ per meditationè eliciuntur; quòd cogitationibus ipsis eadem educamus, creaturarum ad-

*Aqua cur optimè res spirituales representet.*

*Creatura qua mirabilia continent.*

*Gaudia meditationis aqua comparantur per tubos deriuata.*

miniculo in meditatione vtentes, & intellectum defatigantes; & quoniam nostrâ demum diligentia, illa procurantur, hinc strepitum velut excitant, si quando aliqua profectus repletio, in anima fieri debet, vt dictum est. In alio illo fonte, aqua ab ipsamet sui scaturigine, quæ Deus est, prouenit, vnde, cum Maestas illius, dum ei visum fuerit, aliquam supernaturalem gratiam communicare voluerit, summa eam pace, quiete, & maxime intimorum nostri ipsarum suauitate producit; at nescio quousque, aut quomodo. Adhæc, hoc gaudium & delectatio, quemadmodum ea quæ rebus terrenis solent haberi, in corde non sentitur. In principio inquam; nam postea quaquaersum omnia implet, aqua hac per omnia habitacula & potentias animæ sese diffundente, donec tandem etiam in corpus ipsum deriuetur. Atque ideo dicebam initio, illam à Deo quidem incipere, desinere in nos: nam reuera totus homo exterior, quantus quantus est (vt sciunt qui ipsum experti fuerint) hunc gustum & suauitatem percipit. Hæc ego dum scribo mecum, iam perpendebam, versiculum illum Danidicum, *Dilatasti cor meum*, indicare, cor à Domino dilatari; vnde videtur significare, rei eius ortum (vt dixi) non à corde, sed ab alia parte adhuc magis interiori, velut à profundo quodam abdito esse. Id animæ centrum esse debere (vt postea intellexi, & deinceps etiam dictura sum) existimo: multa quippe in nobis ipsis secreta video, vt non rarò me obstupescere faciant: at quanto plura ibi sint oportet, quæ adhuc ignoro?

*Dei magnalia omnia nemo intellegit.*

Quam, ô Domine & Deus meus meus, magna & mirabilia sunt Magnalia tua! & nos hîc, velut stolidi & stupidi quidam bubulci sumus: etenim videmur ipsi nobis, aliquid tui comprehendere & intelligere; & reuera velut nihil id esse debet, cū etiâ intra nos ipsos magna sint arcana, quæ non intelligimus. Velut nihil inquam respectu eorum multorum quæ sunt in te; non, quòd non maxima sint magnalia & magnitudines tuæ quas oculis videmus, etiam quantum ex operibus tuis colligere & assequi possumus.

*Dilatatio cordis vnde fit.*

Verum vt ad prædictum Psalmi versum reuertar, non aliter is ad propositum meum hic facere potest, (vt mihi quidem videtur) quàm quoad hanc dilationem cordis; qui talis est, vt, cùm aqua hæc celestis è scaturigine quam dico, è nostri inquam ipsorum profundo, produci incipit, mox per omnia interiora nostra sese diffundere, & eadem dilatate, & talia ibi bona producere videtur, quæ nec eos eloqui potest, vt nec anima intelligere, quid sit quòd hîc sibi datur. Diffundit se adhæc quædam fragrantia, perinde ac si (vt ita dicam) in fundo illo interiori arula ac foculus foret, in quem odorata aromata & varij suffitus conijcerentur; neque tamen lumen eius aut locus videtur; arinte-

rim eiusdem calor & fumus odoratus vniuersam animam peruatit quin & corpus non raro ( quemadmodum dictum est ) illius fit particeps. Considerate & intelligite quod dico, quia nec sentitur calor, nec percipitur odor: nam res longè nobilior ac delicatior id est, quàm hæc ipsa sunt, sed id eò tantùm dixi, vt hac ratione ipsam vobis declararem. Ipsi pro qui hoc experti non sunt, intelligant & certo credant id sic verè contingere; & clarius id intelligi, & animam intelligere, quàm id ipsa modò exponam: quia non est id huiusmodi, quòd imaginando prævideri queat; quantumcumque enim diligentiam adhibeamus, ipsam acquirere & assequi non possumus. Atque ex hoc ipso colligere est, non id è nostro metallo, sed ex purissimo illo diuinæ sapientiæ auro prociusum esse. Hic ( prout mihi videtur ) potentiæ vnitæ non sunt, sed velut ebræ & absorptæ, & stant velut attonitæ & mirantes quidnam hoc sit.

Fieri poterit, vt in rebus his interioribus, mihi met ipsi contradicens, consentanea non scribam ijs quæ alio in loco scripsi. neque mirum id est: quòd quindecim annorum spatio ( tot enim prope elapsi sunt, postquam illa scripsi ( maius fortasse mihi Dominus lumen & claritatem in hisce rebus dederit, quàm tunc ad illas intelligendas habebam: & nunc, & tunc, in omnibus errare possum, at non mentiri; nã mille potius mortes, Deo dante, paterer, quàm mentirer. Loquor quòd intelligo.

*Adnisc S.  
M. postea  
lumen ha-  
buit ad res  
internas in-  
telligendas  
quã antea.  
Non vult  
mentiri,*

Voluntas quidem aliquomodo mihi videtur, diuinę vnita esse debere; verùm ex effectibus & operibus quæ pòst se sequuntur, hæ orationis veritates optimè cognoscuntur: nullus enim dari ad illam probandam lapis Lydius melior potest. Sanè nimis quàm magna Dei misericordia & gratia est, si eam agnoscat qui ipsam recipit; & maxima, si non retro cesserit. statim carissimæ, omnimodis ad hoc orationis genus aspiratis, & ipsum exercere vultis. & meritò; neque enim animæ ( vt dixi ) illas comprehendere gratias potest, quas Dominus ibi illi facit; nec non quo amore eam sibi propinquiorem faciat, vicinioremque reddat. Quippe certum est, quòd scire ipsa cupiet, quomodo hanc gratiam consequi possimus. Equidem vobis, quòd quoad hoc cognoui dicam: si quando Dominus hanc dare dignabitur, sinamus illum facere, tantùm quòd Maiestas illius id ita velit; & non aliam ob causam: Ipse nouit, quare, & propter quid eam dare velit; nō est nostrū hoc scrutari & inquirere. Postquam ergo fecerimus ea, quæ ij qui in superioribus sunt mansionibus, humilitas, humilitas inquam, sectanda: per eã se Dñs expugnari patitur, in omnibus quæcumque ab eo petimus. Primum verò signum, è quo vtrum eam habeatis, colligetur, est existimare hæc vos

*Humilitas  
quàm sit  
necessaria;*

gratias

gratias & gustus Domini minimè promereri, sed indignas esse quæ toto vitæ tempore eas vniquam habeatis.

Peteris hic à me, quomodo hoc futurum sit, & quomodo poterit obtineri, si ad illas habendas non allaboremus? Ad quod, respondeo, nullam earum habèdarum rationem meliorem esse eà quam vobis dixi, nec eas vllatenus procurandas. idque ob hæc quæ sequuntur rationes. Prima, quia primum, quod ad hoc requiritur, est, Deum sine vlla vtilitatis commodiue spe amare. Secunda, quia nonnullus humilitatis defectus est, ob tenuia nostra obsequia tam magnam rem obtineri posse, cogitare. Tertia, quòd vera ad hoc obrinendum præparatio sit, sincerum aduersa patiendi, Dominum que imitandi, non autem gustus habendi desiderium; nam certum est, nos eum offendisse. Quarta, quòd Mafestas ipsius ad eas nobis dandas non teneatur, vti quidem ad gloriam nobis dandam tenetur, si mandata eius seruemus. nam sine gustibus his saluari poterimus; & nouit ipse melius quam nos, quid nobis conueniat, & quis verè sincere que eum amet. proinde certum id est, scio. Quin & quosdam, per hanc viam amoris prout oportet incedentes, nimirum ad solum IESU CHRISTO crucifixò seruiendum, noui, qui non modo gustus nec petunt, nec ambiunt, sed etiam enixe eum rogant, ne sibi eos vniquam, huius vitæ curriculo durante, det. quod autem dico verum est. Quinta est, quod in vanum laborabimus: quod enim hæc aqua per tubos conducenda & habenda non sit, vti prior illa; si, quidem vena ac scaturigo eam producere nolit, parum iuuat quod hinc nos ipsas defatigemus & torqueamus. Id est; quantumlibet meditationi insistamus, quantumlibet vim nobis faciamus, ac lachrymis natemus, non venit aqua hæc illà vià; solum datur ei, cui eam Dominus dare voluerit, & etiam sæpè tum cum anima omnium minimè de ea laborat aut cogitat. Sumus illius, carissimæ; proinde ipse de nobis faciat quod allubuerit, & qua voluerit nos deducat. Equidè mihi persuadeo, quisquis verè se humiliabit & annihilabit (verè inquam; neque enim id solum in cogitationibus nostris faciamus oportet, vt potè quæ non raro nos decipiunt, sed vt penitus ab omni re expoliata & denudata simus) hanc, vti & alias multas, quas desiderare & optare ipsæ nescimus, gratiam à Domino accepturum. Ipsi sit honor & benedictio in sæculorum sæcula.

## CAPVT III.

DECLARAT, QUID SIT ORATIO RECOLLECTIONIS, QUAM ante superiorem Dominus plerumque elargiri solet. Eius exinde prosequitur effectus vti & effectus superioris, in qua de gustibus à Domino dari solitis actum est.

**H**at prius de alio quodam orandi modo, qui ferè semper ante illum incipit

*Cur gustus  
procurari  
non debeat.*

*Quibus  
suas Deus  
gratias det.*



incipit, aliquid dicam. Sed, quoniam alio in loco nonnulla de eo dicta sunt, hinc quàm paucissimis id absolvam. De quadam inquam recollectione, quæ mihi etiam supernaturalis esse videtur; quòd necesse non sit, vt quòd eam habeamus, in obscuro simus loco, aut oculos occludamus; neque etiam in re vlla exteriore sita est: eùm, esto ipsum non procurem⁹, & nolimus, oculi nobis occludantur, & solitudinem sponte captemus; & sine vllò prorsus studio & cura, orationis huius quam dixi, ædificium extrui & ædificari videatur. sensus namque nostri, & quidquid externum est, suo quodãmodo iure cedere, & aliquid eius videntur amittere, quòd anima suam, quòd amiserat, paulatim recuperet. Dicunt animam modò ad seipsam ingredi, modò supra seipsam ascendere: at hoc loquendi modo de ijs quæ volo nihil vobis declarare potero, nam eum non satis calleo: nam per illum quo me scio exponere, satis à vobis intellectum me iri arbitror; & fortasse etiam mihi vni per eum intelligat. fingamus ergo nobis quæ persuadeamus, sensus hosce & potentias, quos castelli huius prædiciarios esse iam dixi (atque id est quod in similitudinem sumpsi, vt aliquid dein de eo possem dicere) foras egressos esse, & cū externis, qui bonorū ac salutis castelli huius sunt aduersarij, dies, quin & annos, multos egisse; sed iam, visa pernicie sua & interitu denuo ad ipsum propiùs paulatim accedere, esto adhuc intrare nequeant (praua namque hæc consuetudo admodū euictu difficilis est) saltem nō sunt iā proditores, & circum castellū obambulant. Ceterum potens ille Rex, qui intra castellū moratur, bona illorum voluntate visa, pro insigni sua misericordia & benignitate, illos ad se reducere satagit. quare, ad instar boni pastoris, tā leni suauisque, vt ipsimet id vix intelligant, emissio sibilo efficit, vt suam vocem cognoscant, nec in hoc perditionis statu hæreant, sed tandem ad proprium habitaculum redeant. Hic porro pastoris sibilus ad eò potens est & efficax, vt res externas, quibus intricati & affixi erant, relinquentes in castellum tandem se recipiant.

Namquam id ita plane mihi declarasse videor, ac nunc. Nam ad Deum in interioribus quærendum (ibi enim melius, & ad nostrū cōmodum oportuniùs, quàm in creaturis, Augustino teste, inuenitur; nā postquam illum, in multis locis quæsiuisset, ibi tandem eum reperit) quàm maximè conducit, quòd hanc nobis gratiam Deus præstat. Neque verò puteris, id per intellectum nos cōsequi posse, dum connitimur vt de Deo intra nos ipsas præsentem cogitemus; aut per imaginationem, illum in nobis esse imaginando. Bonum quidem id est, & excellens quædam meditando ratio, cū certissime veritati innitatur, nimirum Deum intra nos ipsos præsentem adesse. Verum non est hoc quod volo: hoc namque vnusquisque, Dei ope & fauore, facere potest: at quod dico, alio longè modo

*Sensus huius  
nimia potentia  
sunt voluntatis  
arce  
prædiciarij.*

modo fit : nam subinde contingit , vt etiam antequam homo de Deo cogitare incipiat , iam gens illa intra castellum verferetur ; vt nesciam tamen , vnde nam aut qua intrauerit , vel quomodo pastorem suum sibilantem inaudiuerit : neque enim per aures sonus aliquis ingressus est ( nihil quippe auditur ; ) nihilominus perceptibiliter suavis quaedam in interioribus reollectio sentitur ; quemadmodum ad oculum videbit , cui id datur experiri : non enim melius aut apertius id possum declarare. Videor mihi legisse , perinde id fieri , ac in hericio vel testitudine , quando sese intra se contrahunt. Bene is rem hanc intellexerit oportet , qui hac similitudine eam declarauit : verum tamen animalia illa ad se ipsa ingrediuntur , cum ipsis lubuerit ; at hic , in nostra potestate id situm non est , sed tum fit cum hanc nobis gratiam Deus facere vult. Equidem sic existimo , Maiestatem ipsius non alijs eam praestare , quam ijs qui res saeculi huius iam repudiarunt ( non dico tamen , vt eas de facto & opere ipso repudient illi , quos ratione status id facere impossibile est ; sed affectu ac desiderio ) cum illos particulatim ad hoc vocet , vt rebus interioribus intendant. Vnde mihi persuadeo , si modò Maiestati eius dare locum velimus , fore , vt ipsa ijs quos ad maiora iam vocare incipit , non solum hoc verum etiam alia datura sit. Quare quisquis hoc in se experietur & intelliget , summo opere eum laudet necesse est : aequissimum namque est , hanc in se gratiam ac Dei munus agnoscat , ei que pro ea ingentes gratias agat , vt se hac ratione ad alias maiores ab illo recipiendas disponat. simul etiam dispositio hoc est , ad illum audiendum & auscultandum , quemadmodum in nonnullis libris facere iubemur , vt videlicet studeamus non multum discurrere , sed attentie esse ad videndum quid Dominus in anima operetur. Quamquam , intelligere nequeam , quomodo , si Maiestas ipsius nondum suo nos rore irrorare inceperit , nostra se cogitatio derinere queat , ita vt non plus damni , quam emolumentum adferat , esto hac super re satis multum sit à nonnullis viris spiritualibus disputatum. Quod ad me ( vt paruam meam humilitatem fatear ) numquam hactenus ullam sufficienter rationem mihi dare potuerunt , quae me in ipsorum sententiam pertrahat. Horum non nemo allegauit mihi librum quemdam , à sancto viro F. Petro de Alcantara compositum , quem & ipsa vt sanctum reputo ( cui me libes subijcerem , quod hoc illum satis nosse scirem : ) quae cum pariter legissemus , comperi ipsum idemmet dicere , quod ipsa hic , esto non iisdem verbis ; sed ex ijs quae dicit , colligere est , opus esse , vt amor iam excitatus sit.

*Quibus  
Deus hanc  
gratiam fa-  
ciens.*

*Deo ob gra-  
tiam accep-  
tam agenda  
gratia.*

*Cogitatio  
quomodo se  
derinere  
queat.*

Fieri quidem potest , me errare ; sed quae sequuntur rationes , hoc mihi persuadent & conuincunt. Prima est , quod qui in hac operatione spiritus minus facere cogitat , vel vult , plus alijs praestet. Quare non aliud

**nobis**

nobis hic faciendum est, quam vt, velut pauperes & omnium egeni,  
 coram potenti opulentoque Imperatore prostrati, aliquid ab eo pe-  
 tamus, & quamprimum oculos in terram deiciamus, & quod datu-  
 rus est, cum humilitate expectemus. Cumque per secretas & arcanas  
 illius vias, intelligere videmur, nos ab ipso exaudiri, tum quidem con-  
 sultum est tacere, quandoquidem nos apud se versari passus sit. ne-  
 que tunc in consultum fuerit, dare operam, (si quidem possimus) nihil  
 vt per intellectum operemur, aut discurramus; at, si videamus, nos à  
 Rege illo nec auditos esse, nec videri, non debemus velut attoniti &  
 consternati hærere. satis namque anima attonita manet, cum hoc ipsum  
 procurauit, & multo fœdior, & oratio fortassis, per eam quam sibi,  
 ad nihil omnino cogitandum intulit violentiam, inquietior. Sed  
 credamus necesse est, Dominum velle, vt ab ipso aliquid peta-  
 mus, & coram eo consideremus, ipsum optimè scire & nosse quid  
 nobis conueniat. Equidem in animum inducere nequeo, vt huma-  
 nas industrias & operam aliquid posse credam in ijs, quibus Maie-  
 stas illius limitem certum posuissè, ac quæ sibi reseruare voluissè vide-  
 tur; quod non item in alijs multis, quas per nos, ipsius cum fauo-  
 re, exequi possumus, fecit, quales sunt, austeritates corporales, opera bo-  
 na, & orationes quousque nostra pertingere & se extendere potest infir-  
 mitas ac miseria. Altera verò ratio est, quod opera illa interna, planè sua-  
 uia & pacifica sunt; opera verò pœnosa & laboriosa exequi, plus dispèdij  
 afferat quàm compendij (pœnosum opus voco omnem violentiam, quã  
 ipsi nobis inferre volumus, vt esset, si spiritum & respirationem comprime-  
 re ac retinere vellemus.) sed anima se in Dei man<sup>u</sup> resignet, vt de ea is fa-  
 ciat quodcunque voluerit, quàm potest minimè, de suo commodo la-  
 borando, quàm autem potest maximè, in Dei se voluntatem resignan-  
 do. Tertia est, quod hoc ipsum studium & contentio, quod ad nihil om-  
 nino cogitandum adhibetur, cogitationem forsitan ad multum cogi-  
 tandum excitaturum sit. Quarta denique est, quod nihil substantia-  
 lius Deoque acceptius sit, quàm vt illius honorem ac gloriam vbi-  
 que præ oculis & in memoria habeamus, nostri ipsorum verò, nostrique  
 lucri, deliciarum ac consolationis obliuiscamur. Quomodo ergo sui ob-  
 liuiscatur is, qui ita anxius ac sollicitus est, vt sese mouere non audeat,  
 neque etiam intellectum, atque effectus ac desideria sua, vt sese, ad ma-  
 iorem Dei gloriam desiderandam moueant, neque etiam de ea quam is  
 habet, gaudeat finire? Cũ verò Maiestas illius, intellectum vacare & quietum  
 esse vult, tunc alio eum modo occupat; atque in cognitionem tam illu-  
 stre, ac tam supra omne quod ipsi assequi possumus, lumen infundit, vt  
 eam velut absorptam manere faciat, tuncq; intellectus, (vt tamè nesciat

Quomodo  
 Deus intel-  
 lectum oc-  
 cupet.

homo, quod id modo fiat) multò meliùs edoctus manet, quàm per quacumque adhibere ipsi possumus diligentias, vtpote quæ non raio in causa sunt, vt magis is perdat. Cùm enim potentias nobis Deus dedit, vt per eas laboremus, & omnia quæ sunt suum præmium habeant; non est quòdeas incantare aut vincire studeamus, sed suo eas officio fungi sinamus, quoadusque ad aliud sublimius & altius à Deo euehantur. Quod autem conuenientius ac porius facere posse ac debere putem animam illam, quam in hanc mansionem Dominus introducere est dignatus, est hoc quod dixi; adhæc vt sine vlla violentia ac strepitu, discursum intellectus constringere ac velut colligare procuret, non tamen eum suspendere, vt nec cogitationem: quamquam bonum est, meminerit se in Dei præsentia & conspectu agere, & quis sit iste Deus, si verò illud ipsum quòd in se sentit, ipsum absorbeat & inebriet, per me licet; sed intelligere is nolit quid sit, quia id voluntati datum est. sinat ergo eam frui eo quòd habet, sine eo quod ad hoc vllam adhibuerit industriam, sed tantum verba aliquot amorosa proferat. Nam tametsi hîc sine vlla omnino cogitatione manere, non studeamus, sæpe tamen sine vlla sumus, esto id quàm breuissimo duret spatio, sed, quemadmodum alibi dixi, causa, cur in hoc orationis modo intellectus discursus cesset, (in illo, inquam, qui hanc mansionem iam intrare cœpit; nam recollectionis orationem coniunxi cum hac, de qua & priùs loqui debebam, & quæ multò inferior est eâ quam orationem diuinorum gustuum vocaui; sed quæ fundamentum ac velut principium est quo ad illam perueniatur: nam in oratione recollectionis nec meditatio, nec intellectus operatio prorsus omittenda est) causa inquam est, quòd ille sit velut fons viuus & manans, qui per tubos aut canales minimè procurrit. vnde se submittit ac humiliat, aut potius humiliatur, quòd videat se intelligere non posse ea quæ vult; itaque, fluctuans ac nutabundus, huc illucque fertur, ad instar stolidi, quia nusquam quiescit aut sedem stabilem figit. Ceterùm voluntas in Deo suo fixa & stabilis est, vt commotio ac tumultus illius ei quàm molestissima sit; vnde hoc ipsa curare nõ debet: nã id multũ eã perdere faceret de eo quo iã fruitur; sed ipsum omittere, & in amoris brachia sese conijcere: nã Maiestas illius eã edoccebit, quid eam hîc facere oporteat. nam omnia penè in eo sita sunt, vt tanto bono se indignam reputet, atque gratijs agendis se totam occupare.

Vt autem de oratione recollectionis aliquid dicam, ideo nihil hîc de effectibus seu indicijs, quos in animabus, quibus Deus Optim. Max. hancce orationem cõcedit, cernere est, sum locuta. Quemadmodũ verò ad oculũ intelligitur, suã animã dilatationẽ atq; extensionẽ esse perinde ac si aqua quodã è fonte manãs canalem aut ductũ non haberet, per quẽ

fluere,

*Cur in oratione intellectus non discurrat,*

fueret, sed fons ipse ita affabrè factus esset, vt quo plus ex eo aqua efflue-  
 ret, eo fabrica ac scyphon ille maior fieret: sic & in hoc orationis modo  
 plura alia mirabilia quae Deus in anima operatur, contineri videntur:  
 eam namque habitat, ac sic paulatim disponit, vt, quidquid in illam in-  
 fluit, continere possit. Hæc porro suauitas & interior dilatatio colligitur  
 ex ea quæ hinc ei manet, cum in ijs quæ ad Dei obsequium spectant, iam  
 ita restricta & ligata non sit atq; erat antea, sed longè extensior ac dilata-  
 tio; adhæc iplo suppliciorum infernalium timore iam adeò non coar-  
 cteretur. nam, licet maior ex inde ei ne Deum offendat, timor maneat; ni-  
 hilominus seruilis timor penitus hinc deperditur; magnaq; eo aliquando  
 fruendi fiducia ac spes illi manet. Quin & austeritatum subeundarum ti-  
 mor, ne fortè per eas valetudini detrimentum aliquod inferatur, quem  
 habere antea solebat, tunc abscedit; nunc enim omnia se, in Deo, posse  
 putat, & maiora illarum subeundarum desideria habet, quàm habuit  
 hactenus. Timor quoque laborum, quem habere solebat, iam multò  
 temperatior est; quòd fides eius iam magis viua sit, & intelligat, si quidem  
 propter Deum eos patitur, sibi à Maiestate illius gratiam dandam, ad eos  
 patienter & generosè sustinendos. quin imò eos interdum vltro experit  
 ac desiderat, quòd prompta ac resoluta voluntas illi maneat, ad aliquid  
 Dei nomine faciendum; &, quòd magis & perfectiùs illius magnitudi-  
 nem iam perspectam habet, hinc se eo miseriorem ac viliorem reputat; &  
 quòd gustus & consolationes diuinas iam expecta est, hinc delicias mun-  
 danas non nisi meras sordes & inanias esse videt; atq; ideo se affectumq;  
 suum paulatim ab illis retrahit, quin &, ad ipsum faciendum, iam magis  
 sui ipsius domina est. Denique, in omnibus virtutibus iam multò perfe-  
 ctior est, ac melius eas exercet; atq; in illis vsq; & vsq; proficere nò de-  
 sinet, nisi aut prorsus resiliat, aut aliquid quo Deum offendat committat.  
 tum quippe omnia per dita & frustra sunt, ad quantum cumque sublime  
 perfectionis culmen anima etiam ascenderit. Est autem id ita intelligen-  
 dum, quasi, etià fortè semel aut bis hanc animæ alicui gratiam Deus fa-  
 ciat, omnes illa quæ dictæ sunt gratiæ in illa maneant, si eas còtinuò non  
 recipiat: in hac namq; perseuerantia omne bonum nostrum situm est.

*Quomodo  
 in ea anima  
 dilatetur.*

*Quomodo  
 animam  
 immutat.*

Potro vnus rei serio commonere visum est eum, qui se ad hunc sta-  
 tum prouectum videbit, omnino modis vt caueat, ne se in vllam Dei per-  
 peccatum aliquod offendendi occasionem conijciat. nondum namque  
 anima hinc adeò robusta vel adulta est, sed ad instar infantis primùm la-  
 ctere incipientis; qui si se à matris vberibus diuellat & submoueat, quid  
 de illo expectari aliud quàm certa mors potest? Equidem vehementer  
 metuo, ne hoc idem contingat ei, qui, postquam hanc & Dominus g. a-  
 tiam præstitit, orationem deserit, nisi maxima & prægnantissima eum ad

*Peccatoris  
 occasiones  
 vitandæ.*

*Animam  
feruentem  
cur diabo-  
lus magis  
oppugnet  
quàm aliã.*

hæc faciendum causa impellat, vel quamprimum rursus eam resumat: alias enim de malo in peius ruet. Noui, quàm meritò, & multum, hoc in casu timere nos oporteat; & nosco nonnullos, quorum sanè me quàm maximè miseret, quibus, quod dico, contigisse vidi, eò quòd se seiunxissent ab eo, qui tam amicabiliter & amorosè ipsis in amicùm se daret, & hoc ipsum etiam opere ostendere, cupiebat. Serio & sollicitè proinde moneo, ne in vllas peccandi occasiones se conijciat. Plus namque diabolus conicitur, vt vel vnam illarum animarum subuertat, quàm alias multas, quibus id genus gratias DOMINVS præstare non dignatur: quòd illæ multum nocere dæmoniqueant, tum plurimas alias ad sui sequelam trahendo, tum in Ecclesia Dei magnum forsan fructum faciendo. Et quamuis aliud non esset, quàm quòd Maiestatem ipsius illas singulari quodam amore videat prosequi; hoc vnum certè satis est, vt is omnem, ad eas perdendas & subuertendas, operam adhibeat & conatum: vnde fit, illas validè impugnari; & si expugnentur, multò pereunt profundius, maiorque longè illarum interitus est quàm aliarum.

*Demon o-  
stendit esse  
suis opera-  
tur & Deus.*

Vos verò, carissimæ, quantum colligere est, ab hisce periculis immunes & liberæ estis: ast à superbia & vanæ gloriæ studio DEVS vos liberet, quin & ab insidijs diaboli, præsertim, quibus id genus gratias & charismata fingendo vult imitari. quod colligi potest ex eo, quòd eosdem effectus non operabitur, sed planè contrarios. Vnius autem vos periculi commonere cupio (tamen si alio in loco de illo vos monuisse memini) in quod non paucos orationi deditos (ac præsertim mulieres; quæ quòd viris imbecilliores sumus, hinc etiam rei quam dicere hîc instituo, magis sumus obnoxia) incidisse noui. videlicet nonnullos ob frequentes pænitentias, orationes, ac vigilias, tum quòd complexione ac natura sua debiles & imbecilles sunt, vbi delicijs quibusdam spiritus recreantur, à natura ac corpore destitui; cumque internum aliquod gaudium sentiunt, & exterius deliquium ac debilitatem quamdam, cumque dein accedit somnus, quem vocant spiritualem, quod quid paulo maius est eo quod dictum est; vnum velut alterum esse, nec inter hæc discrimen dari putant, itaque se ab eo absorberi sinunt: & quo vltèrius progrediuntur, eo absorbentur magis, quòd natura & corpus magis debilitentur. illi autem id in suo sensu putant esse raptum, ego verò id voco fatuitatem, cum non sit aliud, quàm tempus ibi perdere, & valetudinem destruere. Scio, vnam per octo integras horas hoc in statu fuisse, quæ tamen tunc sensus penitus experta non erat, ac de Deo nihil omnino sentiebat: & hæc per somnum, cibum, & austeritatis moderationem si-

*Nonnulli  
ob nimio-  
ritatem verit-  
at exteriorum  
ad diuinas  
consolatio-  
nes se red-  
dunt in cer-  
tos.  
Raptus si-  
cilius quis  
fis.*

bitan-

bitandem restituta est; fuit enim quidam qui ipsam intelligeret; nam & Confessarium, & alios multos, quin & seipsam deceperat, esto data opera neminem decipere vellet. Credo, diabolum satis ad hoc fuisse conatum, & collaborasse, vt aliquod hinc lucrum referret; iamq; non vulgare inde referre incipiebat.

Sciendum verò, cum id verè à Deo venit, tamen si tum interiùs, tum exterius deliquitum sentiatur, id tamen illi animæ non accidere, quæ vehementes in sese motus ideo sentit, quòd Deo se tam vicinam videat. deinde motus hic tam diuturnus non est, sed quàm breuissimus. Licet autem ipsa rursus exinde absorbeat, & eandem orationem experiatur, tamen, si nulla sequatur debilitas (vti dixi) eatenus id non pertingit, vt aut corpus dissoluat, aut vllum sensum exteriorum in eo operetur. Quapropter monitas vos volo, vt, cum hoc in vobis sentietis & percipietis, sine mora rem ad Præpositam deferatis, ab eoq; vos quàm potestis maxime diuertere studeatis; ipsa verò eas tam multum & tam diu orationi insistere prohibeat, sed valde parum orare permittat; adhæc det operam, vt sufficienter dormiant & comedant, quoadusque vires naturales ipsis redeant, si fortè hac ratione perditæ sint. Si verò adeò imbecilli sint corpore, vt ne ista quidem eos iuuent, mihi credant non ad hanc se vitam, sed actiuam potiùs à Deo eligi: nam omnis generis & vitæ homines in monasterijs sint oportet. quare munijis actualibus eas occupent Superiores, seduloq; caueant, ne sæpius solæ sint; ira namq; valetudo penitus destrueretur. & hoc eis nimis quàm magna futura est mortificatio. Hac porro ratione probare Dominus vult, quo in ipsum amore ferantur, ac quomodo hanc eius absentiam ferant; & post breue tempus pristinas eas vires restituere dignabitur. si minùs saltem per orationem vocalem, & obedientiam multum lucrabuntur, ac sic merebuntur id quod hac via promeritæ fuissent, & forsitan etiam amplius. Erunt fortassis & aliquæ, tam imbecillis cerebri & imaginationis (nonnullas tales ego noui) vt, quidquid cogitant, verè videre sese existiment. quod sanè perquam periculosum est. Verùm, quia hac de re fortassis agam postea, hinc plura de ea nō scribam; eò quòd in hac mansione plus æquo me diffudi; quòd hæc sit, in quam plures animas ingredi arbitror, quàm in illam aliam. Et quoniã hic naturalia, simul & supernaturalia reperire est; hinc plus in hac creature damni dæmon homini potest: nam in ijs quæ adhuc describendæ sunt, mansionibus Dominus tantum ei non permittit, nec tantam potestatem concedit. Ipsi honor sit & gloria in

secula. AMEN.

*Indiferens  
austeritas  
et oratio  
quomodo  
rescindenda.*

*Quam  
mansio em  
plures in  
grediuntur*

## MANSIO QUINTA.

*Quatuor complectitur Capita.*

## CAPVT I.

INCIPIIT EXPONERE, QVO ANIMA MODO IN ORATIONE

*Deo se vniar: ostendit adhuc, quibus è signis colligi queat, nullam his fraudem subesse.**Quinta mansionis bona quantia.**Discalcearum feruor & gratia.*

Quibus vobis verbis aut quomodo exponere queam, carissimæ, diuitias, thesauros, & delicias, quibus quinta mansio redundat! Equidè fatius existimo, nihil dum de ijs quæ adhuc reliquæ sunt dicere, cum nec lingua verbis queat exprimere, nec intellectus capere, nec similitudines ad ipsum declarandum vllæ sufficiant, aut me iuuare possint; quæ enim in terra sunt omnia, nimis quàm ad hoc tenuia & inconuenientia sunt. Emitte de cælo lucem, Domine, vt hæc ancillas tuas aliquatenus valeam illuminare (cum, vt aliquæ illarum adeò ordinariè hisce gaudijs perfundantur, dare digneris) ne fortè decipiantur, diabolo se in angelum lucis transfigurante, cum totus illarum desideriorum scopus non alius sit, quam velle quod tute vis. Et licèt dixerim, *aliquæ illarum*; tamen quàm paucissimæ inter eas sunt, quæ eam de qua iam loquar, mansionem non ingrediantur. Porro aliæ magis, aliæ verò minus; atq; idè dico, earum quæ in hanc ingrediuntur, potiozem quidem numerum esse; rerum tamen nonnullarum, quas in hoc habitaculo esse dicam, paucissimas certè participes reddi credo. Verùm adhuc pro magna Dei misericordia habeant oportet, si vel ad introitum ac portam pertingere ipsis concedatur. Nam sicut, licet multi sint vocati, pauci sunt electi: pari modo hîc dico, tametsi omnes, quæ sacrum hunc Carmelitarum habitum gestamus, ad orationis & contemplationis studium vocatæ sumus (hæc namq; instituti nostri initia fuere, ab hac familia, à sanctis illis Patribus montis Carmeli incolis, qui per tantam solitudinem, & tam singularem mundi huius despectum thesaurum & pretiosam hanc margaritam, qua de agimus, quæritabant, descendimus; ) valdè tamen paucæ sumus, quæ nos, quò Dominus eam nobis patefaciat ac detegat, disponimus. Nam tametsi, (prout quidem exterius apparet) sicuti iam incedimus, bene incedamus; vt tamen ad ea, quæ nobis in virtutum negotio necessaria sunt perueniamus, alijs multis opus habemus, atq; in primis ne negligètes simus ac nostri ipsarum obliuiscamur. Atq; ideo, sorores meæ, impensè serioq; Deum rogemus, vt, quoniam cælo aliquatenus, adhuc in terra existentes, frui possimus, suam ipse nobis gratiam & fauorem ad hoc concedat (ne nostra id culpa impediatur; ) adhuc viam nobis demonstrat, animæq; vires addat.



addat, eatenus vt fodiamus, quoadusque absconditum hunc thesaurum inueniamus: cum certissimum sit, hunc intra nos latere. hoc namque libenter, si quidem id à nobis sciri, Deo placeat, declarare vellem. Dixi, *anima vires addat*, vt scilicet noueritis, corporis vires non requiri in eis, quibus eas Dominus Deus noster negauerit; vt qui neminè impossibilitat, quo minùs suas diuitias comparet; modò quis det quod habet, satis ei est. tam magnus Deus sit in aeternum benedictus.

Sed considerate, carissimæ, vt id de quo loquimur, conse qui valeatis, ipsum nolle vobis aliquid reseruetis, siue parum, siue multum. nam totum sibi vult; & iuxta id quod ei vos dedisse intelligeris, maiorem minoremue gratiam recipieris. Non est melior ratio probandi intelligendique, vt rum ad vñionem oratio nostra perueniat, an non, quàm hæc. Nolite cogitare, somnium esse, aut rem somniatam, vti prior illa, somniatam inquam: animæ quippe ibi velut dormitans & soporata videtur, quæ tamen (vt quidem ei apparet) nec planè dormit, nec omnino se experre. Et esse sentit. Hic verò Deo totaliter excitata est, esto rebus mundi huius, & nobis ipsis, planè dormiat: nam reuera, & de facto, paruo illo temporis spatio, quo hæc durat vñio, sensus quodammodo expers manet, vt etiãsi velit, nihil cogitare possit (Non est porro necesse, aliquo artificio cogitationem suspendere) & ne quidem, si amet, intelligit, quomodo amet, nec quid sit quod amat, neu quid vellet. Denique ita est, quasi mundo penitus mortua esset quò magis viuat Deo; quod certè suaue quoddam mortis genus est. Mortis, inquam; est enim auulsio quædam animæ ab omnibus operationibus, quas, quamdiu in corpore agit, exercere potest. Suaue quoque; nam, esto anima de facto in corpore sit, ab eo tamen auelli & disungi videtur, quo meliùs in Deo manere possit: ad eò quidem euidenter, vt nesciam, an vel tantum ei vitæ maneat vt spiritum ducat. Iam illud ipsum mecum recogitabam, videtur porro mihi sine respiratione esse; saltem, si respiret, id ipsa non percipit, nec intelligit; imò omnis illius intellectus se impendere vellet ad intelligendum aliquid eorum quæ sentit. quòd autem vires eius, eatenus se non extendant, ita attonita hæret, vt (si non & omnem motum amittat) nec pedem, nec manum moueat; sicut inter nos homines communiter loqui solemus de aliquo, qui ita deliquium patitur, vt nobis mortuus esse videatur. O secreta Dei! quàm libenter, illa exponere & detegere conando non satiarer, si me putarem aliquid quod valeat, posse dicere, itaque sexcentas in anias & ineptias proferam, vt vel semel aliquid dicere queam, quo ad Dominum maximè laudandum excitemur.

Dixi superiùs, non esse rem somniatam; nam in superiore mansionem, quoadusque magnam habeat experientiam, anima semper dubia

Totum Deo  
dandum.

In vñione  
anima Deo  
totaliter ex-  
citata est.

Illam deserta  
bitur.

manet, nesciens quid hoc fuerit, num videlicet phantasmate aut fascino delusa sit, num dormierit, num à Deo id datum sit, an non denique se cacodemon in Angelum lucis transformarit? Sexcentæ igitur ei manent suspiciones: & bonum porro est ipsam eas habere: quia (vti supra dictum est) etiam ipsa natura nos hic interdum decipere potest. Licet enim animalibus venenatis tam facilis huc non sit accessus, nonnullæ tñ lacertulæ facillè eò possunt penetrare: quòd enim tenues sint & subtiles, quocumque se facili negotio insinuant. quæ licet noxam non inferant, præsertim dum parui fiunt (sicuti antè dixi:) sunt quippe cogitationum moleculæ, quæ ab imaginatione, & ijs quæ dicta sunt, procedunt, non rarò tamen importunæ sunt & molestæ. Hic verò, quantumlibet tenues sint lacertæ, in mansionem hanc subire nequeunt, nulla quippe est imaginatio nulla memoria, intellectus denique nullus, quæ hoc impedire bonum queat. Et asseuerare ausim, si quidem vera cum Deo vnio est, demonem illuc nec penetrare, nec vllam inferre noxam posse: illius namque Maiestas cum animæ essentia coniuncta & vnita est, vt accedere plane non sit ausurus, imò ne quidem secretum hoc intelligere queat. Porro, si certum est, illum cogitationes nostras ignorare, & non intelligere, multo minùs rem ad eò arcanam intelliget; (actus inquam intellectus & voluntatis) etenim imaginationis cogitationes apertè diabolus perspicit & videt, nisi Deus eū hic excæcet, in quo maledictus ille impostor nequaquã nobis nocere potest! Vnde anima eò quòd Deus in ipsa operatur, in signem & non vulgarem sibi fructum comparat, ad eò vt nihil eam impedire aut disturbare possit, ne nos ipsæ quidem. Quid enim animæ non dabit is, qui ad dandum ita pronus est, & quidquid vult potest?

Videor vos turbatas & confusas videre ex eo, quòd esse vnionem cum Deo, & plures alias vniones esse dixi: & quomodo, si tales dentur (etsi etiam sint in rebus vanis, quando eæ valde amantur) etiam demon animas erga illas affici faciat, & vniat; quamquam non eò modo quo Deus, nec cum vlla animæ delectatione, satisfactione, pace & gaudio. Etenim gaudium quod hic sentitur, omnia huius terræ gaudia, omnes voluptates & delectationes mundi longè transcendit. Adhæc, quia aliud inspiciendum non est, quàm vndenam Cœlestia, & vndenam terrena gaudia progignantur: quippe valde diuersus eorum sensus est, vti re ipsa per experientiam didiceritis. Memini dixisse me alibi, tale inter vtraque hæc gaudia discrimen esse, perinde atque si terrena extimam tantum corporis superficiem afficerent, cœlestia verò ad ipsas vsque medullas penetrarent, & bene rem acu videor retigisse, non enim scio quomodo possim.

*Nondum*

*Suspiciones  
hic anima  
subvertitur.*

*Cogitatio-  
num mole-  
culæ.*

*Demon in  
oratione v-  
niōnis ani-  
mæ non no-  
cet, esse*

*Gaudia ter-  
rena & cœ-  
lestia quo-  
modo differe-  
nt.*

Nondum vobis satisfactum esse, videre videor: adhuc enim putabitis, vos posse decipi, cum interiora illa animæ nimis quam examinatu difficilia sint. Et, quamuis rem experto dicta sufficiant; quia tamē magna inter vtrumque est differentia, certam vobis dare notam ac signum volo, è qua certò cognoscere, & nullatenus dubitare possitis, nū hoc à Deo prouenierit. hanc namque illius Maiestas hodie menti meæ indidit; & (prout mihi quidem videtur) ipsa certa est & indubitata. In rebus difficilibus & arduis, et si eas ipsa mihi intelligere, ac verum dicere videar, semper tamē ita procedo, vt dicam, *Ita id mihi videtur*: si enim in illis errem paratissima sum, adijs quæ viri eruditissimi de illis censebunt, credendum: nam, quamuis fortè hi hæc ipsa non sint experti, habent tamen huiusmodi in rebus nescio quid singulare; ad eò vt, cum Deus eos tamquam lumen, à quo Ecclesia sua illuminetur habeat, si quando veritas aliqua declaranda venit, hanc ipsis aperiat, vt, illis tradentibus, hæc passim ab alijs admittatur. Et, si quidem dissoluti distractique non sunt, sed Dei famuli ad illius magnalia nullatenus obstupescunt; norunt quippe, illum plura & maiora posse. Et, paucis vt completar, quamuis fortè horum aliqua scripto commissa aut declarata non sint; alia tamen scripta inuenient, è quibus videre possunt, hæc & similia posse pertingere. Magnam ego rei huius habeo experientiam; quam etiam quorundam semidoctorum meticulosorū tractatione mihi parauit, vt mihi illa admodū caro steterit. Hoc saltè pro vero habeo, & asseuero, quisquis credere noluerit, Deū multo plura posse eumq; dignatū esse, & etiam nū hodie dignari, creaturis suis subinde talia cōmunicare, ianuā ei ad illa ipsa recipienda, arctè oclusam esse. Quo circa numquā id vobis eueniat, carissimæ, sed longè maiora, & adhuc maiora de Deo credite. nec eos considerate, quibus hæc gratias elargitur, improbine an probi sint: nouit id namq; Maiestas illius, vt iā alias dixi; non est nostrum in id nos ingerere, sed in simplicitate cordis & humilitate Maiestati eius seruire, eamq; in operibus & mirabilibus suis laudare.

Vt ergo ad notam, quā & verā esse dico, reuertar; nunc videtis, hanc animā, quā Deus penit<sup>9</sup> attonitā & sensus omnis expertē fecit (quò meli<sup>9</sup> veram sapientiam ei insculpat & indat) nec videre, nec audire, nec quidquam intelligere, toto illo tempore (quod semper nimis quàm breue est, & etiam adhuc breuius ei videtur, quàm reuera sit) quo in illo statu est. Deus si quidem ita se in animā illius interiori constituit, vt, cum ad se ipsa reuertitur sibiq; redditur, nullatenus dubitare possit, quin in Deo fuerit, & De<sup>9</sup> in illa. Hæc porro veritas tam ei firmiter inhæret, vt,

*Hæc nota, quam S. M. hic ponit ad dignoscendum veram unionem (qua est certitudo quedam, profusus indubitata, quam Deus anima cui sese uniuir, dat, quò nimirum ipse fuerit, qui se uniuir) est vera & valde certa, è qua colligi queat, unionem hanc à Deo venisse, vt i. S. Mater*

*Doctis viris quantum S. M. attraheris.*

*hic ait. Verum, esto infallibile signum sit, Deum fuisse qui se anima uniuersis, non hinc tamen infallibiliter colligi potest, animam hanc in statu gratia esse, nam Deus quoque se unire potest ijs qui in gratia statu non sunt, ut delictis huius admiculo eos à malo statu educat. Et ad se pertrahat, quemadmodum alio in loco Sancta Mater ostendit ac docet*

rateris multi effluerent anni antequam rursus hanc ei gratiam. Deus faceret, nullatenus eius ipsæ obliuiscatur. Vt etiam taceam effectus, qui post eam in anima manent; de quibus postea suo loco agam; hoc namque permultum ad rem facit & importat.

Dicetis verò mihi, quomodo id anima viderit, aut intellexerit, si tunc nihil omnino videat, nec intelligat? Non dico, illam illo temporis puncto id vidisse, sed postea videre; & non, propterea quòd sit visio, sed solum certitudo quædam in anima remanens, quam non nisi solus Deus ei indere potest. Equidem noui quamdam, quæ cum nondum sciret, vel inaudisset, Deum omnibus in rebus per præsentiam, potentiam, & essentiam inesse; per vnã tamen talem gratiam sibi à Deo factam ita id firmiter creditur, ut, quamuis è semidoctis illis (quos modò dicebam) quispiam, à quo ipsa percontabatur, quomodo Deus in nobis esset (ut qui hoc tam parum sciebat, atque ipsa antequam id illi Deus indicasset) illi diceret, non nisi per gratiam in nobis esse; hanc sibi veritatem ita tenaciter impressam haberet, nullatenus ut ei crederet, & id ipsum iterum ex alijs sciscitaretur; qui cum ei veritatem rei aperuissent, non mediocriter in animo est recreata. Videte tamen, carissimæ, ne hic decipiãmini & erretis, existimantes certitudinem hanc forma aliqua corporali in nobis relinqui, perinde ac corpus Domini nostri IESU CHRISTI in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento est, etiamsi ipsum ibi non cernamus. hinc enim hæc ratione non manet, sed dumtaxat cum diuinitate. Quomodo ergo id quod non videmus, tanta in nobis certitudine manere potest? Equidem id nescio dicere; illius quippe sunt opera: at veritate nihilominus me dicere, scio. Et sanè, cui hæc certitudo inde nõ remanet, huius non totam animam, sed aliquam dumtaxat ipsius potentiam, cum Deo vnitam fuisse, aut id aliud quoddam gratiarum quas diuersimodè animæ Deus facit genus fuisse dicerem. Non enim nostrum est, in omnibus hisce rebus rationes inquirere, ad videndum quomodo id fiat. Cum ergo mens & intellectus noster, ad hoc intelligendum nimis quàm tenuis sit, cur hæc inquirendo frustra eum defatigemus? satis est, videre, eum qui id facit, omnipotentem esse.

*Cant. 1.*

Huius, quod dico nihil nos huc à parte nostra conferre, occasione, mihi in mentem venit eius, quod sponsam in Cauticis dicere inaudistis: *Introduxit siue intulit, me Rex in cellam vinariam.* Non dicit autem, se vltò in eam iuisse. Præterea dicit, se dilectum suum per vicos & compita, huc illucque; cursitando, quæsiuisse. Hinc itaque (quantum ipsa intelligo)

*Certitudo post vocatorem uniuersis, quod Deus fuerit, qui se uniuersis, quomodo in nobis maneat.*

telligo) cella est, in quam nos Dominus introducit, & infert, quando & quomodo vult: at, vt per nostram operam & diligentiam illuc intremus frustra sumus, quippe Maieftatis illius est, nos in eam introducere, & facere vt in animæ nostræ centrum intremus. Vtque melius mirabilia sua ostendat, non vult vt voluntatis nostræ quidpiam nobis retineamus, sed eam penitus & totam ei resignemus, neque vt potentiarum aut sensuum ianuam ei aperiamus. (omnes namque sopiti sunt:) sed in animæ cœtrum ianuam clausis, sicut olim ad discipulos suos ingressus est, dum ait *Pax vobis:* & è sepulcro, non reuoluto lapide obturante, surrexit, introgredi cupit. Dein ceptus vero, in vltima mansione videlicet, videbitis, quomodo Maieftas illius velit, vt anima in ipso sui centro magis ipso fruatur, quàm hic. Quàm vero multa & magna videbimus, carissimæ, si præter nostram vilitatem & miseriam aliud nihil videre velimus! neque enim dignæ sumus tam potentis Domini ancillæ esse, cuius mirabilia assequi aut intelligere non possumus. sit ipse in æternum benedictus. Amen.

*Deus solus  
nos vnire  
sibi potest,  
nihil nos in  
hoc efficiens.*

## CAPVT II.

*EAMDEM PROSEQVITVR MATERIAM ORATIONEM Vnionis subtili quadam similitudine declarat: tradit item effectus, qui post illam in anima manent. Est caput hoc notatu dignissimum.*

**P**Vtabit fortassis, omnia, quæ in hac mansione videnda occurrunt, à me dicta iam esse: sed adhuc multa desunt: nam (vti antè dixi) in hac datur magis & minus. Quantum tamen ad vñionem spectat, plus me dicere posse non existimo. Quâdo ergo anima, cui Deus hæc gratias concedit, se disponit, multa sanè dicenda sunt de eo quod Dominus in ea operatur. Aliqua illorum hic proferam, & quis animæ ijs acceptis sit status. Vt vero hoc ipsum meliùs exponam, similitudine quadam, quæ ad hoc propositum, & intentum videtur oportuna, vtat: tum etiam vt videamus, etiam si hoc in opere quod Dominus solus facit, nihil penitus facere possimus: tamen, vt Maieftas illius hanc nobis gratiam faciat, multum nos à parte nostra præstare posse, cum videlicet nos ad eam disponimus.

Audiuistis, credo, illius mirabilia in serici productione (solus enim ipse tale quid inuenire potuit) & quomodo semen quoddam, quod minimum pipiperis granum magnitudine non æquat, frondescente iam arbore moro, per calorem, viuere & bombyx fieri incipiat (nam quamdiu alimētum illud arboreum quo sustentetur, non germinauit, ipsum velut mortuum manet) & mori folijs enutriatur, donec, vbi iam vermes facti sunt grãdiores, ramusculi quidã illis apponuntur, in quibus ore suo minuto, è seipsis, sericum nent, ac cucullos quosdam vndique quàm arctif-

*Similitudo  
& productio  
est bom-  
bycis.*

simè conclusos effingunt, quibus se includunt. Sicque esse desinit vermis hic, qui & gradusculus est, & aspectu deformis. Ex hoc autem cucullo & claustro albus quidam gratiofusque admodum papilio prouolat. Nisi hæc quotidie ad oculum viderentur, sed, vt olim facta, nobis narrarentur, quis ea credere posset? aut qua ratione aut argumento assequi possemus, rem adeò rationis expertem, vti vermiculus & apicula quædam est, tam esse in ad nostrum commodum laborando sedulam, idque tanta cum industria; quin & eoufque, vt operi huic vitam miser vermiculus etiam impendat? Hoc vnum, ad aliquantulum temporis meditandum, materię satis suppeditabit, carissimæ, etiamsi plura non addam: ex hoc namque Dei nostri mirabilia & sapientiam colligere potestis. Quid foret ergo, si omnium ac singularum rerum proprietatem excutere & adferre vellemus? Vtile cum primis est, horum DEI magnalium consideratione identidem nos occupari, & gaudere, & voluptatem capere ex eo, quòd tam sapientis iuxta ac potentis Regis sponsæ sumus.

*Bombyx ex  
apis Dei sa-  
pientiam  
ascendunt.*

*Anima  
quibus mo-  
dis viuere  
incipias.*

Sed reuertamur ad id quod initio dicebam: tum scilicet vermiculus hic vitam habere, & viuere incipit, quando spiritus Sancti calore iam animatus, generalibus Dei auxilijs, quæ nostrum nemini non confert, cooperari, & inde proficere, nec non ijs quæ sua in Ecclesia reliquit remedijs vti incipit; vti sunt, frequens Sacramentorum vsurpatio, librorum sanctorum lectio, & conciones; quæ sola sunt remedia, quibus anima, quæ præ negligentia sui, & per peccata, mortua est, & in peccandi occasionibus perpetuò versatur, iuuari potest. Quibus dum vitur, viuere incipit, ijsque nec non Sanctis meditationibus sese paulatim sustentare ac enutrire pergit, quoadusque in plenum excreuerit. Et hoc est, quod ad propositum meum maximè facit, nam reliquum parum refert. Vbi ergo vermis hic adoleuit, sericum (& hoc est, quod initio dicebamus) laborare incipit, simulque domum exstruere, in qua est moriturus. Per domum hanc intelligi vellem, Iesum Christum, vti Apostolus ait vitam nostram absconditam esse cum Christo in Deo, & Dominum Iesum Christum vitam nostram esse. Videtis hinc ergo, carissimæ, quid per Dei fauorem & auxilium facere possimus, cum ipsamet Maiestas ipsius nostrum sit habitaculum, vti reuera in hac vnionis oratione est, nobis illud ædificantibus. Videor velle dicere, quasi si Deo aliquid ipsi vel demere vel addere possimus, cum eum habitaculum esse, & nos ipsum ad in eo habitandum, exstruere posse dico; & si fortè id possumus, non ideo fit, quod Deo quid auferamus vel adiungamus, sed nobis ipsis, sicut vermiculi illi faciunt: nam statim ac fecerimus in hoc quid quid à parte nostra possumus, exiguum hunc laborem nostrum, qui proflus nihil

*Dominus  
Iesus nostra  
est domus.*

hil est. Deus cum magnitudine sua coniungit, tantumq; illi valorem addit, vt Dominus ipse operis huius sit præmium. Et sicuti ipse in hoc opus, laboris & expensæ plus contulit, sic tenues & exiguos nostros labores cum magnis illis, quos Maiestas illius pertulit, coniungere vult, itaque eos inuicem miscere, vt omnia vnum quid fiant.

*Quomodo  
laborem no-  
strum Deo  
euchas.*

Eia, igitur, carissimæ, ad hunc laborem festinemus, & cucullum seu domunculam hanc texamus, proprium amorem, & voluntatem nostram, omnemque erga quaslibet res terrenas affectum excutientes, & e contra penitentia, orationis, mortificationis, obedientia, & quæcumque alia opera scitis, exercentes. Vtinam operaremur prout scimus, & prout faciendum esse edoctæ sumus! Moriatur, carissima, moriatur hic vermis, vt moritur postquam perfecit & pertexuit opus ad quod creatus est; & videbitis, quomodo DEVM videamus, itaque in magnitudinis eius consideratione inuoluamur, & abscondamur, vt bombyx ille in suo cucullo. Norate quod dico, nos DEVM visuras, quem admodum alias dixi, eum in hoc vnionis modo animæ se sensibilem reddere.

Iam videndum, quid de vermiculo hoc fiat: hoc namq; est, ob quod alia omnia dicta sunt. Quid inquam? Quando in hac oratione, mundo satis mortuus fuerit, albus quidam papilio enascitur. Prò Dei magnitudinem! qualis hinc anima egreditur ac prouolat, quòd vel ad modicum spatium in Dei magnitudinem introducta fuerit, eique adeò vnita! quod sanè spatium, ( vt quidem mihi videtur ) numquam ad mediam horam extenditur. Equidem in veritate vobis dico, animam ne seipsam tunc agnoscere. Nam quæ est inter fœdum vermem, & candicantem papilionem differentia, eadem & hic reperitur. Nescit anima, vndenam tantum sit bonum promerita, vel vnde hoc sibi accidere potuerit. Videt quippe tam ardenti se Dei laudandi desiderio æstuarè, vt se millies, eius causa, destruere, & in nihilum redigere, ac mille mortes pati vellet. Vnde statim grauissima quæque, maximosque labores pro eo sustinere velle, incipit, aliud vt facere nequeat. Succedit deinde desiderium intentissimum austeritatum subeundarum, solitudinis quoque, & vt quotquot sunt homines Deum cognoscant. Atq; hinc summum in seipsa dolorem sentit, dum illum ab alijs per peccata offendi videt. Verum hisce de rebus in proxima mansione, magis particulatim tractabitur: quæ enim in hac, & proximè sequente, tractanda occurrunt, penè eadem sunt, tametsi effectuum energia & vis longè sit alia ac diuersa: nam si (quemadmodum dixi) anima, postquam Deus huc eam euexit, semper in ulterius progredi allaboret, grandia quædam videbit.

*Quomodo  
anima se  
post vnio-  
nem.*

Porro, papilionis huius inquietem videre, cum tamen toto vitæ

*Unionis alij  
effectus.*

suæ tempore magis quietus & serenatori mente non fuerit, insignis Dei collaudandi occasio est. nescit enim ubi fidat aut consistat, ubi quiescat: quòd enim talem sedem ac quietis locum habuerit, hinc ei graue & tardiosum est, quidquid in terra videt: præsertim cum sæpius de hoc vino Deus ei propinat, nam post singulas quibus bibit vices, nouus ei fructus & luctrum inde remanet. iam opera, quæ aliàs dum esset vermis, fecit, quæ erant, paulatim ac sensim culeolum illum conficere, pro nihilo reputat. nunc verò ei enatæ sunt alæ: quomodo ergo satis ei sit pedetentim prorepere, cum sursum iam euolare possit? Nimis quam parum ei sunt omnia, quæcumque propter Deum facere potest; ita intensa & ardentia eius desideria sunt. nec iam admirari potest ea, quæ sustinere & passi sunt Sancti, utpote iam reipsa & per experientiam sciens, quomodo Dominus animam iuuat, & quodammodo transformet, ut non iam amplius eadem ipsa, nec eius figura, sed alia prorsus, esse videatur. imbecillitas enim ad austeritates subeundas, quam antea sibi habere videbatur, iam ei videtur corroborata: nimis erga notos, & consanguineos, & opes affectus, (nulli ut actus, aut resolutiones, aut ab ijs se auellendi voluntas, satis ad hoc potentes essent, eò quòd tum magis ijs adhærere videbatur, cum se ab ipsis sequestrare conabatur) ita nunc sese habet, ut ei graue sit, aliquid etiam facere eorum, quæ, ne Deum offendant, necessariò quoad facienda sunt. Omnia ergo ei graua & molesta sunt, quòd iam tum reipsa probatur, veram ac solidam requiem à creaturis dari non posse.

*Nouus post  
unionem  
animam labo-  
res occu-  
pant.*

Videor mihi plus æquo diffusa esse; longè tamen plura dicere possem: cui verò hanc Deus gratiam fecerit, videbit, me æquo breuiorem esse. quapropter mirandum non est, si paruus hic papilio nouam sedem quarat, sicut & ipse quoad res terrenas nouus & recens est. Quonam ergo se misellus conferet? nequæ enim redire vnde venit & egressus est, non potest. id enim in nostra manu situm non est, quoad usque; Dominus iterum nobis hanc gratiam facere dignetur. Quàm noui, Deus bone, animam illam labores adoriuntur? quis hoc dixisset fore, post tam sublimem & eminentem gratiam acceptam? Verum enim verò, aut hoc, aut illo modo, interim dum viuimus, crucem habeamus necessum est. Et, si quis mihi diceret, se, postquam huc peruenit, semper deinceps in quiete & plenis delicijs agere; equidem responderem ei numquam ipsam huc usque; pertigisse, sed fortasse (si quidem superiorem in mansionem ingressus sit) non nisi gustum aliquem fuisse, eumque; à natura ex parte per deliquium, ac forsitan etiam à diabolo excitatum, qui ideo ei pacem concedit, quòd postmodum atrocius ei bellum moueat. Nolo tamen dicere, eos qui huc peruenerunt, pacem non habere. habent eam certè, & quidem valde magnam: etenim ipsismet eorum labores eius sunt valoris, tamque; bona è radice

*Quam pacem  
et quietem  
habeant  
qui ad ora-  
tionem v-  
nionis per-  
uenere.*



radice pullulant, vt inde ijs pax & gaudium enascantur. Quin ex ipso fastidio ac nausea, quod è rebus sæculi huius concipiunt, quoddam ipsis ex eo emigrandi oritur desiderium; idque tam pœnosum, vt, si aliquo id alleviamento ac solatio leniatur, non aliud id sit, quàm cogitare, Deum velle vt in misero hoc exilij loco morentur. Verùm hoc satis non est, nondum enim anima, post omnia illa lucra, ita in Dei voluntatem resignata est, vt postmodum videre erit: esto se per omnia ei conformare non desinat; non sine molestia tamen, & magno aliquo sensu, quod plura nequeat, cùm plus ei non sit datum; nec etiam sine lacrymis; quotiescumque ad orationem se applicat, hanc pœnam sentit. Hæc forsitan aliquo modo prouenit è summo, quam sentit, dolore, tum quod Deum suum hoc in mundo peccatis offendi & irritari, quin & parui fieri videt, tum quod tam multæ tam hæreticorum, quàm Maurorum animæ pereant; & quod magis ipsam ad commiserationem mouet, etiam Christianorum. Et quamuis Dei misericordiam immensam esse videat, & hos, quantumlibet flagitiosam vitam agant, nihilominus ad frugem bonam redire, & salutis participes fieri posse; metuit tamen non parum, ne plurimæ in damnationis barathrum ruant.

*Illorum dolores & afflictionis.*

Prò Dei immensitas. Ab hinc paucis annis, (imo fortasse, diebus) anima hæc nullius, nisi sui solius, curam habebat. quis eam in tam pœnosas sollicitudines & curas coniecit, vt, tamen ad multos annos talium pœnositate meditationem instituere vellemus, qualem modo anima illa sentit, nullatenus eam sentire possemus? Si ergo me ad multos dies, imo annos, in magni illius mali, (quale est, DEVM peccatis offendi) meditatione exercere procurem, & nunquam non cogitem, illos qui in interitum ruunt & pereunt, illius esse filios, & fratres meos; nec non pericula in quibus identidem viuimus; quàm denique nobis bonum sit, miserabili hac vita emigrare, an non hoc satis pœnosum & amarum erit? Nequaquam carissimæ, neque enim pœna quæ hic sentitur, similis est eis quas in terra sustinemus: has enim, cum Dei gratia habere possemus, crebrâ de hoc quod dixi cogitatione; verum tamen ad vsque intimas cordis medullas non penetrant quemadmodum hæc, vt-pote quæ animam, id etiam non procurantem, & interdum etiam ne quidem volentem, comminuere & commolere viderur. Quid ergo hoc est? vndenam procedit? dicam vobis. Non audistis de sponsa (iam enim secundo id hic, esto alia occasione, dixi) quod eam Deus in cellam vinatiam introduxerit, & caritatem in ipsa ordinauerit? Et hoc illud ipsum est: quod enim hæc anima totam in manus illius iam se tradiderit, præ magnitudine amoris ita superata & capta est, vt non sciat, nec velit aliud, quàm vt Deus de ipsa faciat quodcumque lubuerit. Numquam

*Pœnositates eorum.*

*Quomodo Deus animam in cellam vinatiam introducat mysticè.*

quam enim ( vt quidem puto ) vlli DEVS animam hanc gratiam præstabit , quam ei quam penitus in suam accepit ; ac vult ipsam , vt tamen neiciat quomodo , inde suo sigillo signatam prodire : nam reuera plus de suo ea huc non confert aut præstat , quam cera , cum ei sigillum quispiam imprimit ; neque enim id cera sibi ipsa imprimit , sed dumtaxat ad hoc disposita , mollis inquam , est : ac ne ad hanc quidem dispositionem habendam ipsa se emollit , sed tantum manet quieta , & se tractari ab homine sinit . O bonitatem DEI ! omniane ergo tuis peragi hic debent dispendijs ! tantum enim voluntatem nostram cupis , & vt nullum in cera sit impedimentum .

\* Videtis ergo , carissimæ , quid Deus noster hic agat : vt ergo hæc anima se iam totam ipsius esse cognoscat , dat illi DEVS id quod habet , quod est illud ipsum quod filius illius in hac vita habuit . quod certe maxima quædam gratia est . Quis enim vniquam magis desiderare debuit

de vita hac exire , quam ipse ? Hoc declarauit Maiestas illius in vltima cena , dum ait , *desiderio desideravi* . Quid ais Domine ? Annon tibi ob oculos versabatur dira ac feralis illa mors , quam te tam pœnosè oportebat subire ?

\* Quando S. Mater hic ait , animas quæ huius sunt gradus , cognoscere se esse Dei , per desiderium illud ( quod Deus ipsis indit ) de vita hac emigrandi , ad eum videndum & fruendum ; loquitur de cognitione quadam non penitus infallibili , sed valde certa moraliter , & satis probabili .

Desiderium Christi ad passionem subeundam .

re ? Nequaquam : ingens enim amor quo æstuo , nec non desiderium , quo , vt omnes animæ salutem consequantur , desidero , omnes hæc pœnas infinitas , & sine vlla comparatione exsuperat ; & multæ illæ , quas , ex quo in mundum veni , passus sum , & etiamnum patior , pœnæ , nimis quàm satis sunt ad præsentem hæc nihil faciendas . Sæpenumerò hoc ipsa mecum reputaui & perpensi : cumque norim pœnam ac tormenta , quæ aliàs pertulit , & modo perfert , certa quædam anima , quam noui , ex eo quod DOMINVM DEVM peccatis offendi videat , ( quæ quidem ita intensa & incomparabilia sunt , vt mori ipsa mallet , quàm hæc ipsa pati ) cogitabam ipsa mecum , si anima , quæ tam exiguam caritatem habet respectu caritatis CHRISTI ( quæ cum hac comparata , quodammodo nulla dici potest ) tam intolerabile hinc tormentum hauserit , quale CHRISTVM IESVM , DOMINVM nostrum , sensisse , & quàm amaram vitam duxisse , cum omnia ei essent præsentia , & enormes , quæ in Patrem suum committebantur , offensas semper ante oculos haberet & identidem videret , existimandum est Ipsa mihi persuadeo , & propè certa sum , multo maiora & atrociora hæc tormenta fuisse , quàm quæ in sacratissima passione sua per-

Christi tormentum quod fuit ex hominibus peccatis .

culis .

sult. In illa enim tormentorum & cruciatuum suorum videbat finem. gaudium quoque, quod percipiebat tum ex eo quod morte sua nos redimendos videbat, tum ex eo, quod amorem quo Patrem suum prosequeretur, tantum eius causa & nomine patiendo, restabatur, cruciatus ipsius maximopere leniebat & temperabat. Sicut & hoc in mundo fieri videmus in ijs, qui præ vehementia amoris graues & duras austeritates subeunt, & penè non sentiunt; sed semper eas grauiiores, & grauiiores, indies subire vellent; quinimò cuncta quæ faciunt, parui ducunt. Quid non ergo fecisse Maiestatem ipsius putamus, cum sibi tam insignem, Patri suo ostendendi, quàm perfectè tum ipsi obediret, tum proximum caritate prosequeretur, occasionem videret oblatam? Magna quidem ei voluptas & gaudium fuit pati, ad Dei voluntatem exequendam: at, tam continuò, tot in illius Maiestatem iniurias & offensas committi, & tot animas velut agmine facto in tartarum prolabi, videre; id ego quidem tam durum ac digestu difficile existimo, vt (nisi plusquam homo fuisset) vnum talis tormenti diem satis futurum fuisse credam, ad multas vitas, quanto potius vnam, conficiendas.

## CAPVT III.

## MATERIAM EAMDEM CONTINVAT. TRACTAT

*de altero quodam vnionis genere, ad quam cum Dei fauore anima pertinere potest, quantumq; ad hoc dilectio proximi conducatur. Caput hoc cum primis vtile est.*

**R**EDEAMVS ergo ad columbulam nostram, & videamus nonnulla de his, quæ hoc in statu DOMINVS dare consuevit. Semper autem supponendum est, ipsam identidem conitari debere, vt in DEI obsequio, & in sui ipsius cognitione quotidie progrediatur. Nam si plura sibi facienda non putet, quàm hanc gratiam recipere, &, quasi eà acceptà iam omnia tuta sint, negligenter se in vitæ suæ ratione gerat, & à via cœli (quæ sunt DEI præcepta) desectat; idem ei accidet quod bombyci, ideo è semine prodeunt, vt alios producant, ipse verò pro semper mortuus maneat. Semen inquam emittat: persuasum enim habeo, DEVM nolle, vt tam ingens & singularis gratia frustra & in vacuum recipiatur, sed velle, vt esto fortè ipse recipiens, inde commodum non referat, alij saltem inde proficiant. Quod enim

*Aliis pro-  
dasse debens,  
qui vnio-  
nem cum  
Deo habuit;*

enim hæc desideria, ac dictæ virtutes, ei maneat, hinc toto eo tempore quo in bono is perseverat, semper alijs prodest animabus, de quæ suo illas calore calefacit: quem tamen ipse iam fortè amiserit, nihilominus illud ei desiderium manet, vt inde alijs proficiant; quin imo volupe illi est ac gaudet, gratias illas ijs declarare, quas Deus amantibus ac seruientibus sibi impertiri solet. Ego personam noui, cui id iam fiebat: cum enim ipsa satis perdita esset, gaudebat tamen, quòd alijs è gratijs quas ei Deus alias præstiterat, commodum reportarent, & viam orationis, illam nescientibus ostendere, volupe ei erat. Et hac ratione non parum boni præstabit. Postea verò Dominus eam denovo illuminare est dignatus. quamquam (vt verum fatear) eos quos dixi effectus nondum erat consecuta. At, quàm multi sunt, quos etiam ad Apostolatam Dominus vocat, vt iudam, arctissimè intimeq; cum illis communicando; & quos ad regnum vocat, sicuti Saulem, qui deinde sua ipsi culpa pereunt & excidunt: Vnde colligere poterimus, carissimæ, nos, quò magis promereamur, & non, ad instar illorum, pereamus, nullam habere aliam securitatem posse, quàm ipsam obedientiam, & à lege ac mandatis Dei non deflectere. Illos, quibus tales gratias ipse concesserit, imò etiam omnes alloquor.

Videtur mihi, etiam post omnia illa dicta, hæc mansio adhuc obscura manere; quare cum tam proficuum sit, in illam ingredi, consilium fuerit illos, quibus Dominus res adeò supernaturales non concedit, sibi persuadere, sine omni se vnionis habendæ spe non manere: vera namque vnio, fauente & annuente Domino, satis facilè obtineri potest, dummodo eam ipsi procurare satagamus, nihil nobis de voluntate propria retinendo, sed eam dumaxat diuinæ conformem & vnitam habere procurando. Quàm pauci sumus, qui hoc dicamus, & qui aliud nihil velle videamur, quiq; pro hac veritate parati simus occumbere, vt me iam supra dixisse arbitror! Itaque dico vobis, quando huc vsque perueneritis, iam tum vos hanc Domini gratiam obtinuisse; vnde de altera illa deliciosa vnione, quam dixi, non est quòd sollicitæ titis: quod enim hæc præcipuum ac pretiosissimum habet, est, quod ab illa vnione, de qua modo loquor, procedat & ortum habeat. Ah, quàm hæc vnio desiderabilis est! næ beata anima illa, quæ eam obtinuit, eò quòd in hac vita mirâ quiete perfuerit: nullus enim rerum terræ huius euentus aut successus eam affliget vel contristabit, nisi fortè vbi se in aliquo Dei amittendi periculo constitutam, aut ab alijs in eum peccari videbit; quia nec morbus, nec paupertas, nec mors aliqua ipsam turbat; nisi fortè illius, qui ECCLESIAE DEI pernecessarius est, & quo agrè hæc careat: videt enim anima illa, melius multo eum posse quid faciat, quàm ipsa quid desideret. Notandum autem est,

*Multi post  
gratiam  
acceptam  
excidunt.*

*Vera vnio  
quomodo  
obtinetur.*

*Quam hæc  
oprobrius sit  
& quæta.*

est, quosdam esse dolores, qui citò ac statim ab ipsamet naturali nostra complexione, nec non caritate qua proximo compatimur, (qualem in se Dominus ipse affectu sensit, cum Lazarum à morte resuscitauit) causantur; at hi non impediunt, quo minus cum voluntate diuina vniti maneamus, nec item animam turbulenta vel inquieta aliqua passione, quæ diu duret, turbant. Id genus dolores ilico pertranscunt: nam (quemadmodum de gaudijs in oratione haberi solitis dixi) ad vsque interiora animæ non penetrant, sed ad sensus hosce & potentias tantummodo peruenire videntur. Ambulant quidem per priores mansiones, sed in posteriores de quibus adhuc tractabitur, non ingrediuntur.

*Dolores naturaliales vnionem cum diuina voluntate non impediunt.*

Itaque, quò ad hoc vnionis genus perueniatur, non requiritur id quod antè dixi, potentiarum nempe suspensio. Potis namque Dominus est per diuersos modos animam dirare, & varijs eam ad hæc mansiones vijs deducere, vt necesse non sit, per compendiosam illam quam dixi viam, eam incedere. Verùm velim notetis, carissimæ, ante omnia requiri vt bombyx emoriatur, & quidem magis sumptibus vestris: quoniam in iis quæ dicta sunt, non mediocriter ad moriendum iuuat, quòd se quis in vita adedò noua constitutum videat; sed hic in terra necesse est, nos ipsos dum in hac vita viuimus, ipsum occidere. Maioris quidem, fateor, id laboris erit; sed egregiè is compensatur; itaque maius illius erit præmium, si victor euaseris. Ceterum, quin id possibile sit, nullatenus dubitandum est, dummodo vera cum Dei voluntate sit vnio. Hæc est vnio, quam, quamdiu vixi, semper desideravi: hæc est, quam identidem à Domino efflagito, & quæ magis aperta, & securior est. sed ò nos miseras! quæ sunt opidò pauci, qui ad hanc perueniunt! esto, quisquis à Deo offendendo sibi cauet, & Religionem ingressus est, omnia iam se fecisse existimet. Ah! quàm multi adhuc remanent vermes qui antè sese non manifestât, quàm (vti ille qui Ionæ hederam erofit) per amorem proprium, nostri ipsorum æstimationem, temerarium de proximo iudicium (esto vel in rebus parui momenti) in caritate illi exhibenda defectum, dum tali scilicet in eum amorem non ferimur, quali in nos ipsos, virtutes nostras penitus corroserint. Etenim, esto id ad quod obligamur, violentè & contortè quodammodo, quò si peccatum euitetur, obseruemus; longè tamen absumus ab eo quod requiritur, vt cum Dei voluntate penitus & totaliter vniti simus. Quam autem existimatis voluntatem eius esse, carissimæ: vt omnimodis & penitus perfectæ simus, quò partim cum ipso, partim cum Patre eius (quemadmodum Maiestas eius aliquando rogauit) vniti simus. Videte verò, quantum nobis adhuc desit, vt eò pertingamus. Equidem, fateor, nimis quàm magnum dum isthuc scribo, dolorem in corde meo sentio, quod me tam procul inde videam abesse, idè;

*Suspensio potentiarum ad eam non requiritur.*

*Quæ sit Dei de nobis voluntas.*

meâ dumtaxat culpâ. Neque enim Dominum ad hoc necesse est magnis nos consolationibus & recreationibus de nouo perfundere: satis quippe est id quod semel nobis dedit, suum nobis dâdo filium, qui viam nos edoceat.

Nolite verò putare, in eo totum negotium situm esse, quod, patre aut fratre meo demorientibus, ita & vsque ad eum me voluntati diuinæ accommodem, nihil vt propterea commouear, ac nullum dolorem sentiam; aut quod, si labores, molestiæ, morbi mihi superueniant, cum gaudio eos & hilariter sustineam. Bonum quidem id est: at subinde id ex quadam discretione prouenit, quod aliter facere nequeamus, & de necessitate virtutem faciamus. Quàm multa horum etiam Philosophi Gentiles faciebant, quod multum scientiæ haberent; aut, si non talia saltem alia id genus! Hic verò, vt non nisi duo hæc quæ Dominus à nobis requirit, vt videlicet Maiestatem ipsius, & proximum diligamus, comparem⁹ coniti nos oportet. quæ quidem si perfectè obseruemus, ipsius voluntatem facimus, itaque cum ipso vniti erimus. Sed, quàm procul (vti dixi) eheu! absumus, vt duo hæc prout tam potenti Deo ac Domino ea præstare tenemur, præstemus? Dignetur, vtinam Maiestas illius gratiam nobis facere, qua ad hunc statum pertingere mereamur: quod, si modò velimus in potestate & manu nostra situm est. Nullum porro certius signum, è quo colligamus, nū ritè duo hæc seruemus, meâ sententia est, quàm proximum verè & prout oportet, diligere: Deum enim amemus, vix sciri potest, esto non desint euidentia, è quibus id colligatur, indicia; sed an proximum diligamus melius magisque intelligitur. Certæ autem estote, quo maiorem in dilectione proximi vos profectum fecisse videbitis, eo etiam magis in dilectione Dei prouectas vos esse. Amor quippe, quo Maiestas ipsius in nos fertur, tam intensus & magnus est, vt, in compensationem illius quem nos proximo exhibemus, effecturus sit, vt is quo ipsum prosequimur, multipliciter in nobis adaugeatur. Et de hoc nequaquam dubito. Permagni verò nostra refert, sollicitè aduertere interdum, quomodo hic ambulemus, ac nos geramus, num scilicet quidquid fecimus, perfectè factum sit. Etenim, quæ naturæ nostræ prauitas & corruptio est, nisi id à radice, Dei inquam amore, nascatur, numquam amorem proximi perfectè habebimus. Cum ergo tanti nostra id referat, demus operam charissimæ, vt in rebus minutis ac paruis nos cognoscere assuescamus; neque grandia quædam, quæ tempore orationis, quam verbi gratia pro proximo, & ad vel vnâ animam saluandam faciemus, ita confertim, & in genere nobis occurrunt, magni faciamus. nisi enim deinde opera conformia subsequantur, non est quod proposita illa nos facturâ credamus. Idem de humilitate alijsq; virtutibus

*Amor in proximum quanti sit momenti.*

*Quo is intensior eo & intensior amor in Deū.*

bus esto iudicium. maguæ quippe & multiplices diaboli sunt technæ ac stratagemata, qui quò nobis persuadere possit, quamdam illarum nos habere, cum eam non habeamus, millies omnem susque-deque infernum mouebit. Et meritò: nihil enim æquè nobis nocet; cum hæ imaginariæ ac fictæ virtutes numquam sine vana aliqua gloriæ veniant, utpote quæ à tali radice producuntur: vti ex aduerso quas Deus dat, ab illa & superbia prorsus exemptæ sunt.

*Virtutes  
veras das  
Deus, ima-  
ginariis di-  
abolus.*

Non possum non mecum ridere, cum animas quasdam video, quæ in oratione dum agunt, propter Deum despici, contemni, & palam omnibus confundi velle videntur; postea verò, si quo modo possent vellent defectum etiam minimum, quem habent, regere, aut si eum non cõmiserint, at nihilominus eius accusantur, excusare. Tales ne simus, Deus auertat. Quicumque ergo hanc ignominiam ferre nõ valet, caueat diligenter ne magnificat id, quod apud se solum, (prout quidem ei videtur) facere proposuit: nam reuera id à volũtate minimè profectum est (etenim vbi illa adest, longè quid aliud est) sed dum taxat inane & imaginarium quid; in quo diabolus dolos & insidias suas struit, quos mulieribus atque indoctis multos ac varios struere possit, utpote quæ, quod potentiarum & imaginationum sit discrimen, aliasque sexcentas res interiores intelligere nescimus.

*Proposuit  
inane a suo  
effectu à di-  
abolo cau-  
santur.*

Quàm facile videre est, carissimæ, in quibusnam vestrum amor erga proximum verè sit; & in quibusnam is non tam perfectè reperiatur! si quidem intelligeretis, quàm nobis virtus hæc necessaria sit, in aliud studium non incumberitis. Cum animas quasdam diligenter admodum inquirere video, ut cuiusmodi sit oratio quam colunt, intelligant, & cum in ea versantur, ita anxias ac sollicitas, ut se ne mouere quidem, aut cogitationem alio diuertere audere videantur, ne modicum illud quod in ea habuere gustus ac deuotionis amittant; statim inde colligo quã parũ norint viam, quã ad vniõnẽ perueniatur; adeò ut in hoc vno totum negotiũ situm esse opinẽtur. Nequaquã, carissimæ, nequaquã: Dominus requirit opera; hinc, si quã agrã videritis, quã recreare aut alleuiare aliquatenus possitis, pro nihilo vobis sit, deuotionẽ illã perdere, atque; illius agræ commiseratione tangi; si quẽ illa sentiat dolorẽ, vos quoque dolere; imò si necesse sit vobis cibum substrahere, ut illa eum comedat, ieiunate; idque non tã illius causa. quã quia Dominus id vult. Hæc demum vera est cum illius voluntate vniõ. Si item aliquam valdè laudari audiat, maiorem in animo voluptatem sentite quàm si vos ipsas laudari audieritis. Er est hoc reuera satis facile. si enim humilitas in vobis fuerit, graue potiùs vobis futurum est, quòd alieno ore dilaudemini. Sanè magnum & præclarum quid est, auditis consororum virtutibus non

*Amor in  
proximum  
quàm ne-  
cessarium.*

secus gaudere, quam propriis; & si quem in iis defectum aut imperfecti-  
onem obseruauerimus, non minus ob eum contristari, quam si proprius  
foret, eumque tegere. Hac de re alio loco satis multa dixi, video namque,  
si quo modo in ea defecerimus, malo res nostras loco esse. faxit ergo De-  
numquam in hac deficiamus. nam equidem vobis asseuero, si quidem ea  
obseruaueritis, fore, vt à Maiestate illius, eam quae dixi vniionem assequami-  
ni. At si in ea vos deficere videatis, quamuis deuotionem, & tales in ora-  
tione gustus habeatis, vt iam ad aliquam suspensunculam in oratione  
quietis vos peruenisse credatis (nonnullae quippe statim, iam omnia esse  
peracta, & nihil dum restare putabunt) mihi credatis velim, nondum ad  
vniionem peruenistis. Dominum verò rogate, vt hunc proximi amorem  
perfectum nobis det, & Maiestatem eius agere sinite quod lubuerit; ipse  
namque plura vobis dabit, quam desiderare possetis, dummodo quam-  
dam voluntati vestrae violentiam inferatis, vt vbique & in omnibus so-  
rorum voluntas fiat, (esto id cum aliquo iuris vestri dispendio fieri de-  
beat;) vestrique boni & commodorum obliuiscamini ac negligatis, quò  
ipsarum commodis seruiatis, esto, qui secundum carnem est homo renita-  
tur & obstrepat; denique laborem in humeros vestros sustollatis, quò,  
vbi occasio se offeret, ab illo proximum exoneretis. Nolite existimare,  
fore vt nullo prorsus vobis id dispendio constet; at videte, quanti spon-  
so nostro amor, quo nos est profecutus, constiterit; nam, vt nos à morte  
vindicaret, ipsam tam acerbam, vti est mors crucis, subire non dubitauit.

*Aliena po-  
tius quam  
nostra, vo-  
luntas fa-  
cienda.*

## CAPVT IV.

IN EADEM MATERIA PERGIT, HOC ORATIONIS GENVS

*particularius declarans. Ostendit, quanti referat circum spectè & discretè  
in hac via procedere, quod cacodemon, vt hominem ab eo  
quod cepit, retrocedere cogat, magna arte &  
cautela vratur.*

**D**esideratis (vt mihi quidem videtur) iam videre, quid columbula  
hæc agat, vbinam confideat: iam nam que audistis, eam non in gu-  
stibus spiritualibus, multo autem minus in terrenis consolationibus qui-  
escere; longè quippe altius se elibrat. sed huic vestro desiderio satis face-  
re non possum, quoadusque ad vltimam mansionem venero. Det Do-  
minus, illius ibi recorder, aut ad hoc scribendum locum commodum  
habeam! nam iam quinque elapsi sunt menses ab eo tempore quo primò  
illam describere cœpi, vsque nunc; & caput ad ea quæ scripta sunt rele-  
genda, satis dispositum non sit, fieri non potest, quin multa secundo di-  
cantur ac repetantur. sed, quod ad sorores meas hæc spectet tractatio, pa-  
rum id refert. Nihilominus particularius & enucleatius declarare hic  
volo.



volo, quid orationem hanc vnionis esse censeam. Ad hoc, similitudinem quamdam quæ ingenio meo cõformis sit, adferam, ac postea pluribus de papilione illo, qui numquam quiescit, (esto semper & continuo fructificet, cum sibi, tum aliis benefaciendo, quòd veram in seipso quietem non inueniat) tractabimus. Iam sapius audistis, Deum spiritualia quædã cum animabus sponsalia contrahere (benedicta sit eius misericordia, quæ vsque cõ sese humiliare vult) Et quamuis similitudo hæc crassior videatur, aliam tamen non inuenio, quæ, quod expositum volo, melius aptiusque declaret, quàm quæ à Sacramento matrimonij petitur. Esto matrimoniũ, quo de agimus, longè sit nobilius; quòd ipsum planè spirituale sit; quod à corporali multum distat: quidquid enim hic est, amor est reciprocus, eiusque operationes sunt purissimæ, quin & adeò delicatæ ac suauis, nullis vt verbis id queat exprimi, sed Dominus facere potest vt sentiantur. Videtur ergo mihi hæc vnio nondum ad spirituales desponsatione pertingere. sed, quemadmodum dum hic in terra duo sponsalia initura sunt, ante omnia necesse est vt ambo consentiant, & alter alterum cupiat, atque inuicem videant, vt sic vtrisque eo melius satis fiat. Pari modo hinc, præsupposito conuentionem iam factam esse, & animam iam tum probè nosse quàm bene sibi per hoc futurum sit, proposuisse quoque sponsi sui voluntatem in omnibus exequi; Maestas ipsius (vt, qui optimè nouit, num tale ipsa propositum fecerit) vicissim animã contenta est; itaque hanc illi misericordiam facit; quod magis se ab eo intelligi & cognosci, & vt (quod vulgò, dici solet) inuicem videant, & in mutuum conspectum veniant velit: itaque sibi eam copulat & coniungit. Dicere possumus ita rem peragi; quia quàm citissimè totum hoc peragitur. Plura namque hic nec danda, nec accipiẽda sunt, quàm vt anima secrete quodam modo videat, quifnam ille sit sponsus cui nubere debet: neque enim vel mille annorum spatio, tam sensibus quam potentis suis, vilo modo intelligere poterit, quod hic quàm breuissimo spatio percipit. Verùm, quia sponsus hic, talis est, solo hoc conspectu magis dignam facit, vt ad manus cum ipso iungendas veniat. Anima namq, ita amore saucia manet, vt à parte sua faciat quidquid potest, ne diuina hæc sponsalia dissoluantur. At, si sui oblita, suam rei cuiquam, quæ ipse non sit, affectum affigeret, mox omnia perdet: hæc autem iactura maxima est, quemadmodũ & magnæ sunt gratiæ quas ipse ei largitur, imò maior, quàm vt verbis exponi queat. Quapropter vos, ò animæ Christianæ, quas vsque huc Dominus prouexit, per illum ipsum rogo & obtestor, ne vlla vestri ipsarum vos capiat obliuio vel negligentia, sed vt peccati occasiones omnimodis declinetis: neque enim anima, etiam hoc in statu constituta, ita fortis est, vt se in eas sine periculo & damno conijcere possit, sicuti est

*Sponsalia  
Deorum  
vtriusq.*

*Quomodo  
in peragan-  
tur.*

*In momento  
plurima hic  
anima per-  
cipit.*

*Anima sua  
oblitiua nō  
debet quia  
plurimum  
sibi noceret.*

postquam sponsalia illa iam iniuit (quod in proxima mansione peragitur.) eò quòd communicatio & familiaritas ex vnico tantum conspectu prouenit. Adhæc maximopere ad eam oppugnandam ac subuertendam, & sponsalia hæc destruenda conuincitur & allaborat; postquam enim eam penitus iam in sponsi potestatem transisse videt, tantum aduersus illam non audet; etenim ipsam timet, & vsu & experientiâ nouit, se, si aliquando id tentet, magnum inde damnum, ipsam verò lucrum non contemnendum referre. Dico vobis, carissimæ, nouisse me quosdam valdè sublimè euectos, & ad hunc vsq; statum eleuatos, qui deinde subtili diaboli artificio & stratagemate elusi retrocesserunt, & illi manus dederunt: omnis enim haud dubiè infernus ad hoc peragendum conspirat & coniuurat: nam (quemadmodum ante dictum) non vnâ solam, sed plurimas animas amittit; iam magnam rei huius habet experientiam: si enim animarum, quas vnus adminiculo Deus sibi lucratur & vindicat, multitudinem intueamur, insignis id illius summè laudandi occasio est: sæpe namque Martyres morientes, aliquot animarum millia Deo pepeterunt: quàm multas vna sæpe virgo, vti S. Ursula, secum ad cælos extulit? quàm multas item, per SS. Dominicum & Franciscum, & alios Religiosorum Ordinum fundatores diabolus perdidit? qui omnes, quemadmodum in vitis ipsorum legimus, similes à Deo gratias recipiebant. Quid aliud rei huius causa erat, quàm quòd omnimodis procurabant, ne suâ culpâ tam diuina sponsalia dissoluerentur? Iam, ô filia meæ, modò Dominus ad hanc nobis gratiam faciendam paratus est, quam fuit tunc, & ex parte (si sic dicere fas sit) etiam magis, vtpote velut necessitatem & opus habens, vt eas ipsi recipere velimus: etenim quàm paucissimi sunt, qui ita de illius honore solliciti sint, vt tunc plurimi erant. Nimum quantum nos ipsos diligimus, & opidò prudentes sumus ne quid iuris nostri amittamus. Hæc, quàm magna illulso est hæc! Lumen nobis det Dominus pater luminis ne, quæ eius misericordia est, in id genus tenebras cædamus.

Petetis à me forsân, aut dubiæ eritis, quoad duo. Primum est, si anima diuinæ voluntari ita se, vt dictum est, conformarit, quomodo decipi possit, cum nulla in re suam ipsa facere voluntatem velit? Alterum est, quibus diabolus vijs in animas vestras intrare possit, idque tanto earum cum periculo vt etiam pereant, cum à mundo ita sitis sequestratæ, vsu sacramentorum tam frequentem habeatis, denique Angelorum (sic loqui licet) contubernium & societatem habeatis: cum (quæ Dei bonitas) non alius omnium scopus sit & desideria, quàm illi in omnibus seruire. Nam, vt in illis qui inter mundana pericula & occasiones adhuc agunt, locum id habeat, nihil mirum esse. Meritò id vos

petere

*Per vnâ  
animam  
multas  
Deus lucra  
habet.*

*Prudentia  
huius  
culis.*

petere cenſeo: reuera enim magna nobiſcum Deus miſericordia uſus eſt: at, cùm conſidero, Iudam inter Apoſtolos electum eſſe, & uixiſſe, & cum hoc ipſo Deo continuo egiſſe, ſermones eius identidem audiendo, ſatis intelligo, nullam uſquam ſecuritatem eſſe.

Ad primam ergo quaſtionem ueſtram ſic reſpondeo: Certiſſimum eſt, animam hanc, ſi ſemper diuinæ uoluntati adhæreat, minime perituram: at diabolus eam ſubtili adoritur artificio, & ſub ſpecie & prætextu boni, in paruis ac minutis rebus, illam ab ea auertere nititur, & ad nonnulla alia transferre, quæ ei perſuadet mala non eſſe; & ſic paulatim intellectum excæcat, uoluntatem tepefacit, propriumque amorem in ea adauget, donec ex vno in aliud gradum uelut faciens, eam à uoluntate Dei penitus abſtrahat, & in propriam tranſire faciat. Eadem reſponſione & ad aliam obiectionem quod ſpectat, ſatis faciam: eò quòd nullus locus ita reclusus & concludus ſit, quem dæmon non poſſit ingredi, nec ſolitudo tam ſolitaria, quòd ipſe non penetret aut audeat. Addo & aliud, uidelicet, DOMINVM hoc idcirco permittere, ut nimirum appareat, quomodo ſe hîc habitura ea anima ſit, quam ceteris in lucem & exemplum ſtatueri uult: multò namque ſatius eſt, ut, ſi improba eſſe debeat, in principio ſit, quàm poſtea, cum aliis plurimis aſſerre perniciem poſſet.

Nulla autem mihi quoad hoc diligentia uidetur eſſe certior ac ſecurior, quàm, poſtquam identidem à Deo in oratione petierimus ut nos ipſe tueatur, aſſiduoque cogitauerimus fore, ut, ſi ipſe manum ſuam ſubtraxerit, ilico in profundum prolabamur (quod uerè ſic fieri poſſet) nullam uerò in nobis ipſis fiduciam collocauerimus (cùm id ſtultiſſimum foret,) ſolicite cauteque in omnibus ambulemus, attendendo quo in uirtutibus modo progrediamur, ac nunc in ipſis aliquid proficiamus an deſiciamus, ac præſertim in amore & mutua dilectione, nec non in deſiderio, quo omnium minima haberi uelimus, alijsque id genus rebus ordinarijs. Etenim, ſi ſeridè ad hoc reflectamus; ac lumen identidem à Domino petamus, noſtrum quamprimum profeſtum aut deſectum agnoſcemus. Nec enim putandum eſt, Deum tam citò manum ſuam abſtrahere ab anima, quam eatenus promouit; ut non neceſſe ſit diabolum hîc ſudare & omnibus neruis conniti, Maieſtatemque diuinam adeò malè habet ipſam perire, ut millies diuerſimodè eam interiorius commoneat, & uelut aurem ei uellicet, ut damnum, quod patitur, non poſſit non uidere.

Denique ut huic tractationi finem imponamus, ſemper ut progrediamur, nobis enitendum eſt: quod ſi non faciamus, ipſæ nobis

*Animam  
diabolica  
paulatim  
ſubuertit.*

*Causa ſem-  
per ambula-  
re, quanti  
referat.*

*Semper ul-  
terius pro-  
grediendum  
hucusque  
pronectis.*

non parum timeamus : quippe diabolus indubiè oppugnationem ali-  
quam nobis inferre molitur: iam fieri non potest , vt, cum hucusque  
progressæ simus, vltcrius non progrediamur : amor namque numquam  
est otiosus aut quiescit: non progredi proinde, pessimum signum erit. A-  
nima enim, quo ipsum Deum in sponsum habere semel decreuit , cum  
eiusque Maiestate iam tam familiariter tractauit, & eò quò dixi iam per-  
uenit, nullatenus præcedia dormire aut stertere debet. Vt verò videatis  
quid agat ijs: quas iam in sponsas elegit, ad sextam Mansionem transe-  
amus; ibique videbitis, nimis quàm parum esse, quidquid obsequij ei præ-  
stare, aut pro eo pati, quidquid etiam facere quo ad tantas gratias reci-  
piendas nos ipsas disponamus, poterimus. Fortassis enim Dominus sic  
disposuit, hoc vt ipsa scribere inberer, vt, oculos in præmium conij-  
cientes, ac, quàm immensa illius sit misericordia perspicientes (vtpote  
qui vt vermiculis quibusdã ita sese communicare atque patefacere non  
dedignatur) terrenas nostras recreatiunculæ obliuiscamur ac negligamus,  
oculisque in ipsius magnitudinem coniectis, in eius amorem succen-  
sæ & æstuantæ curramus. Ipse concedere dignetur, vt in rebus adeò  
obscuris & difficilibus aliquid declarare valeamus: nisi enim Maieestas eius  
calamum dirigat ac moueat, impossibile id futurum scio; & si id in ve-  
strum profectum non cessurum sit, eum rogo, vt nihil omnino dicam:  
nouit quippe Maieestas eius, non aliud ( quantum quidem ipsa de me  
possum intelligere) mihi propositum atque intentionem esse, quàm vt  
nomen eius celebretur ac laudetur, nosque omnibus neruis ac viribus  
tali domino seruire connitamur, qui etiam in hoc mundo sic labores  
compenfat: è quo colligere coniecturando aliquatenus possumus quale  
nobis in cælo sit præmium daturus, vbi à molestijs laborum & pericu-  
lorum, quæ hac in vita occurrunt, penitus immunes erimus. Nisi enim  
hic periculum esset ipsius amittendi & offendendi, voluptas quædam  
esset, si hæc ad finem vsque durarent, vt pro tam bono Deo, Domino, ac  
sponso nostro assidue pateremur. Maieestas illius donet, vt aliquod ei  
obsequium præstare mereamur, nec tot defectus & imperfe-  
ctiones, quot vt plurimum semper, etiam in ope-

ribus bonis, admittimus, commit-  
tamus. AMEN.

*Gloriam di-  
uinam spe-  
ctat in om-  
nibus S.  
Matris.*

## MANSIO SEXTA.

*In undecim capita distributa.*

## CAPVT I.

DOCEY, QUOMODO DOMINO MAIORES GRATIAS FACI-  
 EN-*incipiente, maiores etiam fiant labores. Quorum etiam aliquos refert, ac quomodo*  
*se gerant in hi illi qui ad hanc mansionem iam peruenere. Caput hoc utile*  
*futurum iis qui illos interius patiuntur.*

INCIPIAMUS ergo iam, spiritus sancti fauore adiuuante, de sexta man-  
 sione aliquid loqui, in qua iam anima, sponsi amore laucia, agit, at-  
 que vbi magis ad solitudinem, & ad, quidquid ipsam in hac colenda im-  
 pedire potest, deferendum cauendumq; ( prout quidem vitæ illius con-  
 ditio ac status permittit) aspirat. Etenim prior ille conspectus ad eò pro-  
 fundè animæ insculptus manet, vt aliud ipsa non desideret vel optet,  
 quàm rursus eodem frui posse: Et si iam suprà dixerim, nihil in isthoc o-  
 rationis genere videri, quod propriè dici possit videri, ne quidem per  
 imaginationem; nihilominus, Visum ac Conspectum id voco, ob eam,  
 quam supra posui, similitudinem. Iam quidem anima planè apud se cõ-  
 stituit, alium sponsum non accipere vel deligere; sponsus tamen intensa  
 illius desideria, quibus sponsalia iam iniri ipsa cupit, parum moratur:  
 vult quippe, id adhuc intensius petat; atque vt tale bonum, quod om-  
 nium bonorum maximum est, aliquo ei labore constet. Quamuis autem  
 omnes labores pro tam singulari lucto ac bono comparando modici  
 sint; necesse tamen est, carissimæ, aliquod specimen ac signum præce-  
 dere, quòd ipsum iam habeatur, quo illos sustinere valeat. Quàm verò  
 magnos eam, Deus bone, cùm interiores, tum exteriores, labores pati  
 oportet, donec in sextam mansionem ingrediatur! Profectò id ipsum  
 nonnumquam apud me considero, & timeo, ne, si id antè quis intelli-  
 gat, difficillimè se humana nostra infirmitas ad id patiendum & toleran-  
 dum dispositura sit, quæcumque demum bona ei represententur, nisi  
 iam fortè ad septimam mansionem peruenerit; in illa enim nihil vsque  
 adeò timeretur, vt impedire id animam possit, quo minùs hoc ipsa pro Dei  
 nomine & amore ferre velit. Cuius rei causa est, quòd propè semper ita  
 cum eius Maiestate vnita sit, vt hinc ei robur & vires veniant.

Non abs re futurum credo, si quas hîc certò tolerandas occurrere  
 scio, pænarum nonnullas hic vobis referam: fieri potest, vt animæ om-  
 nes hac viâ non conducantur; quamquam valdè dubitem, num à ter-  
 renis

*Labores  
 sexte man-  
 sionis.*

ænis molestijs, siue hac, siue illa via aduenientibus, libera sint animæ illæ, quæ rebus cælestibus subinde tam liquidè ac verè fruuntur. Eslo autem propositum mihi initio nõ fuerit hæc de re tractare; putauit tamè singulari consolationi futurum animæ illi quæ ita constituta fuerit, scire & audire, quid contingat & fiat animabus illis quibus istiusmodi gratias Deus elargitur: nam verè tunc omnia perditæ ei esse videntur. Porro eo quo hæc veniunt, ordine illa non adferam, sed prout memoriæ occurrerent, & in mentem mihi venient; initium autem hic faciam à minoribus; nempe ab eorum, quibuscum assiduè anima tractat (etiam eorum, quibuscum minime tractat, & quos ne toto quidem vitæ tempore eius vquam recordaturos suspicabatur) obloquia, sic dicentium, quàm se sanctam facit? quàm extrema agit! quid non tentat, vt mundum decipiat, & alios, qui sine istis cerimonijs & nugis meliores ipsa Christiani sunt, improbos videri faciat! Ceterum nihil est melius, quàm bene secundum statum suum viuere conari. Hinc quos ipsa sinceros vt amicos habebat, illam deserunt ac se subducunt; atque hi sunt, qui præ cæteris illam vellicant, ac sugillant, & quos maxime malè habeat, animam illam se perditum ire, & tam manifestè decipi. vnde dicunt imposturas & illusiones diabolicas id esse; euenturum huic, quod illi velisti, qui malè periit, atque ad eadè ipsam in causa fore, vt virtus traducatur & culpetur; quin & suos fascinare ac decipere confessarios, quos & monitum eunt, vt sibi à tali caueant, exempla quoque ijs adferunt eorum, quæ facta sint ijs, qui hac via in ruinam pertracti sunt. Mille scilicet modis eam cauillantur & scommatis profcindunt. Equidem quamdam noui, quæ summopere etiam metuebat, vt tandem non esset qui ipsius confessionem vellet excipere. eo scilicet in statu res illius erant, quæ quòd multæ sint, non est quod diu referendis ijs immorer. Illud verò pessimum, quòd hæc non citò finiantur, sed sæpè ad vniuersam durent vitam; tum, quòd vnus alterum moneat, vt cum huiusmodi personis agere caueant.

*Obloquia  
contra pios  
parum eius  
vnam.*

*Paucilo-  
quantur  
bene de his.*

Dicetis ad hoc mihi, non deesse etiam qui de illis loquantur bene. Quàm, ò carissimæ, pauci sunt, qui id bonum esse credant, respectu & comparatione eorum qui hoc execrantur! Accedit huc, quòd hoc ipsum alius nouus labor sit & pœna prioribus laboribus grauior. quòd enim anima clarissimè videat, si quòd habeat bonum, id à Deo datum esse, nec vlla ratione suum esse (nam antè paulò & non ita pridem, se valdè videbat esse pauperem, & in peccatis constitutam) intolerabile id ei tormentum est, saltem initio. Sed postea non tam ei graue id est, id què ob quasdam rationes. Primo, quòd experientia eam clarè videre faciat, quòd homines tam facilè ac citò bene loquantur, quàm malè; itaque

*Cui anime  
obloquia nõ  
curat.*

non plus vnum curat quàm alterum. Secundò, quòd Dominus maiorem ei lucem dederit, ad videndum nullum omnino bonum esse suum, sed id defursum ab illius Maestrate dari; hinc, tamquam si id in tertio quopiam videret, & quasi oblita quòd aliquam in eo partem habeat, ad Deum laudandum se conuertit. Tertio, eò quòd, si quas animas è gratis quas Deus ipsi præstat, visis profecisse viderit, statim cogitat, Deum hoc medio, ( quòd nimirum ipsa vt bona habeatur, esto non sit ) ad hoc vsu esse, vt id alijs in bonum cedat, indeq; ille proficiant. Quarto denique, quòd, cum Dei honorem & gloriam magis spectet & præ oculis habeat, quàm propriam, tentatio illa, quam sub initium ingerere diabolus consuevit ( quòd scilicet hæ laudes ad illius ruinam & perniciem tendant, quemadmodum nonnullos per easdem perijisse obseruare potuit ) in illa iam cesset, parumq; curet quòd alij homines ipsam laudent, dummodo saltem vel semel Deus, ipsa mediante, & eius occasione, laudetur; veniat deinde quidquid venire potest. Hæ aliæque id genus rationes aliquantulum mitigant magnam illam molestiam ac crucem, quam ei istiusmodi laudes auditæ inferunt: esto penè semper aliquam inde molestiam sentiat, nisi cum eis animum parum ac non multum aduertit. Sed longè & incomparabiliter grauior illi ac molestior pœna est, quod se palam & publicè, idque sine causa, bonam haberi videt, quam priora illa quæ dixi obloquitur. Cumque iam eo peruenit, vt hancce molestiam magni non faciat, multo minus priora illa curat; imò ita hæc audire gaudet, tamquam si suauissimam quamdam symphoniam audiret ( quod certè verissimum est ) animamque ea potius corroborant quàm intimident aut deiciant; cum iam tum vsu & experientia ipsa didicerit, quantum inde sibi boni proueniat & commodi. Hinc sibi persuadet, persecutores & aduersarios suos DEVM minimè offendere; sed Maestatem ipsius id potiùs permittere, vt inde ipsa commodum referat. Cumque hoc clarè sentiat ac persuasissimum habeat, hinc singulari quodam ac tenerissimo amore in eos fertur; quòd hi magis amici sui esse, ac maius sibi lucrum adferre, quàm qui bene laudabiliterque de ipsa loquuntur ac sentiunt, videantur.

Solet præterea Dominus graues quosdam morbos & infirmitates immittere, quod priori multò grauius & molestius malum est, præsertim cum dolores acres & acuti sunt; vt credam ex parte, si modo vehementes sunt, nullum eis grauiorem in terra dari posse, ( loquor scilicet de exterioribus ) quantumque demum & quo velis numero hi ingruant, si modò fuerint ex ijs de quibus hic loquor. Ad eò enim tum interiora, tum exteriora hominis turbant, vt anima angustiata quid sibi

*In obloquitur  
& aduersariis animam quomodo gaudeat.*

*Morbos quomodo suis Dominus immittat.*

sibi facere, aut quò se vertere velit nesciat; & multò libentiùs mori, ac quoduis breui finiendum martyrium subire, quàm istos dolores malit. Esto, cum hi iam extremi & intensissimi sunt, tamdiu non durent (quia indubiè Deus plus homini non immittit, quàm ferre possit, eiusq; Maiestas ante omnia patientiam dare solet) sed in alijs grauibz doloribus ordinarijs, & diuersimodis moribz secùs se habet. Noui quãdam, quæ ex quò prædictam à Domino gratiam accipere cepit (plus quam quadraginta id iam sunt anni) in veritate dicere nequit, vnum se à doloribus, & alijs patiendi occasionibus vacuum diem habuisse. Loquor de defectu valeatudinis ac morbis, vt de alijs grauibz doloribus & afflictionibus eius nihil interim dicam. Fuerat illa, fateor, admodum flagitiosa, hinc præ doloribus inferni quem promerita erat, omnia illa pro nihilo reputabat. Alias verò quæ Dominum tot peccatis non irritarunt, alia ipse via conduceret. Equidem semper viam dolorum ac patiendi præligerem, saltem vt vel sic Iesum Christum Dominum nostrum imitarer, esto aliud inde bonum non sequeretur, cum tamen plurima inde emolumenta solita sint sequi.

Iam si de interioribus afflictionibus loqui velimus, illæ, de quibus antè egi, etiam exiguæ viderentur, si quidem interiores illæ exprimi verbis possent; verum impossibile est, has eo modo exprimere, quo homini obueniunt. Incipiamus à tormèto & cruce, quod oritur ex eo, quòd quis incidat in confessarium, qui nimis quidem sit prudens, minus tamen rerum expertus, nihil vt securum habeat, sed ad omnia timeat, & in omnibus anxius mutet & dubitet, cum quid extraordinarium & præter solitum ei occurrit, maximè si in anima cui hæc obtingunt, aliquam noceat imperfectionem (putat enim eos, quos huiusmodi gratijs Deus dignatur, Angelos esse debere; quod sanè impossibile est, quamdiu hoc in corpore agent.) hinc statim omnia damnat, tamquam vel à diabolo, vel melancholico humore causata. His namque ita plenus est mundus, vt tot tantaque hac diabolium via inferre homini damna minimè miret: vnde non immeritò Confessarij timere, & sollicitè admodum singula circumspicere debent. Interim misella anima, quam iste timor strangulat, & ad Confessarium tamquam ad iudicem suum abit, qui ipsam etiam condemnat, non potest non grauissimum tormentum atque afflictionem pati: quòd quàm graue ac pænosum sit, solus intelliget ille, qui id fuerit expertus. Est hoc namque vna è grauissimis, quas animæ hæc patiuntur, afflictionibus & pœnis, præsertim si vitæ liberioris aliquando fuerint, cogitare videlicet, Deum, ob priora ipsarum peccata permittere, vt à diabolo iam illudantur. Quamuis autem tum, cum hanc Deus ipsi gratiam facit, securæ sint, & credere nequeant ab alio illa spiritu nisi di-

*Morbos ordinarios et  
Deos diu  
suis immit-*  
tat.

*Confessarij  
inexpertis  
mensis peri-  
is quàm  
nocent.*



nino proficisci; quia tamen res hæc quàm citissimè pertransit, & admissa olim peccata identidem memoriæ recurrunt, & in se imperfectiones notant (semper quippe eę sunt aliquę) statim hoc ipsas tormentum inuadit. Quando verò Confessarius eas serenat & securas esse iubet, non nihil ipsum mitigatur, esto per interualla redeat. sed vbi ille sic iuuando, etiam timorem adauget, tunc id propè intolerabile est; maximè, quando post hoc maiores sequuntur ariditates, aded quidem, numquam vt Dei recordata esse, aut recordatura deinceps vniquam videatur, &, quando de illius Maiestate aliquem loquentem audit, perinde se habeat, ac si de aliquo qui adhuc procul inde abest, aliquid dici audiret.

Nihil verò sunt hæc omnia, nisi & illud præterea accedat, quòd sese non satis se Confessarijs aperire ac declarare posse, sed illos in errorem trahere ac decipere putet: & quātumuis quoad hoc seriò reflectat, & videat, ne quidē motū primo-primum, quē nō ijs aperiat, &, esto vt quieta sit, ei dicatur; nihil tamen inde iuuatur. Etenim intellectus ita obscuratus est, vt ad veritatem videndam potens non sit, sed ad credēdum dumtaxat, quod imaginatio ei repræsentat & oggerit tum quippe hæc ipsa dominatur, nec non ineptiæ, quas ei diabolus repræsentare vult. Huic enim Dominus tunc proculdubio facultatem concedit, ad eam probandam, ei que persuadendam, ipsam à Deo reprobata esse. Multa quippe sunt, à quibus tunc impugnatur, accedente tam sensibili atque intolerabili spiritus angustia, vt cui ea assimilari possit, nesciam, nisi fortè damnatorum in inferno pœnis & supplicijs: nullus enim, hac tempestate durare, consolationibus admittendis est locus. Si ad Confessarium solatij habendi causa accedant, diaboli ei prius suggestisse videntur ac suauisse, vt ipsam magis affligat ac cruciet. Vnde Confessarius quidam cum anima in istiusmodi tormento constituta agens; illo iam transacto, comperit pressuram illam eius periculosissimam esse, eò quòd ad eam tam multa simul concurrerent. Igitur eam monebat, sibi significaret, si quando in ea versaretur; at semper in deterius ipsa inde vergebat, vt is tandem intellexerit, illam sui potentem non esse. Deinde si librum aliquem, esto lingua vernacula scriptum; ad legendum in manus acciperet, non magis illum intelligere poterat, quàm si legere profus non posset; eò quòd intellectus ad hoc tunc minimè dispositus erat, sed planè ineptus.

Ceterum, nullum aliud in hac turbulentia & malo inuenire remedium est, quàm Dei misericordiã expectare, qui vel vno verbo suo, aut alio certè modo fortuito accidenti, tum cum minimè putatur, tam subito omnem tempestatem discutit, vt ne minima quidem in anima illa nubecula fuisse videatur: ita iam solis radijs vndiquaque collustratur, & plus, quàm antè afflictæ fuit, consolationibus iam perfunditur. Itaque, *Dei auxiliū in ea expectandum. Serenitas anima post tempestatē quansa.*

*Anxietas anima & scrupulus eo quòd se non satis Confessariis declares.*

*Anima angustia damnatorū supplicijs comparatur.*

*Dei auxiliū in ea expectandum. Serenitas anima post tempestatē quansa.*

velut qui periculosum quemdam conflictum euasit, & victoriam inde retulit in Dei laudes prorumpit, utpote qui fuit qui pro ipsa pugnavit, & victoriam retulit. Liquido enim, & velut ad oculum videt, nihil omnino se posse, & omnia arma, quibus se tueri & propugnare poterat; in aduersarij manu ac potestate versari videre se putat; adhuc miseriam suam clare intelligit, & quam ipsi parum è nobis possimus, si suam Dominum manum subtraxerit. Ad hoc porro intelligendum nulla penitus sibi iam opus esse consideratione putatur, quod per experientiam qua id ipsum experta est, cum se penitus ineptam & ad omnia inhabilem viderit, iam cognoscat quam nihil ipsi simus, & possimus. Nam tametsi in statu gratiae esse non desinat (cum quamdiu hæc tempestas durat, Deum neque de facto offendat, nec ob vllam omnino mundi huius rem vellet offendere) hæc tamen ita latet abscondita, ut ne vel minimum specimen aut argumentum, è quo Deum amare, vel aliquando amasse se colligat, in se ipsa deprehendere videatur: etenim, si quid vumquam boni egit, aut si quam à Maiestate aliàs gratiam accepit, omnia ei non nisi somnium esse, aut phantasma, aliquod vidisse videntur; peccata verò videt, quòd verè commiserit.

*Gratia animam latet cum in angustiis versatur.*

*Ditiores & libertatem habentes non propterea ab angustiis spiritus magis liberi sunt.*

Quam, ô mi IESU, triste spectaculum est, animam ita derelictam videre, & quemadmodum dixi, quam parum eam iuuant quæcumque sunt de terra solatia! quam obrem nolite existimare, carissimæ, cum in tali statu vos constitutas deprehenditis; homines locupletiores, suæque libertate gaudentes, pro huiusmodi tempestatibus plus subsidij habere. Sanè plus non habent: nam (ut mihi quidem videtur) idem his euenit quod in inferno damnatis; quibus estò omnes quæ in mundo excogitari possunt, deliciae & recreationes offerrentur, adedò nihil illa adferre alleviationis aut solatij ipsis possent, ut dolorem etiam & tormentum essent adæcturæ: sic & hic omnia deforsum & à Deo veniunt; vnde, quidquid terrenum est, ne vel hilum hic prodest, aut iuuat. Vult ergo magnus hic Deus ipsum ut Regem agnoscamus, nostramque miseriam perspiciamus: quod ad ea, quæ deinceps sequuntur, permagni refert.

At enim quid agat tandem misera hæc anima, si quando ad multos eam dies in hac afflictione & miseria agere oportebit? nam si quid oreret aut horas recitet, perinde est ac si non oraret (videlicet quantum ad ipsius solatium ac leuamen faciat, quia id ad interiora eius non penetrat; nec quid oreret intelligitur, uti nec ipsa se, esto oratio eius etiam vocalis sit. Nam ut mentalem instituat, tempus hoc conueniens & oportunum non est, quòd facultates animæ ad eam neutiquam dif-

*posita*

positæ sint; imò verò ipsa solitudo magis ei iam noceat (quod aliud per se tormenti genus est:) nec enim iam apud homines agere, nec cuiuspiam alloquium sustinet. Vnde, quantumcumque in aduersum obnitatur, exterius nauseabundum quoddam tædium & morum asperitatem præfert: quod etiam satis de foris videre & colligere est. Porro, vt quis, quod tunc patitur, verbis exprimat (vt verum fateat) est prorsus impossibile: sunt namque angustia & pœnæ spirituales, quæ quo dicantur nomine, vix quisquam sciat. Optimum verò in his remedium est (non quidem, vt hæc penitus auferantur; ad hoc enim nullum mihi occurrit, sed vt ferri & sustineri aliquomodo queant) in charitatis & exteriora opera intendere, & in Dei misericordia sperare, vt pote qui numquam in se sperantes deserit: sit ipse in æternum benedictus. AMEN.

*Quid in angustia hinc anima possimum faciat.*

## CAPVT II.

## AGIT DE QVIBVSDAM MODIS QVIBVS ANIMAM

*Deus expergefaceret solet, qui nihil quod timeri debeat, continere videtur, esto sublime quid, & singulares quedam gratia sint.*

**A**LIA exteriores molestia & afflictiones, quas diaboli nobis infligunt, certè nec ita ordinaria sunt (vnde hinc de ijs loqui necesse non est) nec magna ex parte tam afflictiva & vehementes. Nam (prout mihi quidem videtur) etiam cum summa sunt & extrema, ipsas animæ potentias ita ineptas non reddunt, neque etiam ipsam eousque turbant, vt non semper illi ratio tunc constet, ad cogitandum, non plus eos posse quam ipsis Dominus permiserit: quæ vbi constiterit, nec prorsus perditæ est, parum aut nihil sunt omnia, respectu illorum quæ supra dicta sunt. In hac porrò mansione, cum de varijs orationis generibus & gratijs Domini tractatio instituetur, adhuc alias internas pœnas & pressuras recensebimus: quarum quedam multò certè ad ferendum grauiores sunt, quàm quæ dictæ sunt hæctenus, sicuti colligere erit ex effectibus quos in corpore relinquunt. Verùm afflictionum, ac pœnarum nomine dici non merentur, neque par est eas vt tales à nobis censei, cum tam singulares Domini sint gratia, & in illis constituta anima, illas istiusmodi esse, ac longè supra meritum illas sibi dari intelligat. Mox ergo vt in septimam mansionem ingressuri sumus, ingens hæc afflictio, nec non aliæ plurimæ, in nos ingruunt. Harum aliquas hinc recensebo, omnes enim vt referat prorsus impossibile est, vti & declarare genuinè, vti sunt: sunt enim longè sublimioris & eminentioris originis quàm quas descripsi

scripsi hæcenus: unde, si supradictas, esto inferioris sint generis aut ordinis plus, quam declaravi, declarare non potui, multo minus potero has. Ad omnia porro suam Dominus gratiam per filij sui merita, mihi concedere dignetur. Amen.

Videmur quidem columbulam nostram valdè procul reliquisse, ac velut deseruisse; sed reuera procul non est: hæc namque afflictiones in causa sunt, vt longè sublimius sese elibret & euolet. Iam ergo videre incipiamus, quo se sponsus modo cum ipsa gerat; quippe qui antequam totum se illi det amplectendum, intensa sui in illius corde excitat desideria, idque modis tam subtilibus & delicatis, vt eos nec anima ipsa intelligat, nec id eam alijs, nisi fortè ipsum expertis, declarare & exponere esse credam: sunt quippe impulsus quidam, adedè delicati ac subtiles, ab intimis animæ interioribus procedentes, nullà vt quæ apposita & congruè sit comparisonem ad eos declarandos inuenire queam. Etenim id nimis quam multum differt ab omni eo quod ipsi per nos procurare possumus, nec non à gustibus, quos iam ante descripsi: sæpè namque, etiam cum ipsemet homo de eo non cogitat, nec Dei vllatenus recordatur, Maiestas illius subitò; ad instar fulguris aut tonitruu, eum excitat. Anima ergo, esto strepitus nullus audiatur, satis intelligit, se à Deo vocatam esse: idque adedè manifestè & perceptibiliter, vt interdum (præsertim initio) tam, esto nihil sit quod eam torqueat & affligat, penitus contremiscere & conqueri faciat: sentit quidem se suavissimè vulneratam esse; at intelligere nequit, quomodo aut à quo vulnus inflictum sit: agnoscit item, id quid magni valoris esse, nec vñquam ab hac plaga per sanari vellet: dulciter quoque amorosis verbis, etiam ore prolatis, apud sponsum suum queritando submurmurat, aliud vt facere non possit, quod illum præsentem esse, at se manifestare nolle, norit. Ingens sanè hæc afflictio & pœna est, at sapida & dulcis; & si ea carere velit, non potest, nec vñquam eâ sibi auferri cuperet, quod illa magis eam recreat ac reficit, quam absortio & ebrietas orationis quietis, quæ nullam dat pœnam.

Ipsa me dirumpo & annihilò, forores, vt hanc amoris operationè vobis exponam, & non video quomodo exponam: eo quod contradictorium videatur, dicere, quod dilectus ex vna parte manifestè ostendat, se in & cum anima esse; ex altera vero eam ad se signo tam certo & euidenti vocare videatur, nullatenus vt de vocatione queat dubitari, ac sibi lo ita penetratiuo, quo id anima percipiat, vt non possit id non audire. Quia sponso, qui in septima mansione versatur, eo modo qui nō est perfecta & formalis locutio, loquente, omnis qui in alijs mansionibus habitat populus, vt putà sensus, imaginatio, potentia, se mouere vel mutare non audere videntur.

*Impulsus  
quidam in  
teriores,  
quos anima  
sentit.*

*Vulnus a-  
more quam  
suauis.*

Quam, ô Potens Deus meus, magna tua sunt secreta & arcana! quantum est inter ea quæ sunt spiritus, & inter quidquid hîc in terra videri aut intelligi potest, discrimen; cum per nullam omnino rem hæc, quæ respectu maximarum, quas in animabus operaris, tam est parua, queat declarari! Tam singularem vtrique hæc in ea operationem facit, vt seipsa præ desiderio conficiat ac velut annihilat, nec sciat quid vltra petat; quod certa quodammodò sit Deû suum apud se agere. At enim dicetis mihi, Si hoc ipsa intelligat & norit, quid vltra desideret? quid est, quod ipsam cruciet? quod maius habere bonum velit? Sanè nescio: hoc scio, illam pati, adeoque pœnam hanc advsq; intima viscera eius penetrare, vt, dum sagittam is qui eam iniecit, ex ipsis educit, eum vnâ cum spiculo hæc ipsa euellere, quin & ipsam euiscerare videatur. tam est æter amoris sensus.

Cogitabam hic ipsa meeum, num fortè id ideo fieret, quod ab hoc accensæ fornacis, quæ est Deus meus, igne scintilla quædam diffiliens, animam hanc ita occuparit, vt ignis hic accensus sentiatur foris & appareat: quæ quod ad eam consumendam non sit satis, ignis vero ita sit in se delectabilis, hinc eam anima pœnam sentit, & is cum tangitur, talem operationem peragit. Nullam mihi videor aptiorem hac similitudinem ad hoc declarandum inuenire potuisse: nam lapidus hic dolor, non est dolor, nec in eodem statu permanet; quamquam aliquando satis diu durer, aliàs tamen cito pertran sit & finitur, prout Dominus eum communicare voluerit: neque enim res est, quæ humana industria aut artificio queat parari. Sed, etsi subinde diu durer, abit tamen & redit. Saltem nunquam stabilis permanet, ideoque animam penitus ignitam non facit, nisi quod, vbi hæc iam ignire incipit, emoritur scintilla, quoddamq; in ea desiderium maneat, denuo dolorem hunc amorosum, quem illa producit, patiendi. Neque vero est quod hic cogitemus, id aut à naturali dispositione, aut atræ bilis vitio prouenire, vel illusionem diabolicam, aut imaginarium phantasma esse posse. etenim res est, quæ satis ostendat, motum hunc non aliunde, quàm vbi est Deus qui est immutabilis, proficisci; neu, quales aliarum deuotionum esse solent, eius operationes sunt; etenim in illis magna gustus absorptio dubitandi ansam dare nobis potest. At hic, omnes tum sensus, tum potentia, sine vlla prorsus absorptione, considerant quidnam hoc esse possit, neq; vt mihi quidem videtur, dulcem hanc pœnam vel minimum impediunt, nec eam adaugere, nec penitus tollere valent. Is porro, cui hanc Dominus gratiam fecerit ( si enim eam illi fecerit, vbi hæc legerit, facilè id intelliget ) ingentes ei gratias agat: neque enim est quod timeat, ne qua hic illusio aut deceptio subit; timeat potius ne, post tantum beneficium acceptum, ingratus sit; & omnibus

nibus corporis neruis ad illi seruiendum connitatur, vitamque suam per omnia in melius mutare satagat. itaque videbit, quò tandem peruenturus sit, & quomodo semper plura ac plura recepturus. Tametsi quædam, quam noui, postquam hanc gratiam accepisset, ad aliquot annos eadem contenta vixit, abunde sibi per eam satisfactum esse putans; ad eò vt si adhuc plurimis annis eam Domino ingenti cum labore seruire oportuisset, satis operam suam hac gratia compensatam crederet. Sit ipse in sæcula benedictus. Amen.

*Cur hac in re plus sit securitatis quam in aliis.*

Fortassis hic hærebitis, scire volentes, quare plus in hac quam in alijs rebus, sit securitatis. Ad quod respondeo, id has ob causas, (vt mihi quidem videtur) fieri. Primò, quòd numquam pœnam aliquam cum tanta dulcedine quantam hæc habet coniunctam diabolus sit daturus. Suauitatem quidem & delectationem quampiam quæ spiritualis videatur, dare poterit; sed vt pœnam, & quidem tantam, cum quiete & animæ gaudio coniungat, supra facultatem ipsius est: nam omnes eius vires non nisi in ea quæ deforis sunt, operantur; & eas quas dat afflictiones & pœnæ (dum quidem ab ipso veniunt) numquam, mea quidem sententia, aliquid dulcedinis aut quietis continent, sed semper sunt inquietæ, & turbascent. Secundò, quòd deliciosa & iucunda hæc tempestas ab alia certè regione, quam in quas ille imperium & dominatum exercere potest, proficiscantur. Tertio, ob magna, quæ hinc animæ obueniunt commoda; qualia plerumq; sunt, firmum ad pro Deo parandum propositum facere, multas aduersitates & dura quæq; desiderare, magis dispositum & resolutum esse ad omnia terræ huius solatia, recreationes & conuersationes repudianda; & alia id genus.

*Imaginatio aut melancholia hic locum non habet.*

Quod autem id imaginarium aut phantasticum non sit: nam quamuis alijs in rebus diabolus illudere animæ per phantasmata studeat, in hac tamen id minimè poterit. Est quippe res ad eò euidentis ac notoria, nullo modo vt imaginario phantasmati sit obnoxia, (appareat inquam esse, reuera tamen non sit) vel vt de ea dubitetur, an reuera ita aut talis sit. Si quod autem in anima dubium maneat, sciat, impetus illos non esse veros. si inquam dubitet, num eos habuerit, nec ne: ita namque perceptibiliter his sentiuntur, quemadmodum aures magnam percipiunt vocem. Vt verò melancholiæ id ascribatur, aut ab ea procedere dicatur, prorsus verisimile non est; cum hæc omnia sua phantasmata & ludibria in sola imaginatione fabricet; hoc verò de quo hic ago, ab interiore animæ parte procedit. Fieri posset, me hic decipi & errare; at, donec rei huius periti alias mihi rationes quibus me euincunt, adferant, ab hac opinione non recedam, sed in ea manebo. Sic noui quamdam, quæ est ab huiusmodi illusionibus quàm maximè sibi semper timeret, in hoc tam en orationis genere numquam timere sibi potuit.

Solet & alijs Dominus modis animam expergefacerè : nam derepentè, etiam cùm vocaliter iam orat, neque ad ea quæ interna sunt, vllatenus reflectit, suavis quædam inflammatio eam corripere videtur; perinde ac si momento ac subito tam potens aliquis odor illi superueniret, vt se mox per omnes eius sensus diffunderet ac communicaret. non dico, quòd odor sit; sed similitudinis tantum gratia odorem, aut aliud quid simile pono, solùm vt sic ostendam, percipi, sponsum illic præsentem adesse. Excitat namque is suaue quoddam in anima desiderium, quo ipsa illo frui desideret, indeque ad heroica quædam opera faciendâ, & Domino laudes decantandas mirè manet disposita. Porro gratiæ huius origo, est illa ipsa quam antè dixi; at nihil hic est quod dolorem aut penam inferat, neque etiam illa Deo fruendi desideria, pœnosa & grauiâ sunt. Atq; hoc est, quod anima frequētius sentire solet. Nihil quoq; hic quod timendum sit, subesse mihi videtur, idque ob aliquas earum, quas dixi, rationes; sed tantùm opera danda, vt gratia hæc cum magna gratiarum actione admittatur, & recipiatur.

*Alij modis quibus Deus animam excitat.*

## CAPVT III.

DE EADEM MATERIA AGERE PERGIT; ET OSTENDIT, quomodo animam Deus, cum ei placuerit, alloquatur. simul admonet, quomodo in nos nos gerere debeamus, ac ne iudicij proprii ductum sequamur. Adhæc aliquas assignat notas, è quibus dignoscatur num illusio sit, vel non sit. Caput hoc lectu vtilissimum est.

Alium præterea animæ excitandæ modum Deus vsurpare solet; qui licet aliquo modo maior quàm priores illè gratia videatur, maiori tamen fieri potest vt sit periculo expositus. Atque ideo huic exponendo paululum immorabor. Sunt videlicet quædam Dei ad animam alloquia: quæ multifaria ac diuersa sunt: etenim horum alia de foris venire videntur, alia ab intimo animæ penatrali, alia à superiore eius partè; alia denique ita ab exteriori parte veniunt, vt etiam auribus percipiuntur, quòd formata & articulata quædam vox esse videatur. Aliquando imò & frequenter, potest solum esse phantasma, ac præsertim in ijs qui debili sunt imaginatione, vel notabiliter melancholici. De duplici hoc hominum genere non multum meo iudicio curandum est, etiam si tale quid videre, audire, vel mente percipere asserant: neq; etiam turbandi inquietudine sunt, illis dicendo, hoc à diabolo prouenire; sed tamquam infirmi atq; imbecilles audiendi, ita vt Præposita vel Confessarius, ad quæ isthæc referent, illis dicere debeant, non esse id magnoperè curad: neq; enim id substantiale & pernecessarium ad Dei seruitium esse: plurimis quidem

*Varia Dei ad animam alloquia.*

*Cum ijs quos phantasma illusio dicit, quomodo agendū.*

quidem

quidem diabolum hac via imposuisse & decepisse; fortasse non sic ipsi euenturum, ad scilicet ipsum non contristandum aut affligendum. Si vero ei dixerint, melancholiam id esse, nunquam id sibi persuadebit; imo iurabit id se videre & audire, eo quod ei sic videatur. Id porro certum, illum esse ab oratione diuertendum, efficiendumque quam fieri potest maximè, vt hæc pro nihilo reputet, & parui faciat. Solet enim cacodæmon per animas has ita malè affectas & imbecilles, rem suam non mediocriter facere, si non vt iqs noceat, saltem vt alijs. In id genus rebus semper est quod timeamus, donec spiritus plene cognoscatur. Quare moneo, semper consultius esse, iam tum in principio ei resistere, eumque reijcere. Si enim à Deo sit, magis ad proficiendum & progrediendum iuuabit, atq; vbi probatus fuerit, potius adaugetur. Id ita se habet: videndum tamen, ne anima multum angustietur, aut inquietetur: nam reuera plus non potest.

*Alloquia  
omnium vel à  
Deo, vel à  
dæmone, vel  
ab imaginatione ori-  
ri possint.*

Nunc igitur, vt ad ea quæ dicebam, Dei ad animam alloquia reuertar, possunt ea, cuiuscumque etiam sunt modi ex ijs quos supra distinximus, tum à Deo, tum à cacodæmone, tum vero à propria imaginatione ortum habere. Siquidem potuero, quædam Deo fauente, signa & notas depromam, è quibus hæcæ alioquin eorum differentias, ac quando illa periculum includant, dignoscatis: quod inter eos qui orationi dediti sunt, non pauca sunt animæ, quæ huiusmodi allocutiones percipiunt; velim autem, carissimæ, vt male vos agere non putetis, in illis fidem abrogando, aut etiam adhibendo. Cum ergo solum vestri causa eæ fiunt, ad vos nimirum consolandas, aut defectuum vestrorum commonefaciendas, loquatur quicumque voluerit, vel etiam phantastica allocutio sit, parum refert. Vnius verò rei vos admoneo, videlicet, ne, etiam si aperte à Deo veniant, propterea vos meliores esse credatis: cum & Phariseos sapius Dominus sit allocutus. Omne porro rei huius bonum situm est in eo, vt aliquis ex hisce alloquijs percipiatur fructus. Omnem verò allocutionem, quæ factis Litteris per omnia conformis, & respondens non sit, non pluris facitote, quam si ex diaboli ipsius ore audissetis. Licet enim eæ à vestra debili imaginatione procusa sint, nihilominus vt tentatio quædam circa res fidei habendæ: vnde semper eis resistatis oportet, quòd à vobis recedant & euanescant: euanescent verò haud dubiè quòd parum virium habeant.

*Deus loqui  
sur simul  
operatur.*

Vt autem iterum ad id quod initio dicebamus redeamus, siue de interiore, siue de superiore, siue de exteriori parte alloquia veniant, non impedit hoc, quo minùs à Deo proficiantur. Certiores porro quæ hic haberi possunt notæ, meo iudicio, sunt istæ. Prima, ac præ cæteris vera, est, dominium & potestas illa quam ipse secum fert, quòd scilicet loquatur simul



simul & operetur. Clarius me explicabo. Versatur, verbi gratiâ, anima quaedam in omni tribulationis, angustiae, & pressurae interioris, quam dixi, genere; intellectus adhuc illi penitus obsecutus est, magnaque eâ occupat ariditas! & ecce, vel vnica harum allocutione, exempli gratiâ solum dicendo. *Noli affligi*, mox omnis pressura discutitur, planè introrsum tranquillatur, summaque vndiquaque luce perfunditur; adèd vt omnis illa pœna, quam ei (vt quidem videbatur) non mundus vniuersus, neque quidquid doctorum hominum est, si ad rationes, ob quas non doleret, ei proponendas conuenissent, eximere ac dimouere, quantumcumque demum ad id contenderent, potuissent, in momento euanescat, & afflictio illa prorsus cesset. Multum deinde affligitur, quòd Confessarius & alij nonnulli, ei dixerint, spiritum Satanæ esse, à quo ipsa dirigitur; vnde ipsa penitus consternata, ingenti timore percellitur, & ecce, vel vnico verbo quod ei dicatur, *Ego sum, noli timere*, in momento fugit omnis afflictio, & ingenti consolatione in animo perfusa, prorsus serenatur, adèd vt nullus tanta sibi futurus videatur eloquentia, qui, vt aliud id esse credat, sibi persuadere possit. Denique ob graua quædam negotia valdè anxia & afflictæ est, quòd quis eorum sit futurus euentus, ignoret; audit sibi dicentem, vt quiescat & tranquilla sit, etenim felicem vniuersa successum habitura; vnde valdè certa ac secura redditur, nullamque exinde anxietatem sentit. Atque ita de alijs plurimis id genus rebus.

Altera nota & signum est, insignis quædam in anima remanens quies, deuota pacificaque mentis relectio, mira quæque ad Dèi laudes celebrandas alacritas & dispositio. Si, ô DOMINE IESU, vel vnicum verbum à te per aliquem seruorum tuorum, (vti quidem dicitur: nã ea quæ in hac mansione dicuntur, si non Dominus ipse, Angelum saltem aliquem proferre verisimile est) nunciari & proferri iussum tantam vim habeat, qualem ergo habebit id in anima, quæ per amorem tibi vnita est, & cui tu? Tertia est, quòd verba hæc diu memoriæ in hæreant, nec facillè elabantur, quædam etiam numquam, sicuti solent verba quæ hîc in terra ab hominibus vulgò audimus, effluere: quæ inquam ab hominibus audimus, quæ, licèt etiam grauissima sint, & à vitis eruditis prolata, adèd memoriæ tenaciter non in hærent, nec ita firmiter ac facillè, si quidem de rebus futuris sunt, creduntur, vti hæc: tanta quippe, post hæc audita, in animo manet certitudo, vt (quamuis in rebus, quæ valdè impossibiles videntur, aliquod interdum ei quoad illas nihilominus dubium occurrat, futuræ ne eæ sint, an secus, & in intellectu non nihil quoad eas vacillet;) talis tamen in hac ipsa anima impressa est securitas & certitudo, vt in contrariam opinionem prorsus abduci nequeat, etsi omnia euidenter in contrarium ferri & procedere videantur eius quod audiuit. Imò & anni interdum

*Inter Dei & hominum verba quod discrimen & illorum certitudo.*

terdum aliquot labentur, cum hæc menti eius cogitatio inharebit, fore ut alia Deus ad hoc media adinueniat, quæ homines non intelligunt, ipsumque tandem euenturum; vereque ita fit. Quamquam (vti supra dixi) interea multum patiat, cum tam multa eius videt obstacula & impedimenta: quod enim operationes, quas habuit tum cum illam vocem percipiebat, nec non certitudo quæ exinde illi mansit, quod Deus sit qui locutus est, iam præterierint, hinc istiusmodi dubitationes iam locum habere incipiunt, atque ipsa cogitare, an, quod audiit; non à dæmone profectum sit, aut ab imaginatione. At nullatenus dubitat tum cum isthæc alloquia percipit; quin imò pro hac veritate tuenda, parata esset mortem oppetere. Sed (vti dixi) quid diabolus per omnes has imaginationes & phantasmata, quæ haud dubiè ipse suggerit quo animam affligat, & intimidet; præfertim si negotium sit huiusmodi, quod ipse, si quidem id executioni semel mandetur, maximopere ad animarum bonum salutemque profuturum nouit; vel opera sint huiusmodi, quæ Dei obsequiū & cultū mirificè promoueāt, quæq; maximā difficultatē contineant, quid inquit non faciet? saltē fidem non nihil imminuit: etenim non modicū damnū est, non credere, Deū ad opera, quæ noster intellectus non comprehendit nec assequitur, patranda potentē esse. Tamen non obstantibus omnibus hisce conflictibus, licet etiam nō desint qui continuo animæ illi ingeminent, id non nisi ineptias & inanias esse (Confessarios intelligo: hi. n. sunt quibuscum similia tractantur) quanto scumque etiam malos successus videat, è quibus intelligat ac videat, re minimè implēdam; manet ipsi nihilominus scintilla quædam (nescio vnde proueniens) tam viæ certæq; spei de euentu, vt, etiam si reliquæ spes omnes emorentur, adhuc non posset, etiam si vellet, hæc securitatis scintilla non manere viua. Ac tandē quemadmodum ante dixi, verbum Domini adimpletur, adeoque inde anima hilaris & læta manet, vt Maiestati illius perpetuo & iugiter magnificare vellet: imo magis gaudet, quod adimpletū videat id quod ei ante dictum erat, quam opere ac re ipsa, quamuis etiam id multū eius interfit.

*Vnde anima de diuinis alloquijs dubitare incipiat.*

*Anima post Dei alloquijs vnde euenit scintilla.*

*Cur anima magna facta est, à Deo affectum sortiri.*

Nescio vnde veniat, vel quid in causa sit, quod anima tanti faciat, verba hæc suum effectum sortiri, & verum euentum haberet: vt credā, nō tam illi graue futurum, si ipsa met aliquo in mendacio deprehenderetur; tamquā si ipsa quid amplius in hoc præstare posset; quia non aliud dicit, quā quod ipsi dicitur. Quidā hîc identidem Ionæ Prophetæ, timorē memoria versabat, dum sc. is verebatur, ne Ninie subuerteretur. Porro cū hic spiritus Dei, hanc certē fidelitatem illi præstemus æquum est, vt scilicet desideremus, ne vt falsus habeatur, cū ipse summa & suprema sit veritas. Vnde non potest anima non singulare sentire gaudiū, quādo, post mille flexus & reflexus, longasq; ambages & in rebus difficillimis, illud adimpletum

pletū videt; & licet ipsimet magni inde secuturi sint labores & molestia, eos tamen perferre mauult, quam, vt non fiat, quod ab ipso Domino sibi dictum, ita pro certo habet.

Non omnes, fortassis, hanc infirmitatē, si modo dicēda sit infirmitas, (non enim istiusmodi quid tamquam malum condemnare possum) habebunt. Si verò ab imaginatione allocutio hæc causata sit, nullam harum notarum habebit, nullam inquam certitudinem, nullam pacem, nullum gustum internum. Excepto, quòd contingere posset (& scio ita etiam quibusdam tamen in oratione quietis, ac spiritali somno multum absorptis accidisse) nonnullos tam debilis complexionis & imaginationis esse (vel nescio quid aliud in causa sit) vt in magna hac sui recollectione, de facto & reuera ita sui impotes sint, & extra se, vt exterius nihil sentiāt; sensusque ipsorum omnes vsque ad eò soporati sint, vt, sicuti aliquis qui dormit, (& forsā etiam non nisi dormiunt) velut in somnio ea sibi dici, quin & aliqua se videre, eaque diuinitus venire sibi persuadeant. Sed demum, hæc non alios post se effectus relinquunt, quam somnia solent.

*Allocutio f.  
maginarie  
quomodo  
fiat.*

Fieri etiam posset, vt, cum affectuosius intensoque desiderio aliquid à Domino petunt, audire sibi videantur postulata ipsis concedi. Et sanè id non rarò contingit. At qui magnam locutionum diuinarum experientiam habuerit, nò facilè hic, meā quidem sententiā, decipi poterit. Ab imaginatione verò & diaboli technis multū est quod timeamus, at, si ea quas suprà dixi, notæ ac characteres appareant, certi esse possumus, hoc non nisi à Deo prouenire; nò ita tamen, vt, si, quod nobis dicitur, grauis momenti res sit, & per nos ipsos executioni mōdari debeat, aut eò tertij cuiuspiam negotia ipsa spectet, numquam, nisi Cōfessario, qui doctus, circumspēctus, & Dei famulus sit, consulto, ipsam opere exequamur, aut intra cogitationem ac cerebrum admittamus, quantumlibet eā clarè intelligamus, & manifestè videam⁹ à Deo prouenire. Sic namq; vt faciam⁹. Maiestas ipsius vult; & quod ipse iubet, nullaten⁹ par est obseruare negligamus, cū ipse mandarit, vt Cōfessariū, velut suū vicariū, habeamus: vt hæc ipsius vocē & verbum esse, nullū est dubiū. Hæc porro verba ad nos animandos & corroborandos maximopere conferunt; siquidē res & negotiū suscipiendū, difficile sit; quinimò Dñs ipse cū sic ei visum fuerit ac placuerit, ipsimet eumq; credere faciet, id à spiritu suo proficisci; sin minus, ad ampli⁹ & vltteri⁹ nò tenemur. Etenim summo cū periculo coniunctū existimo, aliud præterquam quod moui faciendum, facere, & propriū quoad hoc iudiciū & ductum sequi: vnde vos, Domini nostri Iesu Christi nomine, admonéo, carissimæ, videatis, ne hoc vniquam vobis eueuiat.

*Cōfessarij  
monitiō  
sculandū.*

Alius præterea modus est, quo ad animā Deus loqui solet: quē equidē (quantum ex eius parte est) valdè certum esse existimo; quin nimirum

*Locutio Dei  
ad animam  
cum visione  
intellectua  
li.*

fit cum aliqua visione intellectuâli, de qua postea loquat, quòd in inti-  
ma animæ parte fiat. Tam apertè porro & clarè, animæ suæ auribus isthæc  
verba, & ipsummet Dominum ita secretò sibi loquentem, se audire pu-  
tat; vt hic ipse ea audiendi modus, accedentibus etiam operationibus  
quas hæc ipsa visio operatur, securam ac certam eam faciat, nullum dia-  
bolo hîc posse locum esse. Magnos quippè post se relinquit effectus, qui  
hoc credibile faciunt: saltem certa & segura esse potest, quòd id ab ima-  
ginatione minimè procedat: & , si quidem reflexioni & aduertentiæ sit  
locus, semper hanc quoad hoc habere securitatem potest: idque ob haf-  
cerationes. Primò, quia in ipsa locutionis claritate, ab imaginaria allo-  
cutione diuina certè differt: ita namque hæc clara est, vt, si vel vnâ syl-  
labam eius quod inaudiit, deesse contigerit, statim illius ei in mentem  
veniat; item num hoc, vel illo, stylo dictum sit, eâdem licet manente sen-  
tentiâ ac sensu. In imaginaria verò & phantastica nec locutio ipsa erit tã  
clara, nec verba adeò distincta, sed velut quid ex parte somnium. Se-  
cundò, quia in diuina sæpè ne cogitabatur quidem de eo quod auditur  
(dicere volo, id improuisò & derepente fieri) imò etiam aliquando in-  
terea dum cum alijs tractatur & agitur, quin & responderetur per eam ad  
id quod citissimè per cogitationem transit, aut ad id quod tam ante co-  
gitatum est; sæpè quoque in rebus quas numquam meminit an esse pos-  
sent, aut reuera semel essent: vnde eas imaginatio fabricasse non potuit,  
quò anima deciperetur, sibi proponendo & fingendo id, quod numquã  
vel desiderarat, vel petierat, imò quod ne quidem ad illius notitiam per-  
uenerat. Tertio, quia diuina locutio est perinde, ac dum quis de factò,  
ipsemet audit; imaginaria verò, quasi dum quis sibi paulatim fingit &  
componit id quod sibi ab alijs dici vult. Quartò, quia ipsamet verba v-  
triusque valdè inter se differunt; nam in diuina, vno solùm audito, multa  
comprehenduntur: quod noster intellectus tam citò ac facilè adinueni-  
re non posset. Quintò, quia sæpè vnâ cum verbis (idque modo quodam,  
quem ipsa non possem exponere) multo plura nobis sine verbis signifi-  
cantur, quàm verba ipsa per se sonent ac significant. De hoc autem intel-  
ligendi audiendiue modo alio in loco pluribus tractabo; quia res est ad-  
modum delicata, & ad Deum dilaudandum maximoperè conferens.  
Nam circa hunc loquendi modum, eiusque distinctiones, multi admo-  
dum anxij fuere; & inter ceteros vna, cui id quod dico contigit (porro  
alios tales, esse minimè dubito) quæ seipsam huiusmodi in negotio ne-  
quaquam intelligere poterat, scio tamen valdè illam attentè & accuratè  
ad hoc aduertisse, quod frequenter hanc illi Dominus gratiam præsta-  
bat. Maximè autem dubitabat, circa hoc: annon scilicet iam inde à prin-  
cipio ab imaginatione delusa fuisset: nam num à diabolo id proueniat,  
cuius

*Locutio  
imaginaria  
quomodo ab  
intellectuali  
differat.*

citius ac facilius intelligi & percipi potest: esto tam multæ & tam subtiles eius sint versutia, vt spiritum lucis facile ei sit ementiri; maximè autem (vt mihi quidem videtur) id faciet in verbis, ea admodum clarè & aperte proferendo, multum vt dubium maneat, quin tam bene ea intellecta sint, quàm si à spiritu veritatis prolata essent. At effectus, quos postea remanere dixi, imitari & mentiri non poterit, neue illam quam diximus in anima quietem lucemque relinquere, at inquietudinem potius ac perturbationem. Verum paruum, aut nullum, inferre animæ damnum potest, si ipsa sit humilis, & faciat quod faciendum monui, si, inquam, ad aliquid faciendum se nullatenus moueat, quidquid demum audiat. Si verò fauores & deliciae Domini sint, videat attentè, num ob eas se pluris æstimet; si autem, quo deliciosiora verba audit, eo maiorem sui confusionem non concipiat; spiritum Dei hunc non esse, sibi persuadeat. Certum namque est, cùm spiritus Dei est, quo maiorem anima accipit gratiam, eò minoris se ipsam facere, ac demissius de se sentire, amplius verò peccatorum suorum meminisse, minùs autem de commodo & lucro proprio sollicitam esse; adhuc, voluntatem & memoriam magis intendere, vt solum Dei honorem & gloriam, omni de propria vtilitate & profectu cogitatione deposita, quærat; maiore denique cum sollicitudine actimore ambulare, ne quàm re voluntas sua in obliquum ac sinistrum feratur; maiore item cum certitudine, quòd numquam id genus gratias, sed inferni supplicia potius, promeruerit. Dummodo hos effectus, quæcumque demum charismata & gratias anima in oratione habuerit, operentur, non est quòd consterneretur aut pauceat, sed in Domini, qui fidelis est, nec permittet vt ipsam diabolus decipiat, misericordia confidat. quamquam consultum est, vt semper in timore & metu ambulet.

Iis forsitan, quas Dominus per hanc viam non conducit, videbitur, tales animas posse ad ea verba quæ ipsis dicuntur, non auscultare; & cum intus sonant, ita sese posse exterius distrahere ac diuertere, vt ea non admittant; atque ita fiet, vt ab hisce periculis immunes sint. Quibus respondeo, id neutiquam in illarum potestate esse. De illis autem non loquor, quibus phantasia illudit; hæ enim iuuari possunt, dum quid tam intense non petent, vel à re ab imaginatione suggesta exequenda sibi cauebunt. At in diuina locutione anima non potest non auscultare: nam ipse qui hinc loquitur spiritus, ita omnes alias cogitationes quiescere facit & sistit, & vt ad id quod ipse eis dicit reflectant; vt mihi quodammodo melius ac magis fieri posse videatur, (imò certò credam) vt quis, qui bene purgati & acuti est auditus, non perciperet & audiret aliquem de propinquo clara altaque sibi voce loquentem: fieri enim posset, vt hic ad

*Diabolus  
quo modo  
diuinas lo-  
cutiones  
imitetur,  
& quomodo  
non.*

*Effectus lo-  
cutionis ac  
gratia diuina.*

*Non potest  
anima ad  
diuinas al-  
locutiones  
non auscultare.*

verba dicentis non aduerteret, cogitatione ac mente alijs in rebus ver-  
 fando. In eo vero, de quo hic agimus, prorsus id fieri nequit; nullæ sunt  
 enim aures quæ obturentur, necin hominis potestate villatenus situm  
 est, de alia re quàm de eo quod ei dicitur cogitare. Qui enim, ad petiti-  
 onem Iosue solis cursum inhibere potuit, etiam animæ potentias ac fa-  
 cultates, atque omnia interiora eius sistere potest. liquidò vt anima per-  
 spiciat, longè se maiorem ac potentiorem Dominum castello huic do-  
 minari; quod haud dubiè magnam in ipsa deuotionem & humilitatis  
 studium excitat. Nullatenus vt se opponere & resistere valeat. Diuina  
 porro Maiestas nobis concedat, vt illi soli, placere studeamus, atque, vt  
 suprà dixi, nostri ipsoꝝ obliuiscamur, ac curam deponamus. Amen.  
 Det ipse quoque, vt in ijs, quæ declarare mihi propositum fuit, exponen-  
 dis scopum tetigerim, eaque in documentum & consilium cedant ijs  
 qui his opus habebunt.

## CAPVT IV.

QUOMODO DEVS IN ORATIONE ANIMAM SVSPENDAT  
*per raptum, extasim, & excessum (que mihi vñum quid esse videntur.) Ostendis  
 adhuc magno opus animo esse, ad magnas ab illius Maiestate,  
 gratias recipiendas.*

QVam, quæso, in omnibus illis quos dixi, & alijs qui dicti non sunt,  
 laboribus & pœnis, habere quietem miser papiliunculus potest? Om-  
 nia verò eò tendunt, vt intensius sponso suo fruendi desiderium con-  
 cipiat. Illius porro Maiestas, imbecillitatis nostræ probè conscia, per  
 hæc, aliaque id genus plurima, animam paulatim disponit & habilem  
 efficit, quò tandem in animum inducat & audeat, tam potenti se Do-  
 mino coniungere, eumque in sponsum deligere. Risum forsan vobis  
 moueat quòd hoc dicam, & ineptum id ac stultum videatur. vnaquæq;  
 enim vestrum, animo nequaquam ad hoc opus esse arbitrabitur? adeo-  
 que nullam mulierem, quantumuis vilem & abiectæ sortis, non para-  
 tissimam fore, & animum non habituram, ad Regem aliquem si se ad  
 hoc is offerat, in sponsum admittendum. Sic quidem se rem habere cre-  
 do in Rege terreno, sed ad Regem caelestem desponsandum, maiore sa-  
 nè opus esse animo vobis dico, quàm puteris. Sumus enim natura, ad  
 tam grande negotium aggrediendum, nimis quàm meticolosæ & abiecti  
 animi; mihi que vt certissimum persuadéo, nisi Deus id, quod hic præci-  
 puum & caput est, tribuat, quantumcumque id in bonum vobis ac  
 commodum cedere, videatis, id nos aggredi minimè ausuras. Atq; hinc  
 iam videbitis, quid non Maiestas illius, ad hæc sponsalia ratificanda præ-  
 ster: quæ quidem tunc ratificari existimo, quando dat raptus, tunc quip-  
 pe eam

*Ad Dñm  
 in sponsum  
 sapientum  
 anima opus  
 est.*

pe eam à sensibus suis abstrahit ac suspendit. Si enim in sensibus manens huic magnæ Maiestati ita se vicinam & propinquam cerneret, forsitan eam in vita manere impossibile esset. Loquor de raptibus qui verè tales sunt, non autem de deliquijs quibusdam mulierum, qualia nonnumquam hic nobis contingere solent; omnia quippe nobis raptus & extasis esse videntur. Etenim (vri antè me dixisse credo) nonnullæ tam debilis & imbecillæ complexionis sunt, vt, si vel vnam orationem quietis habeant, moriantur.

Nonnullos raptuum modos, quos quidem ex alijs didici (vtpote quæ cum tam permultis viris spiritualibus egi) hic adferre propositum mihi est; tamen nesciam an rem hic acuisim tactura, num etiam eam tetigerim alio in loco, vbi de his ipsis raptibus, nec non de quibusdam alijs rebus quas hic dico, egi. etenim ob quasdam, quæ me mouent, causas minimè mihi impertinens fore visum est ipsas hic iterum repetere; esto non alia de causa id fieret, quàm vt omnes Mansiones hic simul coniungerentur. Primum ergo raptus genus est, cum anima (esto orationi etiam non insistat) aliquo verbo, quod illi in mentem ac memoriam venit, vel à Deo aliàs audiuit, ita tangitur, vt Maiestas illius, iam inde ab intimis animæ penetralibus, eam quam antè diximus, scintillam adaugere videatur; idq; mota pietate & compassione, quòd eam tam diu præ sui desiderio pati viderit & affligi: vnde ipsa tota ardens & succensa adinstar phænix renouata manet, & (quod piè credi potest) iam ab omnibus culpis quæ ei condonata sunt, expurgata; nimirum per eam dispositionem ac media, quam prius ipsa (prout id Ecclesia faciendum præscribit) adhibuerit. Vnde illam iam mundatam & planè nitidam sibi ipse copulat & coniungit, nemine, præter illos duos, sponsum scilicet ac sponsam, id qui fiat, intelligente, imò ne ipsa quidem id quòd geritur, adeò planè percipiente, vt hoc deinde queat exponere, tamen interiore sensu tunc non careat. Neque enim id ita in ipsis se habet, atq; in illis qui in deliquium aut paroxysmum aliquem incidunt, qui quid circa se tum interius, tum exterius geratur, nullatenus intelligunt. Quòd autem ipsa, quoad hoc intelligo & noui, hoc est; animam videlicet numquam aliàs æquè vigilantem atq; excitatam ad res diuinas esse, neu tantam lucem Maiestatisq; illius cognitionem habere, atque tunc impossibile id cuiquam videatur: si enim potentia ita perditæ & absorptæ sint, vt eas mortuas esse dicere possimus, itè sensus; quomodo eam quid tunc intelligere intelligi potest? Hoc equidè arcanum nescio, neq; vlla fortassis creatura, sed solus Creator ipse, sicuti & alia plurima, q̄ hoc in statu, (in his duabus mansionibus inq̄) cõtingunt. Vnde & hæc, & postrema simul quidè coniungi possent (cũ ex vna in aliã facilis sit trãsitus, & nulla sit ianua

*Varij raptuum descripti-  
buntur.*

*Dei cum  
anima con-  
iungitur  
quando  
finit.*

*clausa*

clausa, quæ aditum vtrunque intercludat, Jar, quia in postrema quædam contingunt & sunt, quæ non manifestantur illis quæ ad illam non pervenire; hinc consultius mihi visum fuit, vnam ab altera disungere & duas facere.

*Visiones & imaginarias anima aliis narrare potest, non intellectuales.*

Cum verò animæ in huiusmodi suspensione constitutæ Dominus aliqua secreta, putà res aliquas cœlestes, & visiones imaginarias, reuelare dignatur; hæc postea ex ordine ipsa alijs referre nouit, itaque tenaciter memoriæ illius infixæ inhærent, nulla vt vquam ea deleat obliuio. Verùm, cum sunt visiones intellectuales, illas dein alijs referre nequit; eo quod nonnullæ illarum quæ tunc temporis dantur, ita certè sublimes sunt, vt ab ijs qui adhuc in terra viuunt, minimè eas sciri & intelligi expediat, ad illas deinde alijs referendas: tametsi, cum sibi constant, & sui ipsorum sunt compotes, multa de hisce visionibus intellectualibus hîc dicere possint. Forsitan aliquæ vestrum, quidnam visio sit, præsertim intellectualis, non intelligunt. Hoc ipsa suo tempore exponam; quod id mihi mandauit is, qui ius ad hoc habet & potestatem: quod licet impertinens & extra propositum videatur, nonnullis tamen animabus fieri potest, vt aliquem fructum adferat.

At enim (dicetis mihi) si nulla harum gratiarum tam sublimium, quas Dominus hic animæ facit, postea memoria aut reflexio maneat, quid illæ ei lucræ adferunt? Certè, carissimæ, tantum id tamque ingens est, nullis vt verbis satis queat declarari. Tametsi enim eas verbis efferre & exponere non valeat, ita tamen interioribus animæ penetralibus manent insculptæ, nulla vt eas exsculpat obliuio. Instabitis præterea, si nullam habent imaginem, nec eas potentia intelligant, quomodo memoria potest earum recordari? Ne quidem & hoc intelligo. hoc porro scio, quasdam scilicet quoad Dei magnitudinem veritates sic exinde animæ huic infixas manere, vt, quamuis fide, quæ ipsam quis ipse sit doceat, atque DEVM illum esse credere obliget, careret, ipsum iam inde ab eo temporis puncto vt Deum adoraret, vti olim Iacob Patriarcha, postquam scalam vidit; etenim is vnà cum ipsa, alia multa in dubiè secreta intellexerit, quia illa effari & exprimere non potuit: nam per solum scalam cuiusdam, perquam Angeli cum descendebant, tum ascendebant, conspectum, nisi maiore introrsum luce collustratus fuisset, tam sublimia certè mysteria non comprehendisset. Nescio verò, an ea quæ dico, bene dicam & veritati consentaneè: licet enim ea ex alijs audiuerim, tamen num eorum bene recorder, nescio. Similiter nec Moyses eloqui potuit quidquid in verbo viderat, sed tantum ea quæ Deus eum eloqui voluit: nisi enim is menti illius arcana quædam, magna cum certitudine ostendisset, quo scilicet videret & crederet, esse Deum qui loquebatur.

*Quas de Deo veritates anima in suspensione discat.*



numquam hic in tam multos tamque graues se labores coniecisset. Verum tam magna illum inter rubi huius spinas audiuisse oportuit, vt hæc illum ad audenda aggrediendaque ea, quæ pro populo Israel suscepit, animarent. Vnde non est, carissime, vt aliquas in occultis Dei rebus rationes, ad eas intelligendas inuestigemus; sed, sicut eum potentem esse credimus, ita certum etiam est, nos credere debere, vermiculum tam limitatæ & circumscriptæ potentia (quales ipsæ sumus) ipsius magnalia minimè posse comprehendere. Gaudemus enim quàm maximè, quòd ei placeat, vt vel aliqua horum intelligamus. Similitudinem aliquam aptam inuenire vellem, per quam eorum quæ dico, aliquid queat intelligi: nullam tamen dari posse puto quæ per omnia conueniens sit aut quadret. Sed capiamus hanc. Credite vos in Regis alicuius aut potentis principis vasarium (cabinetum vulgò vocari existimo) intrare, vbi infinita vasorum vitreorum & figlinorum genera, aliaque multa eorum cimelia asseruantur: eo ordine reposita, vt in tranibus penè simul omnia in oculos incurrant. Semel in talem, in aula Ducissæ Albanæ, (ad quam, dum in via essem, obedientia ad biduum me diuertere, ad importunas principis huius preces iussit) locum introducta sum. hunc ergo ingrediens, maximè opere obstupui, cæpique mecum considerare, quorsum, & ad quid hæc tanta rerum vanarum copia faceret. Vidi autem, insignem Dei laudandi materiam esse posse, tantam rerum diuersitatem & copiam inueniri: & nunc gaudeo ac mihi gratulor, quòd hoc loco ad propositum meum faciat. Quamuis autem satis diu illo in loco hæserim, tamen tam ibi multa aspectanda occurrebant, vt omnium statim oblita fuerim, adeò quidem, vt non maior, rerum illarum mihi manserit memoria, quàm si numquam eas vidissem, neque dicere possem, quæ earum esset forma, sed tantum meminerim in genere, illas me aliquando vidisse. Pari modo hîc, cum anima iam adeò vnum quid cum Deo facta est, nimirum in illud cæli empyrei conclauæ (quod in animarum nostrarum interiori certè habemus: certum est enim, cum Deus in ipsis commoretur, aliquam eum istarum mansionum occupare) admissa; quamuis, dum sic aliqua in extasin abripitur, non semper eum Dominus velit, hæc secreta videre (ita enim in illius fruitionem absorpta est, vt tam magnum bonum ei sufficiat) aliquando tamen ei placet, eam ab hac absorptione solui, & subito ac momento videre quod in illo conclauis est; itaque, postquam sibi iam reddita est, quæ vidit magnalia, ei quidem repræsentantur, nullum tamen eorum eloqui potest, neque naturales eius vires ulterius pertingere queunt, quàm ad id quod supernaturaliter eam Deus videre voluerit. Iam ergo fateor, illam quid vidisse, & id imaginariam visionem esse. Verum de hac hîc non loquor, quia de ea tractare

*Anima post  
rapsam,  
nihil visorū  
auditorū  
referre potest,  
et si eorū  
in genere  
meminerit.*

mihi propositum non est, sed tantum de visione intellectuâ; nam, quia non habeo scientiam: hinc hebetudo & stupor meus huiusmodi est, nihil vt dicere queam; quia quidquid etiam hactenus de isthoc orationis genere dictum est, satis intelligo, si quidem bene id & appositè dictum sit, non me esse quæ hoc dixerim:

Peruasum habeo, si quidem anima, cui raptus hosce Deus dat, subinde in illis secreta hæc nõ intelligat, non veros raptus eos esse, sed naturale quoddam deliquium: nam fieri potest, vt in hominibus qui debilis sunt complexionis (vti plerumq;e sumus nos fæminæ) spiritus, aliquâ adhibitâ violentia & connisu, naturam transcendat, & sic illi pro deliquio absorbeantur: vti me dixisse memini cùm de oratione quietis agerem. Verùm huiusmodi quæ sunt, raptus dici non merentur: nam in vero raptu, crediderim Deum totam animam ad sese rapere, eique, velut irei proprio, ac peculio sponsæque suæ, aliquam regni, quod sibi comparauit, particulam ostendere; cum quidquid in magno illo Deo est, sit multum (quod, quantumlibet modicum sit, est totum.) Neque etiam is hîc à quoquam intertarbari aut impediri vult, non à potentijs, non à sensibus, sed statim omnium harum habitationum portas iubet occludi, sola illa, in qua ipse agit, habitatione aperta manente, vt per eam nos ingrediamur.

Benedicta sit tanta illius misericordia; &, non sine ratione, maledicti erunt illi, qui ea in suum vt commodum nolent, aut talem Dominum amittent. Quàm parum, ac nihil, est id quod relinquimus, carissimæ! quàm etiam nihil quidquid facimus, aut facere possemus propter talem Deum, qui vili vermiculo tanto cum fauore se communicare dignatur! Et, si quidem spem habeamus, fore vt bono hoc etiam hac in vita fruamur, quid, quæso, facimus? quid hæremus? quidnam adeò potens est, vt illius causa vel vnum momentum effluere, sinamus, quo Dominum hunc non quæramus, quemadmodum cum sponsa quæritabat per vicos & plateas? Quàm vanum & inane imò ridiculum est, quidquid in hoc mundo est, si huc nos non conducat & adiuuet, tamen eius voluptates, diuitiæ, gaudia, recreationes, quantalibet etiam cogitatione effingi possunt, perpetuò durarent? omnia quippe non nisi vanitas & sordes sunt nauseam prouocaturæ, collata cum thesauris illis, quibus perperim fruituri sumus, imò & hi ipsi nihil profus sunt, collati cum eo, quòd in thesaurũ nostrum habeamus ipsum omnium thesaurorum, cæli, ac terræ Dominum. Prò caritas hominum/eq; quando, quando inquam, terra hac ab oculis

*Korum mi-  
danarũ un-  
guitas.*

*nostris*

nostris auferetur: quæ licet nobis Religiosis tam magna non videatur esse, vt nos penitus occæcet; quasdam in festucas, glebulas & scrupos, video, quas si crescere sinamus, nimis quàm satis sunt, ad magnum nobis damnum inferendum; itaque, ex amore Dei, carissimæ, ex hisce imperfectiõibus nostris commodum eliciamus, quò sic nostram agnoscamus miseriam, illaq; oculos aperiant, visumq; clariorem efficiant, quemadmodum tutum cæco illi, quem sponsus noster videntem fecit, visum clariorem reddidit; vtq;, cum nos adeò imperfectas videamus, magis & enixius eum rogemus, vt bonum è miserijs nostris colligat, quò in omnibus Maiestatis illius beneplacitum faciamus.

*Imperfectio-  
nes nostra  
quomodo in  
boni nostri  
cedant.*

Extra propositi metam, nesciens, nec aduertens, deflexi, quare ignoscere mihi, carissimæ, & credite, me, cum ad hæc Dei magnalia deuenio (cùm inquam de his loquor) non posse non dolere multum, & commiseratione quodammodo tangi, cum video quantum per culpam, nostram amittamus. Esto enim hac sint huiusmodi, vt ea Deus det, quibus ipse voluerit; si tamen ita eum amaremus, atque ipse nos amat, haud dubiè omnia & singula nobis daret. neque enim aliud desiderat, quàm habere aliquem cui ea det; neque enim propterea eius diuitiæ diminuuntur.

Porro vt, vnde digressa est, eò reuertatur tractatio, iubet sponsus mansionum, quin & castelli ipsius, locorumq; circumcirca positorum, ianuas occludi: nam, cum animam hanc ad se sustollere & rapere vult, ita illius respiratio intercipitur ac deficit, vt, quamuis interdum aliorum sensuum vsus diutius paulò duret, linguæ tamen vsus profus impediatur, ita vt nullatenus loqui possit. quamquam aliàs omnes omnino facultates momento auferantur & cessent, adhæc manus ac totum corpus frigeat; adeò vt animâ ac vitâ destitutum videatur, quin imò interdum ne percipiatur quidem, an respiret & halitum trahat. Hoc quam breuissimo temporis spatio durat, (quod scilicet in eodem statu maneat: ) nam magna illa suspensione paululum intermissa, corpus ad se aliquantulum redire videtur, & spiritum resumere, vt denuò moriatur, maioremque animæ vitam adferat: nihilominus magna illa ecstasis non diu durabit. Porro, etiamsi illa forte cesset, voluntas tamen exinde ita absorpta manet, & intellectus ita abalienatus (quod ad diem, atque etiam duos durat subinde) vt ad nihil omnino, quàm quod voluntatem ad amandum excitat, intelligendum & attendendum capax esse videatur: & hæc ipsa per se, ad hoc satis excitata est, tor-

*Raptus s-  
gna & esse-  
tium.*

pida verò & velut dormitabunda ad in vllam creaturâ visum affectum-  
 que defigendum. Quam verò vbi anima iam tota in se redijt magno-  
 pere verecundatur & erubescit; quàm intense ardentemq; desiderat, se  
 totam Deo, quibuscumque ipse modis ab illa sibi ferri cupit, impen-  
 dere! si enim ab iis quas antè dixi, orationibus tales, quales dixi, effectus  
 sequantur & maneant, quos manere censebimus post gratiam tam sin-  
 gularem & eximiam, atque hæc est? Mille habere vellet vitas, quò eas o-  
 mnes in Dei obsequium posset impendere, & vt, quidquid in mundo  
 est, lingua fieret & esset, ad ipsum sui nomine laudandum & depredica-  
 dum. Ingentia quoque sentit ad austeritates subeundas desideria, nec  
 eas etiam dum lubit, magnum quid se facere reputat. etenim præ amo-  
 ris vehementia, quidquid facit, parum sentit; & ad oculum videt Marty-  
 res in tormentis, quæ patiebantur, ferendis, non ita multum laboris fe-  
 cisse; nam per hoc auxilium & suffulcimentum Domini, omnia facilia  
 sint, atq; inde fit, animas hæc apud Maiestatem eius cõqueri, quãdo nul-  
 la sibi patiendi offertur occasio. Si quãdo hanc ipsis gratiam in occulto,  
 & clã alijs præstat, eã plurimi faciunt: cum enim corã alijs tale quid eis  
 superuenit, tantus illis inde pudor ac verecundia manet, vt is aliquo-  
 modo absorptionem qua iam fruebatur, auferat; cui accedit noua illa  
 anxietas ac sollicitudo, quæ cogitat quid de hoc dicturi sint homines  
 qui ipsum viderunt. Nouit quamq; quàm hodie maleuolus & mali-  
 gnus sit mundus; & scit, ipsum fortè id, non vti reuera est, interpretatu-  
 rum; sed, quod ipsis Dei laudandi esse debebat occasio, in causa forsan  
 futurum, vt temeraria iudicia depromant. Hic angor & timor, aliquo  
 modo mihi ex humilitatis defectu oriri videtur: verùm non est in eius  
 manu id impedire. si enim vituperari velit & gaudeat, quid ad ipsam  
 si malè de eo homines loquantur? Quemadmodum cuidam, quæ hac  
 in afflictione versabatur, à parte Domini dictum fuit: *Nescis propterea  
 sollicita ac ne turberis; & vtrumlibet accedat, in lucrum tibi cedit:* Intellexi  
 autem postea, his illam vocibus mirè animatam & recreatam fuisse:  
 porrò, si qua vestrùm fortassis similem in afflictionem incidet,  
 ideo hîc eas mihi visum fuit referre. Videtur porro Dominus velle,  
 vt omnes intelligant, animam hanc iam suum esse peculium, nec  
 que esse vt quis quid illius sibi vendiceret aut arroget: in corpus qui-  
 dem eius, honorem, substantiam, facultates aliquod habeant,  
 (ex omnibus enim honor aliquis in Maiestatem illius redundabit)  
 non autem in animam: quæ vbi se à sponso suo non disiunxe-  
 rit (quod sanè si faceret, culpabilis quædam audacia foret) ab  
 ipso contra mundum vniuersum, & omnes inferos protege-  
 tur.

*Anima post  
 raptum dis-  
 positio.*

*Iudicium  
 hominũ de  
 captibus.*

Nescio, num aliquid quod ad raptus materiam spectet, satis bene declararim; nam vt omnia dicenda dicam prorsus (vti dixi) impossibile est: neque oleum & operam me, id ipsum dicendo, perdidisse existimo, vt quis verus sit raptus, sciri possit. In fictis enim raptibus longè alij ac diuersi sunt effectus (fictis inquam, non quod persona, quæ eos habet, decipere alios velit, sed quod ipsamet decepta sit.) Quoniam verò notæ & effectus tam ingenti gratiæ non respondent, nec conformes sunt hinc hæc fugillatur & infamatur, adeò vt postea, non sine ratione, minimè credatur ei, cui verè ea à Domino præstabitur. Sit ipse in sæculorum sæcula ac semper laudatus ac benedictus. Amen.

## CAPVT V.

*MATERIAM EAMDEM CONTINVAT, ET QVAMDAM raptus speciem describit, in qua deus animam per quamdam spiritus elibationem suscollit, idque modo ab eo, qui iam dictus est, planè differenti. Aliquam quoque adducit causam, cur magno ad hoc opus sit animo. Declarat denique nonnihil de hac gratia, quam suavi & sapido quodam modo Dominus concedit. Multam caput hoc vtilitatem continet.*

**E**ST & aliud quoddam raptus genus, quem ego quemdam spiritus Evolarum & elibationem voco (nam licet vnus & idem cum superiore, quoad substantiam raptus, modus esse videatur, tamen magna inter vtrumque dum habentur, sentitur interiùs esse differentia) subinde enim, valdè subitò ac quasi momento, tam præceps ac celer in anima sentitur motus, vt spiritus magna cum velocitate extra se rapi videatur. quod sanè in initio magno hominem timore complet; vt, propterea ingenti vobis dixerim animo opus habere eum, cui hæc Deus gratias daturus est; magna item fide ac fiducia, nec non singulari quadam sui in Dominum resignatione, vt nimirum is cum anima agat, quodcumque ei libuerit. Non parua enim turbatio est, hominem, planè sibi præsentem, & sensibus plenè iam fruentem, videre, animam sibi sustolli & rapi (quinimò etiam nonnullorum corpora sublata fuisse legimus) vt nesciat quo abripiatur, qui vel quomodo eam rapiat: quippe sub initium huius momentanei raptus, non vsque adeò certò constat, illum à Deo causari. Sed estne vlla nobis eius impediendi ratio? prorsus nulla: imò peius est, ei resistere & impedire velle (quod ipsa è quadam, quæ id experta est, noui) quasi Deus animæ significare vellet, ipsam hinc posse intelligere, cum toties

*Raptus spiritus quomodo fiat.*

*Raptus animæ resistere nequit.*

tamque sincero affectu se ipsa illius in manus resignarit, seque totam ei  
 adeo integravoluntate obtulerit, nullam se in seipsa iam partem habere,  
 quin & perceptibiliter magis impetuoso ac vehementiori motu abripi.  
 Igitur illa quam dixi, firmiter apud se statuerat id quod dico, non ma-  
 gis scilicet resistere aut impedire, quam resistat palea, dum à suc-  
 cino (si fortè id aliquando aduerteritis) attollitur; sed se totam  
 resignare ac consignare in manus illius qui adeò potens est. Vi-  
 det namque longè latius esse & consultius, de necessitate virtutem  
 facere. Quod vero paleæ mentionem feci, hinc eius occasione dico,  
 certissimum esse, quæ magnus aliquis gygas facilitate paleam à terra  
 sustollere potest, ea hunc nostrum magnum ac potentem gygantem  
 spiritum sustollere. Perinde ac styphon ille fontanus, de quo supra egi-  
 mus (in quinta, ni fallor, mansione; non enim satis memini (cum tanta  
 suavitate ac lenitate, sine vllò inquam motu ac strepitu, replebatur, sic  
 magno illo DEO, qui aquarum venas retinet, & mare extra ter-  
 minos præscriptos efferri non permittit, venas & ductus, per quasa-  
 qua illuc fluebat, iam laxante & aperiente, tam potens magno quodam  
 impetu fluctus exsurgit, vt hæc animæ nostræ nauicula in altum efferat-  
 tur & attollatur. Et quemadmodum nec nauis, nec nauclerus; neque  
 omnes qui eam regunt, facere possunt, vt fluctus, qui magna  
 quadam violentia ingruunt, eam illo in loco manere sinant, in quo  
 ipsi volunt: multò minus interior animæ pars ibi detinere se potest,  
 vbi detineri ipsa vult; aut efficere, vt sensus & potentia suæ plus præ-  
 stent, quam ipsis permissum aut mandatum sit: nam exteriorum  
 motuum nulla hîc habetur ratio. Certum est, carissimæ, me, non-  
 nisi de his scribentem, attonitam præ admiratione manere, dum  
 videlicet mecum confidero, quomodo summa magni huius Regis  
 & Imperatoris potentia se hic exerat: quomodo ergo non percellatur  
 & stupentis, qui ipsum de facto experitur? Equidem persuasum  
 habeo, si ijs, qui mundi delicijs immersi in perditionem ru-  
 unt, Maiestas illius ita sese exhiberet ac patefaceret, vt his ani-  
 mabus se patefacit, fore vt, si non ex amore, saltem ex ti-  
 more, ipsum desinerent offendere. O, quam ergo ei obligata  
 erunt illæ, quæ per viam adeo sublimem edoctæ & monita fue-  
 rint, totis viribus conniti, ne qua DOMINVM hunc molestia  
 afficiant! Per illum vos obsecro, charissimæ, quibus Maie-  
 stas illius similes gratias contulerit, ne negligenter vos gera-  
 tis, aliud vobis faciendum non esse existimantes, quam sem-  
 per recipere. Considerate vero, illum qui multum debet, mul-  
 tum etiam debere soluere.

Hac de causa ingentiopus est animo; quiares est, quæ maxime hominem intimidet & metuere faciat, ac, nisi DOMINVS illum suggereret, in magna semper afflictione ac pœna versaretur: nisi enim is eum animet, deficiet haud dubiè, videns quod Maiestas ipsius secum agat, & quid vicissim ipse faciat, cum scilicet considerabit quam parum ei seruiat pro eo ac debet, & quam hoc ipsum modicum & exiguum quod facit, plenum etiam sit imperfectionibus, defectibus, lapsibus, & languore. Hinc, ne videat & recorderetur, quam imperfectè opus, ali-quod faciat, agat, multo satius esse existimat, illius obliuisci conari, ac peccata sua in mentem reuocare, & in Dei misericordiam sese conijcere; vt, quoniam soluendo non est, illa pietas & clementia, quam semper is erga peccatores ostendit, de suo supplere dignetur. Et fortassis ei responsum tale dabit, quale alias quis valde afflictus, ante Crucifixi Domini effigiem orans, & hoc ipsum considerans, nimirum nihil se habuisse vniquam quod Deo daret, aut pro illo relinqueret, audiuit. Ipse namque crucifixus, eum consolans, dare se illi ait omnes labores, dolores ac tormenta, quos in passione sua olim sustinuit, eos quasi sibi proprios teneret ac faceret, quò eos deinde Patri suo offerret. Tanta porro anima hæc inde consolatione perfusa est, itaque ditata mansit ( prout quidem ex ipsa cognoui ) vt deinceps id nullatenus posset obliuisci: imò, quotiescumque sua & miseria & inopia occurrit, hoc ipsum in mentem reuocandò, ilicò animatur & consolatione perfunditur.

Possem hic alia nonnulla id genus referre ( quòd enim cum tam multis hominibus sanctis, orationique deditis egerim, hinc non pauca hoc in genere scio ) verùm, ne me de me ipsa scribere putetis, hinc manum retraho. Quod porro antè dixi, magnæ mihi vtilitatis futurum videtur, vt nimirum hinc intelligatis, quantopere Deo placeat, nos ipsas cognoscamus, semperq; inopiam & miseriam nostram, ac nihil omnino habere nos quod non acceperimus, inspicere ac reinspectere studeamus. Itaq; tam quoad hoc, quàm quoad alia multa, animæ, quam Dominus ad hunc statum ac terminum deduxit, occurrentia, magno opus est animo, carissimæ; & ( quantum mihi quidem videtur ) magis adhuc quoad vltimum hoc, quam quoad aliud quippiam, si adsit humilitas: hanc nobis Dominus, pro eo quod est, concedere dignetur.

Ergo vt ad celerem & subitum hunc spiritus raptum redeamus,

mus, is vtique talis est, vt verè spiritus corpore exire videatur; nihilominus & ex altera parte certissimum est, personam hanc non manere mortuam; ipsa saltem dicere non potest, num in corpore sit, aut ad aliquot momenta, non sit. Videtur ipsi, quod tota quanta quanta est in alia quadam regione longè diuersa ab ea in qua viuimus, fuerit, vbi alia lux quaedam ei apparuit, ad eò ab hac nostra differens, vt, etsi ipsa per totam vitam suam hanc, vna cum alijs rebus quas vidit describere & comminisci contenderet, eam asse qui impossibile ei foret. Porro in momento, tot simul tantaque addiscit & edocet, vt, tametsi per multos annos ea per imaginationem & cogitationem suam digerere & ordinare allaboraret, ne de mille partibus vnã quidem posset. Non est hæc visio intellectualis, sed imaginaria, quæ animæ oculis multo melius videtur, quam hic in terra corporis oculis rem vllam videmus, & sine vlla voce aut verbis nonnulla ei indicantur: si inquam sanctos aliquos videat, ita eos cognitos habet, ac si sæpius ac frequenter cum ijs tractasset. Alias etiam præterea quæ animæ oculis conspicit, alia ei per visionem intellectualem representantur, præsertim magna quædam Angelorum multitudo vna cum Domino ipsorum; atque ita, oculis corporeis nihil videndo, per admirabilem quemdam cognitionis modum, quem ipsa dicendo declarare non possem, id quod dixi illi representatur, aliaque quæ dici, prorsus nequeunt, plurima.

Quisquis hæc experietur, qui maiori quàm ego sit habilitate, ea forsitan (esto id mihi quàm difficillimum esse videatur) exponere poterit. An in corpore an extra illud, hæc omnia gerantur dicere nequeo: certè iure iurando asseuerare non ausim, animam in corpore tunc esse, vt nec corpus interea sine anima viuere. Sæpè mecum cogitavi, num, sicuti solis, quamuis ipse in cælo maneat, radij tanta vi pollent, vt illo inde non recedente, hi statim ac momento in terram descendant, pari modo anima & spiritus (qui vnum quid sunt, sicuti sol eiusque radij) in statione sua id est corpore, permanens, per vim caloris sibi à vero Iustitiæ sole aduenientis, quoad aliquam sui partem superiorem, super seipsam ascendere possit. Sūma, nescio quid dicam; hoc autem verū est eadē scilicet celeritate, qua pila plumbea sclopo erūpit, vbi sclopetarius ei ignem admouerit, eā in interiori animæ volatum quemdam fieri (neque enim scio quo alio nomine ipsum vocem.) qui licet nullum excitet strepitum, motum tam clarum & apertum efficit, nullatenus vt pro imaginatione aut phantasmate haberi queat. Atque ita anima valdè propulsa à seipsa constituta (quantum quidem ipsa possum intelligere) magna & grandia quædam representantur: vbi vero iam ad se, sui que in seipsa sensum redit, cum tanto suo commodo, tantaque rerum omnium ter-

*Quid animæ in raptu videat.*

*Anima in raptu an extra corpus sit, an vero in illo maneat.*

*Quam celeriter rapiatur.*



renarum despiciētia redit, vt respectu illarum quas vidit, hæ illi non nisi fordes & peripsēma vilissimum videantur; & ex illo tempore non nisi summa cū afflictione in terra viuit & ex omnibus, quæ in ea ipsi place-  
re solebant, nihil omnino videt, quodeam ad cor ei vllatenus appo-  
nendum moueat aut alliciat. Videtur quippe Deus aliquod ei ter-  
re, ad quam tendere & aspirare debet, specimen ostendere voluisse;  
quemadmodum quia à populo Israel ad terram promissionis exploran-  
dam missi erant, reuertentes quædam fertilitatis & opinitatis illius si-  
gnare tulerunt, quò ipsæ ad viæ difficultates tolerandas, & non diffu-  
gendas, animaretur, videns quonam ad quietem habendam & inueni-  
endam tenderet. Etsi verò res, quæ tam citò pertransit, non multi vobis  
commodi ac fructus esse videatur; tanta tamen tamque singularia sunt  
commoda quæ in anima relinquit, vt, nisi quis hoc re ipsa fuerit exper-  
tus, pretium illius ac valorem minimè intellecturus sit. Vnde ad oculū  
patet, non esse quid à diabolo causatum aut proueniens: nam vt ab pro-  
pria imaginatione proeussum id sit, penitus impossibile est; cū nihil  
diabolus representare posset, quod talè post se in anima operationē, ef-  
fectum, pacem, quietudinem, & profectum tantum causatur; ac præser-  
tim tria sequentia, idque in gradu eminentissimo. Primum est, quædam  
magnitudinis diuinæ cognitio: quo enim eius pluravidebimus, eo magis  
ipsa nobis patefcit & intelligenda datur. Alterum est, sui ipsius cog-  
nitio, atque humilitas, quando scilicet, quis considerat, quomodo res, quæ  
comparatione Creatoris, tanta mirabilia in se continentis, ita vilis est, il-  
lum offendere ausa fuerit, eumque nunc caudeat respicere. Tertium de-  
nique maxima rerum omnium terrenarum despicientia & contemptus,  
nisi fortè ea sint huiusmodi, vt ad tam magno Deo seruiendum queant  
vlti esse.

Hæc sunt monilia, quæ sponsus sponsæ suæ dare incipit; tantique ea  
sunt pretij, vt bene eadem custoditura sit: ita namque visiones hæc illius  
memoriæ inculptæ manent, vt fieri non posse putem vt illarum vna-  
quam obliuiscatur quoadusque æternum illis fruatur; nisi fortè per  
magnum aliquod malum illius & culpam id accideret. Sed spon-  
sus, qui eas ei concedit, potens est ei dare gratiam ad illas numquam  
perdendas.

Vt verò ad animum, quo opus esse dixi, reuertar; paruumne &  
modicum quid is vobis esse videtur? verè namque videtur anima à cor-  
pore suo diuelli ac separari; videt enim omnem sensuum vsum amitti, &  
quid in causa sit, & quamobrem id fiat, nescit. Vnde, is & animum det o-  
portet, qui dat omnia reliqua. Dicetis itaque mihi, timorem hunc bene  
compensari & solui: sic censeo & ego. Sit ipse in æternum benedictus, qui

*Commoda  
à rapto pro-  
uenientia.*

*Diabolus  
non consolatur bona  
qua post rap-  
tū in ani-  
ma manent.*

*Visiones æ-  
ternæ memo-  
ria in-  
herent.*

tantum dare potens est. Maiestas eius nobis donet, vt ei seruire mereamur. Amen.

## CAPVT VI.

LOQVITVR DE EFFECTV QVODAM, QVI EX ORATIONE, de qua superiori capite egit, sequitur, & vnde nomen colligitur, illam verè talem esse, & non illusionem. Agit praeterea de alia quadam gratia, quam anima Deus praefert, quo eam suis laudibus faciat occupari.

**M**Agne hæ gratiæ tam intentum in anima desiderium excitante perfectè & penitus fruendi eo qui illas ei largitur, vt in summa quadam, quamuis sapida & dulci, pœna ac tormento vitam trahat, & identidè ad mortem anhelet: itaq; assiduè cum lacrymis Dominum rogat, vt se hoc exilij loco educat. Quidquid in eo videt, nauseam ei & tadium prouocat: vbi verè iam sola est, & ab hominibus diuisa, aliquod quidem sentit alleuiamentum, at statim hæc quam dixi, pœna ei recurrit, & sine illa, cum est, contenta non est aut quieta. Deniq; misellus hic papilio locum non inuenit in quo stabiliter quiescat & sidet; quin potius, quòd anima amore ita tenera facta sit ac langueat, quæcùq; huius ignis magis accèdendi occasio offertur, ilico hæc eam euolare facit. Vnde etiã in hac mansione raptus valdè frequentes sunt, nullatenus vt eis resisti valeat, tamen etiam in publico, & coram alijs. hinc mox aliorum sequuntur exagitationes & obloquia, vt, esto ipsa secura, quieta & sine timoribus esse velit, aliquid minimè patiantur; eo quòd multi sunt, qui eam timoribus impleant, ac praesertim Confessarij. At, quampis in interiori animæ, vna ex parte magnam habere securitatem videatur, (praesertim quando cum Deo suo sola agit;) ex altera tamen, summa in afflictione viuic, quòd timeat, ne forsitan diabolica sit illusio, qua agente fiat vt offendar & iritet illum, in quem tantò amore fertur. Etenim hominum obloquia & murmuraciones parum ipsam affligunt aut cruciant, nisi cum ipse Confessarius eam angustiat, tamquam si ipsa id aliter facere & emendare posset. Hinc omnium preces & orationes anxie exposcit, & Malestatem ipsius identidem rogat, aliã vt viã se conducere dignetur ( hoc enim ei suadent ab ipso petere ) hanc quippè valdè periculosam esse. Verum, quòd ipsa tantam inde sibi vtilitatem & commodum prouenisse comperit, vt non possit non cogitare, quin ipse eam per viam mandatorum Dei, quæ est ea quæ recta ad celos hominem conducit (vti quidem legit, audit & nouit) deducat, aliam certè desiderare nequit (tametsi velit) sed dumtaxat in Dei manus sese

resigna-

*Anima ad mortem anhelanti munda nauis.*

*Raptus sunt in sextam mansione frequentes.*

*Anima afflictio post raptum vnde oritur.*

resignare. Imò verò hoc ipsum, quòd id desiderare nequeat, ei graue est & molestum, quòd sic sibi Confessario suo morem gerere non videatur; quòd sibi, ne decipiatur aut illudatur, nihil videatur esse melius, quam ei obedire & Dominum peccando non offendere. Vnde, ne vnum quidem peccatum veniale scienter & aduertenter ( prout quidem ei videtur ) quamuis frustillatim concidenda esset, committeret: imò graue & permolestum ei est, quòd videat impedire se non posse, quin eorum multa inaduertenter admittat. Dat quippe Deus, istiusmodi animabus tam intensum, cum nulla in re, quantumuis exigua, exacerbandi & offendendi, nulliusque imperfectionis ( si quidem possit ) committendæ desiderium, vt, vel ob hoc solum, etsi non etiam ob alias multas causas, ab omni hominum commercio sese vellet subducere, inuideatque non parum iis, qui in solitudine aliàs vixerunt, & modò viuunt. Ex altera tamen parte, in medio mundi & inter mundanos homines agere vellet, si quomodo ipsa in causa & instrumentum esse posset, vt vel vna anima Deum magis laudaret. Si verò mulier sit, dolet à natura sibi iniectum vinculum, quo retineatur, quo minus id facere sibi liceat; itaque maximopere inuidet iis, quibus liberum & concessum est, publicè & palàm omnibus inclamare, prædicando quis sit ille magnus exercituum Deus.

*Quomodo  
Deum offendere  
etiam venialiter  
meat.*

Ah, miselle papilio, tot compedibus & catenis illigata, quæ te euolare non sinunt eò, quo volaturis, & desiderio ferris! Miserear te eius Deus meus, & ita iam omnia dispone, vt sua ipse desideria, ad honorem & gloriam tuam, in aliquo adimplere valeat. Ne memineris paucorum, illius meritorum & vilis eius conditionis. potens es tu, Domine, facere, vt magnum mare ac Iordanis retrocedat ac stet, ac filijs Israel transitù præstet. Ne quæso illius cõmiseratione tangaris, quia robore & fortitudine tua corroborata multos labores perferre potest. Ipse enim ad hos patiedos resolutus est, eosq; tolerare optat: tu ergo validù brachiù tuù extēde; neq; in rebus adeò leuib; hæc vita illi trãseat. In re adeo muliebri & vili magnitudo tua sese exerat, vt mundus, cū viderit, quã ipsa parù possit, & omnia à te venire, te dilaudet ac celebret. Consterit illi, quãti cõstare potest, hoc enim solum cupit, & vel mille vitas, si modò tot haberet, impēdere, vt vel vna anima aliquãto amplius, se agere ceu instrumento, te dilaudet; & hæc vt bene impensas existimaret; quin imò agnoscat quã verissime, se nõ mereri vt vel minimum laborè ac molestiam tui causa patiat, quanto verò minus vt mortem subeat.

*Cupit anima, Deo mnes laudare & colere.*

Nescio, carissima, qua occasione isthæc hîc dixerim, aut qua de causa: quidè nõ me intellexi. Nouerimus porro, hosce effectus esse, qui nobis et hæc suspensionib; vel extasibus certissimè & indubitate pmanant.

*Desideria  
solida & cō-  
stantia ex  
rapta se-  
quuntur.*

non sunt enim desideria quæ statim pertranscant, sed quæ vno in esse constantia permaneant; cumque aliqua illis offertur occasio, in qua hæc debeant ostendere, facile apparet ficta ea ac simulata non fuisse. Quid autem, in vno esse ea permanere dico? Interdum quippe anima se (etiam in rebus minimis & abiectissimis) timidam, meticulosam, tamque pusillanimi sentit, vt ad aliquid audendum aggrediendumue enim habere sibi non videatur possibile. Intellego autem, Dominum eam tunc naturæ suæ relinquere ac permittere, idque ad multo maius eius bonum. Vider enim tunc, se, si quidem ad aliquid faciendum eum aliquando habuerit, id à Maiestate ipsius accepisse; idque claritate adeo perspicua, vt eam velut in se ipsa annihilatam relinquat, & maiore quoque misericordiæ & magnitudinis diuinæ cognitione, quod eā in re adeo vili & abiecta dignatus sit ostendere: ordinariè tamen & vt plurimum sit sicuti iā dixi antè.

*Desideria  
Dei viden-  
di quomodo  
interdum  
cor angus-  
tians.*

Vnum quiddam notare vos, carissimæ, in magnis huiusce Dominum nostrum Iesum videnti desiderijs, velim; nimirum sic illa aliquando cor angustiare & constringere, vt vos necesse non sit ad illa cooperari, sed vos ipsas potius ab ijs diuertere; vt iniquā possitis, in alijs enim, quæ postea referam, nulla id ratione (vt videbitis) potest fieri. At in illis primis aliquando id fieri poterit; cōstat enim hic illis ratio, integra & sibi præsens ad penitus se voluntati diuinæ conformandum, ac dicendum quod S. Martinus dixisse scribitur: & si desideria hæc multum angustient, alia quapiam via redire consideratio poterit. Cum enim (vt quidem apparet) desiderium hoc sit hominum qui iam multum profecerunt, posset ipsum diabolus idcirco excitare, vt nos de illorū numero esse existimaremus. bonum porro est, semper cum metu & timore incedere. Ceterū credideim, illam ipsum quietudinem & pacem non daturū, quam pœna illa & angustia in anima causatur, sed talem potius per passionem aliquam in nobis motum excitaturum, qualis sentitur, quando ob ea quæ sunt sæculi, affligimur aut contristamur. At, qui nec hoc, nec primum expertus erit, ipsum non intelliget, & magnum quid id esse credens, ipsum etiam quantū poterit adaugebit, itaque non mediocre valetudini suæ damnum inferet, quod hæc pœna continua sit, aut certe valde frequens & ordinaria.

*Naturalis  
debilitas sa-  
pè est causa  
afflictionū  
spiritus &  
lacrymarū.*

Notandum præterea, etiam à debili naturæ complexione aliqui d harum afflictionum & pœnarum causari solere, præsertim in personis quæ cito intenerescunt, & ad quamlibet rem, etiam paruam, in lacrymas soluuntur; quibus millies videbitur, se Dei causa (tamen si falsum dicit) lacrymari. Fieri quoque potest, cū scilicet lacrymæ magnæ in copia fluūt (ad breue aliquod tempus iniquā) vt ad omne, quod de Deo auditur, verbulū, aut quoties de eo cogitat minime eis abstinere vel resistere valeat, eo quod

eo quod rumor aliquis cordi vicinior factus sit, qui magis eas proliciat quam amor quo in Deum fertur, ut à lacrymâdo nullatenus cessare posse videatur. Et quia intellexere, lacrymas bonas in se esse, hincis non resistunt, & præter lacrymari aliud nihil facere vellent, & quantum possunt, ad illas etiam cooperantur. Hoc porro per has diabolus intendit & spectat, ut vel lacrymando ita conficiant & debilitentur, ut exinde & ad orandum, & ad regulam suam seruandam profus ineptæ efficiantur.

Videor mihi, vos dicentes audire, quid tandem facturæ sitis, si in omni aded re periculum esse statuam, cum etiam in re bona, quales sunt lacrymæ, illusioni locum esse censeam? Etenim, me potius errare & illudi. Sanè fieri id posset. Verum persuasum habetote, me id non dicturam, si in aliquibus non vidissem, illusioni quoad hoc locum esse posse, non verò in me ipsa, ut quæ nullatenus tenerioris sum affectus, imò verò ita duri cordis, ut interdum id me affligat & contristet: quamquam, ubi introrsum ignis ingens fuerit, ipsum, quantumlibet magna illius sit durities, ad instar clibani distillatorij in lacrymas resoluatur. Et faciliè intelligetis, cum quidem lacrymæ hoc è fonte oriuntur, ipsas mentem magis corroborare & serenare quam perturbare, & quam rarissimè homini nocere. Hoc saltem hæc illusio (si quidem vlla fuerit) boni habet, quòd corpori, non autem animæ, sit dâmnnum illatura, si scilicet adsit humilitas; si non erit malum hanc suspicionem habere.

Neque verò existimemus, tum demum omnia nos confecisse, cum multas lacrymas effundemus, nisi & manum operi ac virtutum exercitio admoueamus: hæ enim sunt, quæ nobis quàm maximè spectandæ & curandæ sunt, lacrymæ autem, veniant, quando à Deo nobis immittuntur, nobis, ad eas eliciendas & excitandas, nihil penitus connitentibus aut cooperantibus. Hæ scilicet sunt, quæ aridam hanc terram humectabunt & irrigabunt, atque ad fructum proliciendum maximopere conferent, quando nimirum parum eas curabimus: sunt enim velut aqua cælo decedens. Verùm, quæ violenter, & magno velut brachiorum connisu, educitur lacrymarum aqua, nullatenus cum hac comparari meretur. Sæpè namque continget nos fodere, ac fodiendo sudare, fatigari, ac velut confici, ac post omnem laborem, ne putiscentis quidem aquæ serobem; multo minus puteum scatulentem inueniemus.

Quocirca satius esse existimo, carissimæ, ut ante Domini conspectum nos constituamus, in illiusque misericordiam & magnitudinem, simul & in vilitatem nostram, oculos conijciamus, ut det ipse nobis quod voluerit, siue aquam, siue ariditatem, nouit enim ipse melius quid nobis expediat, quàm ipsa nos. itaq; fiet, ut tranquilla & serenata mète simus, neq; diabolicis illusionibus & disceptionibus aded obnoxia futura.

Lacrymæ  
falſa ſape  
ſunt.

Lacrymæ  
à Deo datæ  
rû, & violè  
ter elicitarû  
diſcrimen.

*Iubili qua-  
lis a Deo  
demur.*

Inrer alia, afflictiua simul & sapida, solet interdum Deus & quosdam iubilos animæ dare, nec non nouum & inusitatum quoddam orationis genus; quod ipsamet, quale sit, intelligere nequit. Ideo vero hanc ego gratiam hic refero, vt, si forte vobis ipse eam dederit, singulari quodam modo eum dilaudetis, & rem esse quæ verè contingat, noueritis. Est quippe, prout mihi quidem videtur, summa quædam potentiarum vnio, nisi quod eas Dominus liberar relinquat, vt hoc gaudio fruantur, nec non sensus ipsos, vt tamen non intelligant quid sit quo fruantur, aut quomodo eo fruantur. Videntur hæc vobis Hebraica aut Arabica esse: nihilominus ita se res habet: est quippe id tã excessiuum & exundans animæ gaudium, vt nollit eo sola vti, sed ipsum omnibus patefacere & communicare vellet, quo ipsam in Deo dilaudando & celebrando adiuuent; huc namque omnis eius motus tendit. Quem plausum, si posset, excitaret, quæ signa exteriora ederet, vt omnes suum gaudium intelligerent! Ipsa seipsam inuenisse quodammodo videtur, ac proinde cum filij Prodigij patre quoscumque inuitare vellet, ad felicè anniæ suæ statum congratulandum & spectandum. Neq; enim vllū ei dubiū est, quin tunc tēporis in tuta ac secura sit via, & extra omne

*\* Quod autem S. M. ait, animam hoc in iubilo constitutam nullatenus dubitare, quin tunc in securitate sit, de illa securitate intelligendum est, quæ certè est, id, quod fertur, diaboli eā illusionem non esse, sed Dei ipsius opus & gratiam. Ipsam autem id sic intelligere liquet ex eo quod mox addit. & dicit.*

periculū. Equidem\* mihi persuadeo, ipsam id de se merito sentire: neq; enim diaboli tantū gaudiū in ternū in intimissima animæ parte, & tãta simul cū pace coniunctū, vt vnicæ eius voluptas sit quoslibet ad Dei laudes puocare, causare vllaten<sup>o</sup> possibile est.

*Dei laudes  
quantum  
viri sancti  
cordis habe-  
rent.*

Adhuc multum est, quin imò maximè pœnosum, quod in tanto lætitiæ & gaudij impetu facere, ac dissimulare possit. Tale quid sēsisse credo S. Franciscum, quando in latrones & prædones incidens, eod quod alta per campos vocē inelamaret, ipsis magni Regis se præconem esse dixit, nec non alios viros sanctos, qui in solitudine in deo concedebat, vt hæc Dei sui laudes & præconia, sicut S. Franciscus, deprædicarent. Equidem vnum talem cognoui, cui nomen F. Petrus de Alcantara (nam sanctum eum fuisse, mihi verisimile sit, prout quidē eius vitæ ratio fuit) qui hoc idem quoque fecit: qui vero eum loquentem aliquoties audierunt, illum vt stultum & stolidum reputabant. O, quam bona hæc stultitia est, carissimæ! Vtinam hanc omnibus nostrum Dominus daret! Quantum vero gratiæ vobis præstitit, quod eum in locum vos adduxerit, vbi, licet hanc vobis Dominus præstet, & aliqua illius etiam argumenta ac signa detis, ea tamen vobis potius adiumento quo ad hoc tūtura est, quam vlla obloquij occasio; vti quidem esset, si immundo ageretur!

*Sanctæ stultitia quæ.*

eretur!

retis! nam tam modicus serius præconij est vsus, vt mirum non sit ipsura à mundanis hominibus notari.

O infelicia tempora, miseramque vitam in qua hodie viuitur! cœtra felices illæ, super quas felix illa fors cecidit, vt procul ab ea agât & sequestrat! Singulare nonnumquam intra me ipsam gaudium sentio, cū sorores has simul congregatas intuens illas tā ingenti introitum gaudio perfusas video, vt, quæ plus potest, magis etiā in Domini laudes prorumpat, q̄ se in monasterio agere cernat: etenim ad oculū & apertissimè videre est, hæc ab interioribus animæ penetralibus promanare. Hoc sapius & identidem faceretis, carissimæ, vellem; nam dum aliqua id facere incipit, ceteræ ad idem faciendū animantur & excitantur. Cuius enim rei meliùs lingua impendi vestra, dum simul congregatæ estis, potest, quàm Dei laudibus celebrandis, cū tot tantaq; eius celebrandi prædicandiq; causas habeamus? Vtinam Maiestas eius sæpè hunc orationis affectum & modum vobis det, cū is tam securus & utilis sit nā vt per diligentiam & operā ipsæ nostrā eū assequamur, frustra erimus; est enim quid admodū supernaturale, & sæpè ad integrū diē durat. estque anima tūc, perinde ac qui permultum bibit; non tantum tñ, vt extra sensus sit, aut eorum vsū amiserit; aut ad instar melancholici, qui sensū quidē penitus nō amisit, at à re, q̄ imaginatio ei impressit, minimè recedit, neq; vll' suasu verbisue ab ea diuelli potest. Cerrè cōparationes hæ, ad tā dignā & tanti pretij rem declarandam, nimis quā crassæ sunt; sed alias conuenientiores ingenium meū adinuere non potest. Porro ita seres habet, vt gaudium hoc eam vsque ad eò sui & aliarum rerum omnium immemorem reddat, vt non aliud, quam ea quæ ab hoc suo gaudio proficiscuntur, Dei videlicet laudes & præconia, loqui proponat aut possit. Itaque animam hanc adiuuemus, carissimæ; ad quid enim posthac sensum ampliùs habere volumus? quid est, quod magis nos recreare possit? Et in hoc nos iuuent quotquot in mundo sunt creaturæ, per omnia sæculorum sæcula. Amen, Amen, Amen.

*Deum laudare quomodo sit salutare & utile.*

## CAPVT VII.

OSTENDIT, QVALIS SIT POENA, QVAM ANIMAE quibus eas, qua dicta sunt, gratias Dominus confert, de suis peccatis sentiunt. Dicit præterea, quantus sit error, quod anima, quantumlibet spirituales, Domini ac Redemptoris nostri Iesu Christi humanitatem, & sacratissimam illius passionem & vitam; nec non gloriosam eius matrem, ac reliquos sanctos, præ oculis, & velut præsentibus sibi habere, non affuecant. Est hoc ipsum lectu perutile.

Forlan

Forſan exiſtimabitis, cariffimæ, has animas, quibus Dominus ſe tam particulari ac ſingulari modo cõmunicat (& illæ præfertim id cogitare poterunt, quibus huiusmodi gratias ſentire nondum datum eſt; ſi enim eas ſemel habuerint, & illæ à Deo venerint, facilè quæ dicturæ ſum intelligent) tam ſecuras & certas iam eſſe poſſe, quòd perpetuò ipſo ſint fruituræ, nihil vt poſthac eas timere, aut ob priora peccata flere neceſſum ſit: ſed grauiffimè in eo errabitis: etenim ipſe de peccatis dolor eo magis augetur, quo plus à Deo gratiarum participatur: neque is ante (vt mihi ipſa mihi perſuadeo) ceſſabit, quàm peruenerimus eo, vbi nihil eſt quod nos contriſtet aut perturbet. Quamquam (vt verum fatear) vno tempore maioris & intenſior ſit quam alio, imo, ad hæc diuerſus ac varius eſt. neque enim anima iam recordatur pœnarum ac ſuppliciorum, quæ ob eadem promeruit, ſed quàm ipſa ingrata fuerit erga illum, cui tam multum debet, & obligata eſt, qui quæ adeo dignus eſt cui ab vniuerſis ſeruiatur. Etenim, ex hiſce diuinitus ſibi conſeſſis magnitudinibus, ipſam diuinam multo meliùs colligit. Miratur ſecum ipſa, quomodo tam audax & temeraria fuerit: deplorat adhæc, quod tam bonum Dominum tam parum ſit reuerita, & id a deo abſurdum & impertinens ei videtur, vt identidem ſe ipſa deplorat atque aſſiſſat, dum ſeſe, ob res a deo viles tantam tamque potentem Maieſtatem deſeruiſſe, recordatur. Imò verò, magis huius rei in mentem venit, quàm gratiarum quas recipit, nam cum eæ tam magnæ ſint vt ſunt illæ quæ iã dictæ ſunt, & adhuc dicentur, nihilominus hæc velut ab impetu oſo quòdam flumine abripi, & ſuo tempore rursus reduci videntur: peccata verò, ad inſtar cæni in fundo iugiter hærentis ſunt, eo quòd aſſiduò in memoria reuiuifcere videntur, idque non ſine maxima quadam afflictione & tormento. Noui quamdã, quæ præterquam quod ad Deum videndum mori vellet, maximè quoq; mortem deſiderabat, ne ſemper & ita continuo hocce tormentum ſentiret, ex eo ſcilicet proueniens, quod a deo ſe ingratam præſtiſſe ei, cui ſemper tam multis nominibus fuerat hæcenus obſtricta, & etiam eſſe debebat. Itaque nullius peccata a deo grauia eſſe putabat, vt ad ſuorum grauitatem peruenire, aut cum ijs comparari poſſent; quòd ſcires, ac videret, neminem à Deo ita patienter toleratum & exſpectatum, vel pluribus maioribusque beneficiis affectum eſſe, ac ſe.

Quòd verò ad infernalium pœnarum timorem attinet, illum minimè habent, quòd verò timent ne Deum ſuum aliquando amittant id maximè eas angit & cruciat; attamen admodum rarò. Omnis verò earum timor circa hoc verſatur, ne ſuam Deo manum ab illis ſubtrahente, denudò cum offendant; itaque ſe rursus in illo tam miſero ſtatu conſtitutos videant.

*Dolor de peccatis non minuitur per ſequentes gratias. Et quatuor ſit.*

*Anima in hæc quid timent.*



videant, in quo ad aliquod se tempus egisse viderunt. etenim de afflictione aut gloria propria ne hilum laborant aut sollicitæ sunt. Si vero purgatorij pœnis diu detineri aut cruciari non desiderent, magis id sit, ne tam diu Deo suo careant quamdiu ibi agent, quàm quòd pœnas & tormenta quæ sustinenda ibi sunt, vereantur. Equidem vsque adeo securum & tutum non existimo, vt anima, quantumcumq; Deum sibi fauentem & beneuolum experiatur, vnquam obliuiscatur, quod sese aliquando in miserabili statu constitutam viderit: nam, tamen si id pœnosum & permolestum sit, multis tamen in rebus salutare & vtile est. Fortasse mihi, eo quod ita improba & nequam fui, id sic videtur; atque hæc est causa cur semper rem hanc in memoria mea habeam. quæ vero semper, & per omnia, bonæ vitæ fuerunt, nihil huiusmodi sentient; esto, quamdiu in mortali hoc corpore viuimus, semper labamur & impingamur. Neq; vero pœna hæc alleuiatur aut minuitur, quod à Domino peccata iam condonata, & obliuioni tradita esse cogitemus; quin imò per hanc cogitationem adaugetur, dum tantam bonitatem eius ac benignitatem quis considerat, & illi gratias videt conferre, qui non tam has, quam inferni supplicia promeruerat. Crediderim equidem hoc ipsum, in S. Petro Apostolo ac Maria Magdalena molestum martyrium fuisse; nam quod tam intensum ac vehementem Dei amorem haberent, simul quoque tot ab eo gratias recepissent, illiusque magnitudinem & Maiestatem perfectissimè cognoscerent, nimis quàm molestum id iis & graue fuerit, & acutissimum quemdam tenerrimi doloris sensum attulerit oportet.

*Non est bonum obliuiscere priorum peccatorum.*

Putabitis quoque eum, qui rebus tam sublimibus iam fruitur, non iam amplius de sacratissima Domini nostri Iesu Christi humanitate meditari debere, quòd iam totus exercitio amoris incumbat. Hac de re alio in loco satis diffusè scripsi: in qua licet plurimos, qui mihi contradicerent, me que id minimè intelligere iactarent, habuerim (esse quippe id vias, per quas Dominus animas prout lubet conducit, & cum iam prima illa principia transferint, longè esse satius tractare ea quæ diuinitatis sunt, & corporea relinquere) numquam tamen eò me suis argumentis pertrahent, vt hanc bonam esse viam fatear, fieri potest me errare, & eiusdem nos esse sententiæ, & idem dicere. At notauit, hac me diabololum via conatum esse decipere, vnde ita iam experta & edocta sum; vt, quamuis sæpius de ea re egerim, iterum tamen ipsum hic repetere velim, vobis vt caueatis, & valde circumspicè ambuletis, ac videatis, (quod dicere a deo) ne secus, aut aliud quid, docere laborantibus, vllatenus fidem habeatis. Conabor ergo apertius hic mentem meam declarare, quàm in alio loco fecerim, quia qui (si fortassis quispiam,

*Humanitas in saluato. ria recordatio peruenit est.*

vti se facturum dixerat; hac de re scripserit) in eiusdem declaratione diffusior erit, bene certè faciet; veràm dum ita succinctè ac breuiter ea dicuntur, nobis certè, quæ non vsque adeò multum intelligimus, maxime opere nocere possit.

*Rerum corporearum meditatio non penitus omissenda.*

Nonnullis quoque animabus videbitur, quòd de passione Domini, & minus adhuc de Beatissima Virgine Maria, deque vita Sanctorum, nullatenus poterunt meditari ac cogitare; quorum tamen memoria & recordatio tam insignem nobis fructum adfert, & tantopere animum confortat. Equidem non possum intelligere quid tandem cogitant, dùm ab omni re corporea ita se diuellunt; nam assiduò in amoris incendio agere & inardescere, Angelicarum mentium proprium est, non nostrum qui adhuc in corpore mortali viuimus, quibus opus est, de ijs agere, cogitare, & cum ijs conuersari, qui hoc ipso in corpore constituti cum essent, tam heroica propter Deum facinora præstitērunt. quanto ergo absurdus & magis noxium vltro & de industria sequestrare nos velle, ab vnico bono & remedio nostro, sacratissima in quã Saluatoris nostri Iesu Christi humanitate? Equidem non tam eos id facere credo, quam seipsum non intelligere; itaque tum sibi, tum alijs, non vulgariter nocent. Hoc saltem ipsis certo assuero, illos in duas hasce vltimas mansiones non ingressuros: amisso enim ductore (qui est ipse bonus Iesus) haud dubiè à via aberrabunt, & certè nimis quàm multum fuerit, si vel in prioribus mansionibus cum securitate & tutò eis agere liceat. Nam Dominus ipse asserit & testatur, se viam esse & lucem, neque quemquã ad Patrem, nisi per se, venire posse, & qui videt me, vidit & Patrem meum. At alium horum verborum sensum esse dicent; verum alios illos sensus ipsa nescio, at cum eo, quem anima mea semper sentit verum esse, hæcenus mihi bene & feliciter cessit.

*Non semper in perfecta contemplatione mandatum cur in quibusdam secus fiat.*

Sunt & quædam animæ (imò earum non pauca mecum de hoc ipso egerunt) quæ cum, domino dante semel ad perfectam contemplationem pertigere, semper in ea manere vellent. quod tamen omnino non potest esse. Per hanc ergo diuinam gratiam ita affectæ manent, vt, quemadmodum antea solebant, deinceps nequeant de passionis ac vitæ Domini nostri Iesu Christi mysterijs meditari. Cuius rei quæ sit causa, non video; hæc tamen ordinariè causa est, quod videlicet intellectus exinde minus ad meditationem habilis & idoneus maneat. Cuius inhabilitatis hanc esse causam mihi verisimile fit, quod, cum meditationis obiectum & finis alius non sit, quam vt Deus inuestigetur & quæritur, vbiis ergo iam semel inuentus erit, & anima per operationem voluntatis, ad eundem denuo quærendum, iam assuetudinem quamdam parauit, vltèrius se per intellectum defatigare nolit. Parimodo iam

ſam tota accenſa eſt & inflāmata, videtur mihi generoſa hęc potentia aliterius illius, ſi poſſet, adminiculo vti nolle. In quo malē nō facit: ſed id vt faciat, impoſſibile certē erit, præſertim ante, quā ad has poſteriores manſiones peruenerit; nec aliud id erit quā tempus & operam perdere. Sæpē namque voluntas, quō accendatur, intellectus operā & adminiculo iuuetur oportet. Hoc porro punctum imprimis notare vos velim, cariffimæ; eſt enim maximi momenti, vnde & ipſum pluribus hic declarare mihi propoſitum eſt.

Vult & deſiderat iſtiusmodi anima, totam ſe amori impendere, & præterquam in amorem in nihil aliud vellet intendere; non poterit tamen, quamuis id velit. Licet enim voluntas emortua non ſit, nihilominus ignis, qui ipſam incendere & ardentem facere ſolet, iā extinctus eſt; vnde aliquo qui eū accendat & inſufflet, opus eſt, vt is calor à ſe diffundat. Bonū ne eſſet, animā in hac ariditate agentē, ignē è celo exſpectare, qui ſacrificiū, quod illa Deo de ſe ipſa facit, incendat, quē admodū eum aliās S. Pater, noſter Elias exſpectauit; nequaquā. Neq; enim conſultum eſt miracula cælitus exſpectare; faciet illa Deus, cū ei placuerit, in rē animæ huius (vti iā antè diximus, & adhuc diceretur infra) Verūm vult Maieſtas eius, nos ita improbas reputemus, vt ea ipſum in noſtri gratiā facere, nō promereamur, ſed, quomodocūq; poterimus, nos ipſas iuueamus. Et ſanè pſuaſum habeo, hoc ipſum nos quoaduſq; moriamur, facere oportere, ad quātūcumq; etiā ſublime orationis gen<sup>o</sup> euectæ erim<sup>o</sup>. Quāquā eū, quē in ſeptimā manſionē Dominus iā introduxerit, rarō, & penē nūquā, hanc adhibere diligentiā & conatū oporteat, idq; ob eā quā ibi (ſi non obliuiſcar) aſſignabo rationē: ſed huic valde ordinariū eſt, vt Dñm noſtrum Ieſum Chriſtū vbiq; præſentē & præ oculis habeat, ac modo quodā admirabili, vbi diuinitas & humanitas vnita ſunt, ſēper velut in eius contubernio verſetur. Quocirca, vbi ille quē dixi, ignis involuntate accenſus non erit, neque Dei præſentia vllatenus ſentitur, eū necesse eſt (hoc quippe Maieſtas illius nos facere vult) quærere, ſicuti ſponſa in Canticis eū quaſiuit: & creaturas interrogemus, quis ipſas fecerit, vti S. Auguſtinus in ſuis, credo, Meditationibus, aut Cōfeſſionibus feciſſe legitur: neq; velut ſtolidi & ſtatuarū hæreamus, tēpus omne in nuda exſpectatione eius cōſumentes. fieri poteſt, vt, quod ſemel nobis datū eſt, (ſortaliſſi in principio) anno integro, aut etiā pluribus, Dominus nō det. nouit Maieſtas eius quare id ſic faciat: noſtrū nō eſt id ſcire velle, neq; etiam cauſa eſt, cur ſcire id velim<sup>o</sup>. Cū verò viā nouerimus, quā ad illi placēdū, ambulare nos oporteat, viā ſcilicet mādatorū ac cōſiliorū eius; impigrē per eam ambulemus, vitam quoq; eius ac mortem, & quam multum ei debemus, identidem recogitemus, quæ reliqua ſunt, veniant quando Domino viſum fuerit.

*Ignis amoris  
per nos in-  
ſufflandus.*

*Deus de cre-  
aturis colli-  
gendus ali-  
quando.*

Dicent ad hoc, non posse se in id genus rebus diu hærere; & fortè ob id quod dixi, aliquam ad hoc rationem habebunt. Verum iam tum nouistis, aliud esse per intellectum discurrere; aliud verò, memoriæ intellectui quid repræsentare. Dicetis mihi forsitan, non intelligere vos, quid velim dicere, reuera fieri potest, vt ne ipsa quidè id satis intelligi, quò ipsum alijs aperiam: dicam tamen quò potero. Meditationem igitur esse conseo, per intellectum circa rem aliquam discurrere hoc modo. Incipimus, verbi causa, cogitare, ac mente voluere gratiam ac donum, quam Deus opt. max. nobis tum fecit, cum filium suum vnigenitum nobis dedit. Neque in hac sistimus, sed vterius, ad totius vitæ eius gloriosæ mysteria, pertransimus. Vel, incipimus ab oratione quam in horto fudit; nec antrè intellectus sistit, quàm eum in cruce positum, sit contemplatus. Vel denique aliquod passionis punctum (exempli gratia, illius comprehensionem à Iudæis) meditandum accipimus, & in eo mysterio singula, quæ in ipso consideranda & sentienda occurrunt, minutatim excutimus, vt prodicionem Iudæ, fugam Apostolorum, & cæteras eius circumstantias. Et est hoc admirabile, & valdè meritorium orationis genus. Et hæc est oratio, quam dico meritò illas dicturas se tenere non posse, quas ad res supernaturales Dominus & ad perfectam contemplationem euexerit. Cur id fiat, aut quænam sit causa, (vt dixi) nescio: sed, vt plurimum certè eam tenere non poterunt. At sine causa ac fundamento dicent, se in hisce mysterijs diu manere, eaq; sæpiùs ob oculos & in memoria habere, ac præsertim cum Ecclesia Catholica eadem recolit, non posse. Neque vllatenus fieri potest, vt anima, quæ tam multà à Deo accepit, tam præclara & pretiosa amoris indicia memoriæ suæ excidere patiatur: sunt quippe hæc, velut vitæ quædam scintillæ, ad amorem, quo Dominum suum profequitur, magis in ipsa accendendum, nisi quòd seipsa non intelligat. hæc namque mysteria modo quodam perfectiore intelligit, cum intellectus eadem ipsi viuè repræsentet, itaque hæc eius memoriæ insculpta maneant, vt vel vnica Domini in horto prostrati, & sanguineum sudorem exsudantis aspectus & consideratio, nimis quàm satis sit ad illam, non ad vnam solùm horam, sed ad multos quoque dies absorptam detinendam. Dum ergo simplici pioque mentis oculo intuetur, quis ipse sit, quamq; pòst tã grauem ipsius pœnam ei nos ingratos exhiberim; illico volùtas huc accurrit, licet sine sensibili aliqua animi teneitudine, vt pro tam singulari benignitate ei vel in aliquo seruire, & pro eo vicissim pœnosum quid pati desideret & qui tam multa tamq; atrocitas pro ipsa pertulit; & alia eiusmodi, in quibus & memoria & intellectus occupatur. Et hoc in causa esse credo, cur vterius in superpassione dis-

*Quid sit  
meditatio.*

*Passionis  
Domini my-  
steria ali-  
quãdo reco-  
lere debent  
cõtemplatini.*

*Cur super  
ea nequeant  
discurrere.*

ne dis-

ne diſcurrendo progredi nequeat; hoc quoque eam credere facit, quòd de illa cogitare & meditari prorsus nequeat. Et, ſiquidem de ea non cogitet, certè bonum eſt cogitare procuret; ſcio namque, id per quantumcumque ſublimem orationis modum, minimè impediendum, nec poſſum dicere, bene cum agere quòd frequenter in ea recolenda ſeſe non exercet. Si forè Dominus eam exinde ſuſpendat, per me licet, ſuſpendat; nam, quamlibet ipſa nolit, faciet is eam relinquere id in quo iam de factò erat. Et hunc procedendi modum, nullatenus aliquod impedimentum, verùm inſigne ad omnia boni genera adiuumentum eſſe, mihi certiffimè perſuadeo. Quod ſanè non eſſet, ſi ſe in diſcurrendo (vti initio dicebam) multum fatigaret & laboraret, at quiſquis iam ad maiora peruenit, penitus id facere (vt quidem puto) non poterit; fieri tamen poſſet quòd ſic, cum multæ ſint viæ, per quas Deus animas con-

*Non ſunt  
condemnã-  
da anima  
qua in paſ-  
ſione Domi-  
ni meditari  
nò poterūt.*

ducit; cauendum tamen, ne malè incedere cenſeamus eas, quæ per hanc quam antè dixi, incedere non poterunt, neque ad tantis bonis ac in vitæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui noſtrum bonum eſt, myſterijs includuntur, fruendum ineptas iudicemus, neq; etiam vllus (quantumlibet ſit ſpiritualis) mihi perſuadebit, hac ſeſe via benè rectèque incedere. Quædam ſunt principia, quædam etiam media, quæ animæ non nullæ habent; quæ vbi ad orationem quietis iam peruenire, & delicijs & guſtibus quos Dominus dat, frui incipiunt, magnum quid ipſis videtur in ea manere poſſe, vt delicioſo illo guſtu identidem fruantur. Credant ergo mihi, neq; ad eò ſeſe illo abſorberi ſinant (quemadmodum alio in loco dixi:) vita quippe longa eſt, multiq; in ea labores ferendi occurrūt, & in exemplar noſtrū Ieſum Chriſtum, quomodo videlicet ipſe paſſus ſit, nec non in eius Apoſtolos, & reliquos ſanctos, reſpicere nos neceſſum eſt, quòd illos cum perfectione toleremus.

Certè nimis quàm bonum contubernium & ſocietas eſt bonus Ieſus, ad nos ab eo minimè ſubducendos, nec non ſanctiffima eius ma-

*Ieſus &  
ſancti bonū  
ſunt contu-  
bernium.*

ter: quin etiam pergratum & iucundum ipſi eſt, quòd pœnis & tormentis ipſius doleamus, etiam ſi id interdum cum aliqua noſtrorum gaudiorum, recreationis & guſtuum ſpiritus iactura fiat: ideoque eo magis, cariffimæ, cum illa in oratione ſuauietas & guſtus tam non ſit frequens & ordinaria, vt non ad omnia cetera ſatis tēporis ſuperſit. Eā verò quæ dixerit guſtū hunc ſēper durare, nec mutari, equidem vt ſuſpectā habeo: illam in quā, quæ quod antè dixi; numquā facere poteſt. Vos quoq; eam vt talē habetote: quin & vos ipſas & ab hac illuſione & errore expedire, totaq; animi contentione in res aliquas externas diſtrahere ſatagite. q̄ ſi ad hoc etiam nequaquā ſufficiat, ad præpoſitā rem referte, vt hæc vobis officium & munus, tã multas curas & moleſtias ſecū trahens, iniungat, vt

*Exterior  
distractio  
iuvat ad il-  
lusionem ca-  
uendam in  
visionibus.*

per eas ab hoc illusionum periculo liberemini; etenim, si quidem diutius id dureret, sensibus saltem & capiti cerebroque inde non parum damni immineret.

*Humani-  
tatem  
Christi peni-  
tus relin-  
quere val-  
de periculo-  
sum est.*

Satis superque declarasse me existimo, quam par sit, omnes, quantumcumque spirituales sint, res corporeas ad eò non fugere, vt etiam ipsam sacratissimam Redemptoris nostri humanitatem sibi damnum creare posse arbitrentur. Ad hoc adstruendum adferunt id, quod is olim discipulis suis dixit, expedit vobis vt ego vadã. Equidem prorsus id ferre nequeo. Certe benedictæ matri suæ numquam tale quid ipse dixit, vt pote quæ in fide solida & stabilis erat: sciebat namq; eũ & Deum & hominem esse: & quamuis maiore eum quã illi amore prosequeretur, is tamen tam erat perfectus, vt potius eam iuuaret. Non fuerunt certe Apostoli tunc temporis tam in fide constantes & firmi, ac fuerunt postea, & modo nos in ea constantes esse, par est. Equidem vobis assero, carissimæ, illam me viam vt valdè periculosam reputare, & paulatim diabolium eo fortasse per hoc venturum, vt omnem erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum affectum & deuotionem ex animo nos faciat exuere. Deceptio certè, quam ego mihi alias passã videor, nondum vsque eo venerat, sed vsque eo tantum, quod minimè mihi saperet tam frequenter de Redemptore nostro Iesu Christo meditari, sed in hac absorptione manere gauderem, hunc gustum exspectans. Videbam porro manifeste, mala me via incedere: quod enim eam semper ac continuo habere non possem, hinc cogitatio mea huc illucque fluctuans diuagabatur, & anima meã ad instar auis huc illucque voliantis, neque vbi quiescat aut sidat inuenientis, esse videbatur, idq; cum magno temporis dispendio, ac per modico in virtutum studio & oratione progressu fiebat. Porro, quid in causa esset, non intelligebam, neq; eam (vt mihi quidem videtur) ymquam intellexissem, quod id mihi bonum, & nimis quam tutum esse videretur; quoad usque cum quadam Dei ancilla, de modo orandi quem ipsa obseruabam, communicans, ab illa quid me facere oporteret edocta fui. Exinde igitur manifestè perspexi, quam mala via incederem; & numquam nõ etiamnum me cruciat & affligit, quod vel aliquod tempus fuerit quo hoc ipsum non intellexi, quod scilicet, tanto dispendio vix vllum fieri posset compedium: & etiam si possem, nullum omnino bonum cupio, nisi quod eius opera datum & comparatum est,

*Dolet S. M.  
quod ab hu-  
manitate  
Christi se  
ymquam  
seiunxerit.*

per quem omnia nobis bona uenerunt. Sit ipse in perpetuas

æternitates benedictus.

Amen

## CAPVT VIII

OSTENDIT QUOMODO PER VISIONEM INTELLECTVA-  
*lem se anima communicet Deus, ac quadam quoad illam documenta prescri-*  
*bit; refert ad hæc, quosnam, cum quidem ea vera est,*  
*operetur effectus. Denique, quanto gratia hæ-*  
*silencio premeunda sint, in-*  
*culcat.*

VT autē id quod dixi, carissimæ, ita se habere, & quo longius progre-  
 ditur anima, eo bonum hunc Iesum ætius illi adhærere ac se ma-  
 gis ei socium præbere, clarius intelligatis; non abs re futurum existimo,  
 ostendere, non posse nos, vbi id Maiestati ipsius placuerit, aliud facere,  
 quàm iugiter in illius contubernio & societate versari: quod satis eui-  
 denter videre erit è medijs & modis, quibus se Maiestas illius nobis  
 communicat, & quibus amorem, quo nos prosequitur, ostendit;  
 ex apparitionibus inquam & visionibus quibusdam adeo mirabilibus:  
 quas hic describere mihi propositum est, vt, si harum gratiarum fortè  
 aliquam cuiquam vestrum Dominus dederit, eam ipsa recipiens non  
 perterreatur aut percellatur; si modo gratiam ipse mihi dare dignetur,  
 vt in aliquo scopum tangam; quo nimirum eum laudemus ( tametsi  
 nobis eæ datæ fortasse non sint ) quodd, cum tantæ Maiestatis sit Do-  
 minus, ita se creaturæ familiarem facere ac cõmunicare dignetur. Igitur,  
 anima nihil minus quam de simili gratia recipienda sollicita, ( imo quæ  
 ne quidem, se eam promereri, vniquam cogitauit ) subito ad stare sibi  
 sentit. Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM, esto eum  
 nec corporeis, nec animæ oculis videat. Huiusmodi visionem vocant  
 intellectualem: porro ita cur vocetur, nescio. Noui quamdam, cui hanc,  
 vt & alias multas, de quibus postea loquar, gratias Deus contulit:  
 hæc initio valdè sese affligebat & cruciabat, quod, quidnam id esset, in-  
 telligere non posset, cum nihil videret; intelligebat tamen, certissime  
 Dominum nostrum Iesum esse eum qui hoc modo ei sese ex-  
 hibebat, nullatenus vt dubitare posset, quin ipse illic præsens a des-  
 set, an tamen talis visio à Deo veniret, an non, ( esto sin-  
 gulares quidam post eam in ipsa effectus manerent, è quibus  
 colligere posset, ipsam à Deo proficisci ) valde anxia erat: neque  
 enim ipsa quid vniquam de visione intellectuali inaudierat, nec  
 talem dari posse credebatur. Ceterùm, clarissimè sentiebat & in-  
 telligebat, illum ipsum Dominum esse, qui sæpius ipsam eo  
 quo

*Intellectua-*  
*lis visio &*  
*Apparitio*  
*Dominì*  
*quomodo*  
*fiat.*

quo supra dixi modo alloquebatur; nam vsque, dum hanc ei gratiam præstaret, numquam sciuerat quisnam se alloqueretur, etiam si verba audiret & perciperet. Noui autem, illam, ob huiusmodi visionem timore percussam (neque enim est, vt imaginariæ illæ, citò pertranseunt, sed aliquando ad multos dies, quin imò interdum vltra annum durat) & mirè anxiam, Confessarium suum adiisse, qui ab ea petijt, vndenam, si nihil videret, nosset Dominum esse? diceret sibi, quo is esset vultu? Respondit illa, nescire se, nec videre vultum; neque se plus, quam dixisset, posse dicere: hoc porro se scire, illum esse, & non alium qui sibi loquebatur, neque phantasma id aut imaginarium quid esse. Imò, tametsi eam propterea valde anxiam redderent, sæpè tamen de eo nequaquam poterat dubitare; maximè, cum illum sibi dicentem audiebat. *Nolito timere, ego sum.* Tam enim verba hæc efficaciam & vim habebant, vt tum quidem nullatenus posset dubitare, imò verò exinde mirè confortata & vigorata, & per bonum hocce contubernium valde exhilarata maneret; quin imò sibi id cum primis vtile & conducibile sentiebat, ad Dei memoriam nullo non loco secum circumferendam, & quam maxima poterat diligentia cauendum, ne quid, quod ipsi displiceret, committeret, quod eum semper præsentem intueri & habere sibi videretur; & quotiescumque cum Maiestate eius tum in oratione, tum extra illam tractare statuebat, tam ei vicina sibi esse videbatur, vt non posset eam non audire; verum intelligere illius verba, non poterat tunc quandoquidem ipsa volebat, sed ex inopinato, cum id ei opus erat. Sentiebat, illum sibi ad latus dexterum incedere, verum non illo sentiendi modo, quo quempiam nobis ad stare sentire possumus. Hoc namque alio quodam longe subtiliore & delicatiore modo fit, qui verbis exprimi nequeat; sed est is æque atque ille certus, imò certior. In modo namque sentiendi quo hic sentimus, illusioni esse posset locus, & putare possemus nos sentire quod minimè sentimus, non vero in hoc; hinc namque sequuntur magna emolumenta spiritualia & excellentes quidam effectus interiores, quales certè haberi non possent, si ex atra bile ac melancholia id proueniret. Nec item diabolus tantum animæ bonum causare posset; nec ipsa tantam pacem, nec tam assidua & continua Deo placendi desideria sentiret, neue ita contèneret omne id, per quod ad ipsum non conducitur: exinde vero, clare intellexit, non esse id quid à diabolo causatum, quod ipse sese paulatim magis magisque declararet. Scio nihilominus, eam alias quidem satis magno in angore & timore egisse, alias maximam sui confusionem sensisse, quod nesciret vndenam tantum sibi bonum obtuisset. Hæc & ego, ita vnum quid eramus, nihil vt me celaret eorum, quæ in anima ipsius contingebant; vnde bona certa que eorum esse

*Bona quæ sequuntur ex visione intellectuali.*

*Illius proprietates & effectus.*

possum



possim testis, & proinde credere potestis, illa quæ quo ad hoc vobis dixerò, verissima esse.

Est ergo gratia Domini, quæ insignem nostri ipsarum confusionem, nec non humilitatis studiū secū adfert: si verò à cacodamone id proueniret, contrā & alia lōgè omnia euenirent. Ac sicuti id res est, quæ perceptibiliter & notabiliter à Deo venire sentimus (neq; enim humana vlla industria posset efficere, vt quid huiusmodi quis sentiat) hinc quæ ipsum habet, nullatenus cogitare potest, suum id bonum esse, verū à solius Dei manu id dari & prouenire. Et quamuis mihi earum quas antè retuli gratiarum nonnullæ hæc videantur esse maiores; hæc tamen particularem quendam Dei cognitionem secum fert: & ex hoc tam continuo cum Deo contubernio, tenerrimus quidam erga Maiestatem illius amor nascitur, nec non intensiora & ardentiora quædam iis quæ diximus, penitus & totā illius obsequio se deuouendi consignandiq; desideria; item summa quædam conscientia: puritas & mundities: eius quippe, quem ad larus suum præsentem & vicinum habet, præsentia ad singularem reflectere, & vigilantem esse facit. Esto enim ad vniuersa, quæcumque demum facimus, Deum præsentem esse nouerimus; ea tamen est natura nostræ conditio, vt de eo cogitare negligat: hinc verò quoad hoc negligens esse nequit, eò quòd Dominus, qui ei adstat vicinus, continuo eam excitat. Quin etiam iuuat hæc quoad gratias iam antè dictas: quòd enim anima penè continuo, actualiter amore feratur in eum, quem videt aut saltem intelligit sibi vicinum adesse, hinc illæ etiam frequentius obtingunt. Deniq; è fructu, quem anima hinc percipit, facile videre est, hanc certè multò maximam gratiam esse, ac magni faciendam, gratitudinemque propterea ei Domino qui hanc sibi, tam parum tamen eam promerere valenti confert, ostendendam; quam proinde cum nullo mundi huius thesauro ac voluptate commuraret. Vnde, cum Domino hanc iam ei auferre placet, magna quadam in solitudine manet: quini-mò quamcumq; demum adhibere posset, quodenuo sibi ad hoc cōtubernium redire liceat, diligentia & conatus frustra & inanis est; Dominus namque id dat quodcumq; vult, nullo autem labore nostro id potest comparari.

Interdum & sanctus aliquis nobis socium se præstat, & adest: & hoc ipsum etiam non vulgaris vtilitatis & emolumenti est.

At dicetis mihi, si nihil omnino videatur, quomodo intelligi queat aut dignosci quando Christus Dominus adsit, aut quando aliquis è Sanctis, quando etiam gloriosissima eius mater? Hoc quidem anima verbis exponere nō poterit; imò ne intelligere quidē aut comprehendere potest, quomodo id cognoscat: interim tñ maxima quadam certitudine id

*Nō potest nō esse à Deo.*

*Dei præsentia cogit hominē super se & actiones suas reflectere.*

nouit. Quando quidem Dominus loquitur, facilius id videtur intelligi posse: at sanctorum aliquem adesse, nec loqui (nisi fortè eum Dominus tantùm ad animæ illi auxiliandũ, aut ad eius contubernium ac societate adesse iubere videatur) longè sanè mirabilius est. Sic sunt & alię multę res spirituales, quę verbis perfectè exprimi nequeunt; verùm, hinc facile colligere & perspicere possumus, quàm imbecillis & infirma natura nostra & ingenium sit ad Dei magnalia intelligenda, cum ne ad quidẽm hæc intelligenda capaces simus; quocirca cui ipse has gratias dedit, is Maiestatem illius admiretur & in eius laudes assurgat) itaque, ob easdem, particulares ei gratias agat. quòd enim gratia sit, quę passim omnibus non concedatur, hinc plurimi eam facere, dareque operam debet, vt maiora & plura ei obsequia præstet, cum adhęc Deus tot tamque multiplicibus modis adiuuet & cooperetur. Hinc prouenit, quòd se anima hæc propterea pluris non faciat, imò verò inter omnes qui in terra agunt homines, omnium minimè se ei putet seruire, quòd ad hoc se, plus alijs, obligatam credat; hinc minima quam committit imperfectio, illius velut transadigit viscera; idque summa cum ratione.

Hos sanè effectus in anima remanentes, quęlibet vestium, quam per hanc Dominus viam conduceret, faciliè percipiet, vt hinc nimirum intelligat, nullam hic illusionem, aut phantasticam imaginationem subesse. Nam, sicuti aliàs dixi, fieri non posse existimo, vt, cum non nisi merum phantasma aut diabolica illusio est, tamdiu duret, aut tam notabilem animæ profectum causetur, tantam videlicet pacem & quietem interiore in ipsa producat. Hoc namque præter ipsius consuetudinem est; neque potest, eito rem adeò malam causare cupiat, tantũ bonum adferre: statim namque hinc inde aliqui sui ipsius æstimationis fumi euaporarent, ac quis alijs meliorem se existimabit. Verùm assidua hæc animæ cū Deo cõiunctio, & perpetua cogitationis in eum defixio & occupatio, tantum diabolo molestiæ & tormenti afferret, vt, licet id vellet & tale quid facere tentaret, sapius ad idem denuò tentandum non rediret. Deus quoque à parte sua, tam fidelis est, vt tantam ei in animam, quę aliam intentionem non habet, quàm Maiestati illius per omnia placere, vitamque omnem pro illius honore & gloria impendere, potestatem nõ sit permissurus; at quamprimum occasione aliqua oblata effecturus, vt ab occasione, si qua tenebitur, liberetur. Equidem illius sententię sum, & semper ero dummodo anima eo ambulet modo quem post accepta hæc diuinarum gratiarum dona in ea remanere solere dixi, Maiestatem illius effecturam, vt, si aliquam interdum dæmoni potestatem in eam permittat, ipsa quidem insigne hinc lucrum & commodum referat, ille autem magna cum confusione recedat.

*Differencia  
inter rem à  
Deo causatã  
& à diabolo*

*Damò nul  
lũ sciẽs cau  
sabit bonũ.*

Quamobrem, carissimæ, si quam fortè vestitum per hanc viâ contigerit conduci, hæc propterea neutiquam turbetur aut percellatur: tamen si bonum est, vos timere, & maiore cū cautela & circumspeditione in omnibus incedere, nec aliquam fiduciam concipere, quasi, eò quòd tam singulares Domini fauores experimini, idcirco vobis liceat negligentius agere. Id enim si fiat, indicium & signum erit, id à Deo non provenire, nisi eos, quos diximus, effectus videatis. Consultum verò erit, ipso in principio, re hanc sub sigillo confessionis cum viro aliquo litterato (tales namque sunt, qui nos iustrare & docere debent) aut, si haberi is potest, cum homine maximè spirituali communicare: qui postremus si haberi nequeat, melius omnino est litteratum consulere: si haberi is queat, tam cū hoc, quam cum illo conferte. qui si id phantasticum & imaginariam illusionem esse dixerint, non est quod inde turbemini, aut moueamini: phantasma enim non multum mali aut boni anime vestre inferre potest. diuinę porro vos Maiestati commendate, ne illa vos illudi aut decipi sinat. si verò id à diabolo causari dicar, longè sanè vobis id erit molestius ac difficilius. Quamquam, si vir bene doctus sit, & notetur effectus quos dixi, id non dicet. Verum, esto id etiā diceret, scio hunc ipsum Dominum, qui vobiscum ubique incedit, vos consolaturum, & securus futurum, quin & illi viro lucè daturum, ut vos per eum illuminet & instruat. Si verò sit huiusmodi, ut quamuis orationi sit additus, per hanc tamen à Domino viam non conducatur; statim is obstupescet; & audita damnabit. ideoque vobis consulo ut virum litteratum deligatis, & si inueniri queat, etiam spiritualem. Dabitque ad hoc faciendum præposita ei veniam ac facultatem: esto enim anima (prout quidem ei videretur) secreta sit, quod bonam suam vitam videat, præposita nihilominus obligata erit ac tenebitur, curare ut cum aliquo de hisce referre queat, ut tam ipsa, quam alia illa, secreta & tuta sint. Postquam verò cum id genus hominibus contulerit, quæ ex inde maneat, neque vltimè de isthoc negotio quidquam loquatur. Interdum namque, diabolus, etiā ubi nulla timendi est occasio, tam ingentes & extraordinarios timores causatur, ut animam cogat satis se officio suo non fecisse existimare, quod semel de eo contulerit, sed sæpè de eodem referre compellant; maximè si Confessarius parua sit experientia, eumque ipsa meticulousum esse deprehendat, quin & ipse eam cum alijs conferre iubeat. Vnde contingit innotescere & diuulgari, quod maximè debebat esse secretum, hancque animam exagitari & diuexari, dum, quod secretum & tectum credebat, iam publicè & passim notum esse comperit. Vnde multa ei molesta & graua oriuntur, quin & Ordini ipsius vniuerso otiri possent, prout quidem nunc sunt tempora. Adeo ut magna hic opus sit cautione & prudentia, quin & Priorissis hanc serio commendo, ac ne existiment,

*Confessarius doctus iuxta ac pius consuletur.*

*Neesse est cum viro litterato conferre, quamuis libet animo secreta sit.*

*Circa diabolum animam tenet, ut cum varijs hominibus de rebus suis conferat.*

si cui fororum simile quid cælitus concederetur, ipsam propter hoc alijs meliorem aut sanctiorem esse. Ducit singulas Dominus, prout cuiq; maximè viderit expedire. Apparatus id quidam & dispositio est, vt aliqua insignis paulatim Dei ancilla euadat, si quidem ipsa inde rem suam faciat. at interdum eas quæ maximè imbecilles sunt, per hanc Deus viam conducit, nec est quod hoc aut probemus aut cõdemnemus: sed ad virtutes duntaxat respiciamus oportet, & quænam inter nos maiore cõ mortificatione, humilitate, conscientiaq; puritate Domino seruiat: huiusmodi enim quæ fuerit, ceteris sanctior haberi poterit. esto hoc in mundo pauca admodum aliqua cum certitudine sciri queant, quoadusque verus ille Iudex in decretorio mundi totius die reddat vniciquæ iuxta merita sua. Tunc mirabimur, cum videbimus quàm eius iudicium diuersum sit ab omni eo quod hîc intelligere & deprehendere possumus. Sit ipse in æternum benedictus. Amen.

## CAPVT IX.

**DECLARAT QUOMODO 'SE DOMINVS ANIMAE PER  
 imaginariam visionem communicet. Monet autem serid suas, caueant ne per  
 hanc conduci viam desiderent. Insignes quoad hoc adfert  
 rationes. Singularem caput hoæ utilita-  
 tem continet.**

*Visionibus  
 imaginarijs  
 facilius se  
 immiscet  
 diabolus.*

**V**eniamus nunc ad visiones imaginarias, quibus se diabolus facilius ac magis immiscere potest, vti dicunt, quàm iis quæ dictæ sunt habitenus. Et sanè non potest esse minus. Verum, cõ à Deo hæ veniunt, alijs mihi quadã tenus vtiliores & meliores videntur, vtpote naturæ nostræ conformiores; non tamen iis, quas in vltima mansionẽ Dominus cognoscendas dat: etenim ad harum dignitatem & excellentiam nullæ pertingunt.

Iam ergo videamus, vt superiori capite vobis dixi, quo modo Dominus hic præsens adsit, perinde ergo iis adest, si sicut dum magni pretij maximæq; efficacis gemmam aureæ pyxidulæ inclusam habemus; quã certissimè & indubitatè nouimus ibi contineri, esto ipsam numq̃ viderimus; sed non propterea ipsius gemmæ virtutes minus nobis profunt, si eam nobiscum circumferamus, quòd iam tum experientia nouerimus, illius ope nos ab aliquibus morbis, aduersus quos naturales vires habet, & proprium amuletum est, esse sanatos. ipsam tamen inspicere non audemus, nec theculam aperire, imò nec possumus; quod illius aperiendæ modum solus ille norit, cuius est gemma: qui licet eam nobis

nobis mutuo dederit, vt illius ope iuuaremur, sibi tamen clauem velut quid proprium reſeruaui theculam aperturus, cum cum eam nobis volet ostendere; quin etiam, vbi viſum fuerit, eam denuo reſumer, vt & de facto facit. Tam ergo ponamus, eum capſellam aliquoties inopinato & inſperato aperire velle, quo mutuatario gratificetur, certè minimè dubium eſt, quin id ei poſtea longè futurum ſit iucundius, cum ſcilicet admirabilis illius ſplendor qui è gemma emicabat, ei in mentem veniet, itaque memoriæ illius profundius hæc inſculpta manebit. Eodem ergo modo ſit hîc: nimirum quando Domino viſum eſt, animam hanc maioribus quibuſdam gaudijs recreare, illi eo, quo ipſi placet, modo ſacratiffimam humanitatem ſuam clariffime ſpectandam exhibet, idque ea in forma qua inter homines aſſuetis viſus eſt, aut qualem poſt reſurrectionem ſuam habuit. Et licet ipſum tam ſubito & repente fiat, vt cum fulgetri cuiuſdam celeritate ipſum æquiparari poſſe videatur; nihilominus glorioſiſſima hæc imago ita imaginationi inſculpta manet, vt eam inde nullatenus euelli & deleri poſſe putem, quoaduſque eam videat vbi perpetuè & ſine fine ea frui licebit. Quod autem imaginem vocem, non ita accipiendum eſt, quaſi imago quædam ſit, pro imaginatione & iudicio ipſam videntis, expreſſa aut depicæta; ſed verè viuæ eſt, & interdum etiam cum anima loquitur, magnaque ei ſecreta reuelat. Sciendum verò, tamen ſi aliquantisper in hanc ipſa defixa hæreat, non magis tamen in eam obrutum deſigere poſſe, quàm in ſolem; atque hinc ſit, viſionem hanc ſemper quàm citiffimè præterire: idque non ideo, quod illius ſplendor, vt ſolaris ille externo, interno viſui officiat aut affligat, internus quippè videt quidquid hîc videndum occurrit, (cum enim exterioribus oculis quid videtur, de eo nihil omnino poſſum dicere: cum illi perſonæ quam dixi, de qua tam particulariter poſſum loqui, nihil tale vumquam contigerit, & ægrè quis certam rei illius, quam experientia non nouit, rationem det; ) illius enim ſplendor eſt, velut lux quædam inſuſa, aut ſicut Solis, velo tam ſubtili & fulgido vt adamus eſt ( ſi quidem elaborari is & texi poſſet ) teſti. Veſtimenta autem eius è tela tenuiſſima videntur. Penè ſemper autem, dum hanc animæ Dominus gratiam facit, ipſa raptum patitur, quod imbecillis, & vilis eius natura tam terribilem viſionem ferre nequeat. Terribilem inquam, eſto namque hæc & pulcherrima ſit, & maioris voluptatis, quàm quis, tamen ſi ad mille annos viueret, & aſſiduè cogitando ſe deſatigaret, imaginari poſſet, eo quod omnem & imaginationis & intellectus noſtri capacitatem longè tranſcendat: illius tamen præſentia tantæ eſt Maieſtatis, vt tanto animam horrore compleat, vt eam

*Quomodo  
in humani-  
tate ſua Do-  
minus ani-  
ma appa-  
reat.*

*Quomodo  
apparens  
ſaluatoris  
humanitas  
vocetur i-  
mago.*

*Interno vi-  
ſu omnia  
hic videtur.*

*Qualis eius  
ſplendor &  
veſtes.*

*Cur viſio  
hac ſit ter-  
ribilis.*

hic minimè necesse sit interrogare, quisnam ipse sit, aut vt aliunde hoc illa discat; satis namque ostendit, cæli terræque Dominum esse. quod in Regibus terræ huius locum non habet, qui seipsis & soli valde parui æstimabuntur, nisi regiæ pompæ schema & apparatus eos non comitetur, aut Reges se esse verbis significent.

Quam ô Domine mi, nos Christiani te parum cognoscimus; quam terribile erit videre te die illa, qua nos iudicatum venies, cum vbi etiam tam amicè ac beneuolè hic cum sponsa tua agere venis, tui conspectus & visio tanto mentem terrore compleat? Quid erit, quæso carissimæ, quando tam rigorosa & terrificata voce ad impios intonabit. *Ite maledicti*, Hoc certe vnum nobis ex hac gratia quam anima Deus præstat, memoriæ insculptum iam maneat, quod certè non mediocre bonum futurum est, cum S. Hieronymus, vir licet a deo sanctus, numquam diem hanc de memoria deponeret; atque ita fiet, vt pro nihilo reputaturæ simus omne durum quod Religionis nostræ institutum præscribit. Quid exspectamus & hæremus, cum omnis labor, quantumlibet diu is duret, non nisi ad instar momenti sit, cum illa æternitate comparatus? Dico vobis in veritate, carissimæ, me quantumcumq; improba sim, inferni cruciatus ac tormenta numquam timuisse, imo velut nihilum ea reputasse cum mecum recogitarem, quam penosum & dolorificum damnatis sit futurum, cum oculos illos tam speciosos, mansuetos ac benignos Domini, iam toruos & iratos, videre cogentur. Nam ita cor meum mihi comparatum esse videtur, vt hoc sustinere non posset. Et sic semper quoad vixi, me affectam sensi. Quomodo ergo non horreat ille, cui se hoc Maiestas ipsius modo dignata est exhibere, cum tam viuax huius apparitionis sit sensus, vt ipsum omnis sensus expertem reddat? Atque hæc sanè esse debet causa, cur post eam mox suspendatur; quod nimirum eius imbecillitatem Deus ipse adiunget, quo magnitudini eius in sublimi hac cum Deo communicatione ipse se coniungeret ac vnirèt. Cum autem satis diu in Domini huius vultum oculos intendere anima poterit, equidem id tunc visionem esse non credo, sed dumtaxat vehementem quamdam considerationem in imaginatiua fabricatam & efformatam, & velut emortuam & exanguem quamdam figuram, respectu alterius illius futuram. Certe nonnullæ (quod autem dico, scio verissimum esse; de hoc namque mecum contulere, & quidem non tres aut quatuor, sed plurimæ) tam debilis & imbecillis sunt imaginationis, vel intellectus ita efficacis (aut nescio quid aliud in causa sit) vt sic imaginando absorbeantur, vt quidquid cogitant, aut in mentem ipsis incidit, id se apertè videre (prout quidem eis apparet) asserant, quamquam, si ipsam veram visionem vidissent,

*Diei iudicij  
hortor semper  
in memoria  
habendus.*

*Illisio illorum  
qui quicquid  
cogitant,  
videre se  
putant.*

sent, certissimè & manifestissimè illusionem id esse intelligerent, nullum ut ipsi de hoc dubium maneret: quid quid enim vident, sua ipsa meti-  
 maginatione procedunt & comminiscuntur; neque id vllum alium ex-  
 inde in ijs effectum producit, quam quod frigidiores inde maneant,  
 quam si piam & deuotam aliquam imaginem vidissent.

Euidens ergo est, non esse id huiusmodi, vt magni à quoquam fieri  
 debeat, atque ideo citius memoria effluit, quam inane somnium ali-  
 quod. Verum in eo de quo loquimur, ita non fit: sed subito & inopinato,  
 nec credenti aliquid se visuram, nec tale quid cogitanti animæ, totum  
 obiectum simul & valde iunctim representatur, & magno quodam cum  
 timore ac strepitu omnes potentias & sensus eius sursum deorsum com-  
 mouet, quo ipsos deinde mox oprata illa pace frui faciat. Perinde ac;  
 dum Sanctus Paulus in terram deiectus fuit, tempestas illa & tur-  
 batio in cœlis insonuit, non aliter in mundo hoc interiori contingit;  
 ingens quippe excitatur strepitus ac motus, & ecce, in momento  
 omnia tranquilla, serena ac quieta sunt, & anima tam sublimia mox e-  
 docetur mysteria, nullo vt alio magistro opus habeat. Vera enim Sa-  
 pientia, sine vlllo ipsius labore, omnem ab ea ignorantiam discussit,  
 & ipsa ad aliquod temporis spatium mira cum certitudine manet.  
 hanc gratiam non nisi à Deo venire: & tametsi alij in contrarium multa  
 illi oggerât, nihil minus tantum, tunc quidem, ei dicere non poterunt,  
 vt timeat aliquam hic illusionem subesse; at postea confessario aliquem  
 ei timorem incutiente, à Deo aliquantulum deseritur, quo non nihil va-  
 cillet. & dubitare incipiat, an non forte ob peccata sua id ita possit fieri;  
 id tamen plane non credit, nisi, (sicuti in alijs illis rebus fieri dixi) ita se  
 rem hic habere atque in tentationibus circa res fidei, in quibus quidem  
 ingentes diabolus commotiones & motus excitare possit; non tamen  
 efficere, vt anima constans & firma in illa non perseueret: imo vero quo  
 amplius eam impugnet & impetet, eo maiorem ipsa certitudinem cõ-  
 cipit, nullatenus diabolus tanta, quantum hoc ipsum est, bona in ipsa  
 posse causare; adeo vt in animæ interioribus tantum ipse non polleat.  
 Poterit quidem id ei representare, sed non tanta cum veritate Maiestate,  
 & operationibus, quanta Dominus solet. Quod autem Confessarij id  
 perfecte videre nequeant, & quod ij quibus hanc Deus gratiam facit, eã  
 verbis satis exprimere forsitan nesciant, hinc timet; nec immerito. Qua-  
 re magna cum cautela, & circumspecte hic ambulare, & fructuum, quos  
 apparitiones huiusmodi producant, tẽpus opportunitatẽq; expectare,  
 nec non humilitatẽ, q̃ ipsa in anima procreât, ipsam quoq; ad omnẽ vir-  
 tutum studiũ amplectendũ fortitudinẽ considerare debent. Si enim dia-  
 boli id opus & inuentum fuerit, statim id ipse aliquo signo proder, & in  
 mille mēdacijs eũ deprehēdet. At, si Confessarius aliquã horũ experientiã  
 habeat

Ahor. 9.

Quam cer-  
 ta sit anima  
 nullam hic  
 illusio: em  
 subesse.

*Donum spirituum discernendum quantum sit momenti.*

habeat, & in rebus similibus aliquando sit versatus, non multo, ad hoc intelligendum, tempore opus habebit; nam quamprimum ex ipsa rei narratione & relatione percipiet, à Deo ne id, an ab imaginatione, aut diabolo proueniat; maximè, si Maiestas eius spirituum discernendorum donum ei dederit; si enim hoc habeat, nec non doctrinam & litteram, esto non nisi mediocrem habeat rerum experientiam, facili id negotio intelliget.

*Candide Confessario omnia detegenda.*

Quod vero imprimis necessarium est carissimæ, hoc est, vt magno candore, sinceritate, & veritate vos ipsas & vestra Confessario detegatis: non loquor autem hic de apertione & detectione peccatorum (hoc quippe factis certum est) sed de explicatione modi orationis. Id enim ni fiat, dicere non ausim, vos bonâ viâ ambulare, nec Deum esse qui vos doceat; vt pote qui quam maximè cupit, vt cum eo qui ipse Vicarius est eadem cum veritate ac claritate agatur, qua secum ipso; volendo vtiq; vt is nostras cogitationes, etiam minimas; nedum opera & facta, perspectas habeat. Neque est, vt hoc vos vllatenus turbet aut inquietet; nam etiam si res hæc minimè sit à Deo producta, si tamen humilitatem & bonam conscientiam habueritis, nullum inde vobis damnum proueniet; nouit namque Maiestas eius à malis bonum elicere, & facere vt quâ vobis viâ dæmon iacturam inferre satagebat & volebat, amplius lucrum referatis: existimantes enim, Dominum esse, qui vobis tam singulares gratias & mercedes facit, ad magis illi placendum, figuramq; eius iugiter in memoria habendam connitemini. Vt enim vir quidam apprime doctus dicere solebat, egregius pingendi artifex diabolus est: addebatque, si quidem is Dominum Iesum maximè ad viuum sibi repræsentaret, minimè id sibi molestum fore, vt scilicet per illam figuram deuotionis spiritum in se excitaret, & proprijs dæmonem armis impeteret ac iugularet. Nam, quantumlibet imperitus & ineptus sit pictor, non propterea minùs honorari & coli debere imaginem quam pingit, dummodo sit illius, qui est vnicum bonum nostrum, scilicet Iesu Christi. Vnde non poterat non summopere displicere illi, quod faciendum nonnulli suis consulunt, vt, scilicet, cum aliquam vident visionem, illam ex-

*Regis nostri imago vbiuis & quomodocumq; depicta, honoranda.*

sibilent & explodant: dicebat enim, nos, vbicumque demum Regem nostrum depictum videremus, eum honorare & colere debere. Et sanè, merito eum sic censere video: nam etiam hoc, in mundo quis indignaretur, si imaginem eius quem amicum haberet, ab alio quoquam id genus contumelijs & iniurijs affectâ sciret. Quanto ergo potius, ac maiori iure ipsam Domini crucifixi effigiem, aut aliam quamcumque Imperatoris nostri imaginem sepe nos reuereri par est: Esto hac de re alio in loco scripserim, volupe tñ & iucundum mihi fuit ipsum hic repetere; eo quod

quam-



quam dā, cū hac ratione ad se ipsam iuandam vti iussa esset, permultum inde afflictam fuisse vidi. Nescio quis hanc primò adinuenerit, adeò ad torquendū propriam & aptam, & illam quidem quæ aliud nihil facere potest quàm obedire, si quidem tale quid faciendum Confessarius præscribat & suadeat, & quæ se se perditam ire putet, nisi ei suadenti morem gerat. At meum consilium est, vt, quamuis ipsi tale quid vobis suadeant, hanc illis cum modestia & humilitate rationem depromatis, & quod consulant, minimè admittatis. Summopere verò mihi quadrarunt, bonæ illæ rationes, quas mihi suggestistis, qui de hac re mecum tractauit.

Magnum certè anima ex huiusmodi Dei gratia lucrum refert, quod scilicet, cū de ipso, vel eius vita ac Passione, cogitat, mansuetissimè & pulcherrimè illius vultus recordetur, quod certè summi solatij res est: vti etiam hoc in mundo maioris consolationis est, quempiam, qui multa nobis beneficia confert, vidisse, quam si numquam eum nouissemus. Equidem dico vobis, tam sapidam memoriam ac recordationem permultum vtilitatis continere: tamen & alia præterea bona & comoda secum vehat. Verùm, cū de harū rerum effectis tã multa iam dixerim, & plura adhuc dicenda supersint; hinc ad alia non transibo, nisi vos antè studiosè commonuero, vt, licèt sciatis huiusmodi Deum gratias animabus præstare, numquam tamen eum rogetis, nec desideretis, vt hac vos viâ conducatur. nam quamuis vobis ea valde bona, magnique facienda videatur, ob aliquas tamen causas minimè eam expedit aut conuenit rogare. Primò, quidam humilitatis est defectus, petere vobis dari & concedi id, quod numquam commeruistis; vnde mihi verisimile fit eam, quæ hoc desideratura est, non multum humilitatis habituram. Sicut enim vilis & obscurus opifex mechanicus procul abest, vt Rex esse velit, eò quòd hoc ei factu impossibile videtur, quoniam id minimè promeretur; sic & verè humilis, ab huiusmodi rebus desiderandis nimis quàm remotus est. Et ipsa mihi persuadeo, eas numquam nisi ei qui humilis erit, dandas; antè namque quamdam sui ipsius notitiam, quàm id genus gratias præstet, Deus solet conferre. Porro, quomodo quæ tales in se cogitationes semel admittet, verè sibi persuadeat, adhuc nimis quàm magnam sibi gratiam fieri, quòd in infernum non sit detrusa: Secundò, quia certissimum est, ipsam deceptum iri, aut certè in maximo, vt decipiat, periculo versari: cum nonnisi paruulam portam patentem & apertam videre diabolus opus habeat, vt mille nobis insidias struat. Tertiò, quando ingenti rei cuiusdam desiderio homo tenetur, ipsa imaginatio, quin & ipsemet homo, id ipsum quod desiderat, videre se & audire putat; sicuti iis qui

*Vultus Dei  
mini anima  
vbiq; recor-  
datur.*

*Nō est Deus  
rogandus,  
vt hac quæ-  
quam via  
conducatur.*

*Id petere de-  
sideratus humi-  
litis est.*

per diem aliquid ardentè concupiscunt, & identidem de illo cogitant, id ipsum de nocte inter somnandum occurrere solet. Quartò, nimis quàm magnæ audaciæ esset, te tibi viam velle eligere, cum nescias quænam tibi plus alijs expediat; sed Domino res hæc committenda est, utpote qui te nouit, ut per illam iste te viam con-ducatur, per quam potissimum te ducere voluerit. Quintò, patasne eorum, quibus has Dominus gratias facit, labores paruos esse? parui certè non sunt, sed maximi & multiplices: & vnde nosti, te illis ferendis partem fore? Sextò, quia forsitan hoc ipso, è quo lucrum te facturum sperabas, damnum referes, uti contigit Sauli Regi. Sunt porro præter has, carissimæ, & multæ aliæ causæ: mihi verò credite, longè securissimum esse, aliud nihil velle, quàm ut sanctissima Dei voluntas circa nos fiat. Nos ipsas ergo in ipsius manus conijciamus; amat quippe nos plurimum: nec errare vniquam poterimus, si resoluta & determinata cum voluntate semper in hoc perseueremus.

*Obplures !  
gratias non  
plus recipi-  
tur gloria.*

Notandum porro, non eo, quòd multas id genus gratias recipiatis, plus propterea vos gloriæ promereri, imò verò idcirco magis nos ad ei seruendum teneri. Quantum verò ad amplius merendi facultatem spectat, eam Dominus minimè nobis eripit, cum in nostra manu posita sit. Adeo ut multi sint sancti, qui nunquam sciverunt quid esset aliquam istarum gratiarum recipere; alij è contrà, eas recipiunt, & tamen sancti non sunt. Neque etiam cogitandum est, hæc gratias continuas esse; imò cum semel illas Dominus confert, magnis certè eas laboribus velut vendit. Vnde anima non tam cogitat, an eas vltèrius & amplius receptura sit, quàm quomodo iis dignam se præstet, & uti debeat. Verum quidem est, magno eas adiumento esse debere, ad virtutes in altiore & perfectiore gradu obtinendas, attamen, qui has laboris sui impendio habebit comparatas, longè plus merebitur. Scio vnam, quin & alias duas personas, quibus id genus gratias Dominus præstiterat ( harum vna erat vir. ) ita per illas, ad illius Maiestati seruendum, (& quidem suis sumptibus, nullamque de magnis illis consolationibus spiritus sentiendo ) accensas, quin & ita pro eo patiendo cupidas fuisse, ut cum Domino velut expostularent & conquere- rentur quod eas sibi daret, ac, si quidem datas non admittere potuissent, haud ægrè eis caruissent. Consolationibus spiritus inquam, non autè iis de quibus hic loquor visionibus ( vident quippe quantum de- mùm hinc sibi boni proueniat, & sanè plurimæ sunt faciendæ: ) sed iis, quas Dominus inter contemplandū, dare solet. Sunt & hæc, ut verum fatear, desideria ( prout mihi quidè videtur ) supernaturalia, & anima-

rū valdè Deum amantium propria; earum inquam, quæ vellent videret Dominus, non stipendii & mercedis causa se illi seruire ( atque ideo etiam numquam ipsis in animum venit, se ob vllum opus gloriâ donandas, quo sese per hanc magis ad ei seruendum exstimulent : ) sed tantum vt amoris morem gerant & satisfaciant, cuius natura & proprium est, semper diuersimodè ac multifariam operari. Mille si quidem posset, anima modos & rationes adinuenire vellet, ad se in ipsum annihilandam, & si quidem opus sit, ad maiorem Dei gloriam, vt semper ipsa annihilata maneat, quam libentissimè certè ad hoc sese offeret. Sit autem ipse in perpetuum laudatus, Amen; quod, sese ad cum tam miseris ac miserabilibus creaturis agendum dimittens, magnitudinem suam manifestare velit.

## CAPVT X.

LOQVITVR DE ALIIS GRATIARVM GENERIBVS, QVAS

*anima Deus longè alio quàm suprâdictas modo, præstat,*

*deque insigni qui inde consequitur fructu.*

**M**ultis varijsque modis se Dominus animæ per apparitiones hæc communicat; modo quidem, quando in afflictione & tristitia posita est; aliàs, quando magna aliqua molestia aut tribulatio ei imminet; aliàs denique vt Maiestas illius cum ipsa delicietur ac recreetur, vel ipsam etiam recreet. Non est autem necesse carissimæ, me singula hæc magis in particulari declarare ( cum hoc mihi propositum minimè sit ) sed singulas, quæ hac in via sunt, differentias, quousque quidem eas ipsa cognoscam, vobis exponere; vt, cuiusmodi illæ sint, & quos post se relinquunt effectus, ipsæ intelligatis; ne videlicet sinistrè nobis persuadeamus, quamlibet imaginationem, visionem esse; ac ne, cum vere talis erit, scientes eam & possibilem esse, & dari posse, propterea turbemini, aut introrsum affligamini. multum quippe inde diabolus lucratur, ac iucundissimum ei spectaculum est, cum aliquam animam inquietam videt; cernit namque hanc inquietudinem miro impedimento ei esse, quo minus se totam in Deo amando ac laudando impendat. Alijs verò modis, multò sublimioribus, & minus periculosis Maiestas ipsius se animæ communicat; quos diabolus ( prout mihi quidem videtur, & ego credo ) imitari non poterit; atque inde est, quòd valde difficulter exprimi queant, quoniam quid in primis occultum sunt; imaginariæ verò & facilius, & melius exponi possunt.

*Nō est quod  
turbemur,  
cū vera vi-  
sio à Deo da-  
tur.*

*In suspensio  
quomodo a-  
nima super-  
ueniat.*

Itaque, vbi Domino visum fuerit, animæ iam in oratione agenti, omniumque sensuum suorum bene compoti, derepentè & inopinato, suspensio quædam superuenit, in qua insignia & diuina quædam arcana Dominus ei manifestat, ita liquidè, vt in Deo ipso eadem videre sese putet: hæc quippe, non sunt sacratissimæ humanitatis visiones. Et esto, eam quid videre dicam; reuera tamen nihil videt; non enim imaginaria visio est, sed planè intellectualis; in qua euidentissimè ei videtur datur, quomodo res vniuersæ in Deo videantur, & in se eas ipse contineat. Estque hoc ipsum cum primis vtile; licet enim in momento pertranseat, menti tamen quàm profundissimè insculptum manet, maximantque in ipsa confusionem causatur, liquidiusque iam patet quantam in Deum committamus iniuriam cum Deum peccando offendimus; quæ in ipso met (cum in ipso constitutæ simus) aduersus ipsum maximas has malitias committimus.

Similitudinem quandam hic adferre volo, qua quod dico meliùs intelligatis. Fingamus ergo cogitatione, Deum velut habitaculum aut palatium quoddam esse, tum magnitudine, tum decore & pulchritudine excellens, in eoque mundum quantus quantus est, contineri. Poteritne peccator, quo nequitiam & peccatum suum admittat, ab hocce palatio recedere ac se subducere? Nequaquam certè. Sed in Deo ipso omnes, quas nos peccatores committimus abominaciones, turpitudines & nequitia geruntur & fiunt.

Orem terribilem, & summa consideratione dignam, tum verò & nobis quæ parum nouimus, & quæ nec hæc veritates possumus intelligere, cum primis vtilem. Si enim eas intelligeremus, impossibile sanè foret, nos in ausus tam stolidos & temerarios abire.

*Non debe-  
mus ob in-  
iurias indi-  
gnari cum  
Christi tã-  
sas intra se-  
ipsū à nobis  
sustineat.*

Ingentem Dei misericordiam & patientiam consideremus, carissimæ, quòd nos non statim hoc in loco à terra dehiscente absorberi faciat. proinde quam maximas possumus pro hoc gratias illi agamus; & pudeat nos indignari & ægre ferre, si quid contra nos ab aliquo committatur aut dicatur. Est enim res totius mundi indignissima, videre nos tantas intra seipsum à creaturis suis creatorem nostrum iniurias sustinere, & nos ob verbum aliquod in nos absentes, & fortassis non ex sinistra aliqua intentione prolatum indignari. O miseriam humanam! quando tandem, carissima, magnum hunc Deum aliqua in re imitabimur? Agedum igitur, nihil omnino nos facere credamus, quòd iniurias æquanimiter sustinemus, sed omnia quàm libentissimè perferamus, quoniam & eas inferentes cordialiter amemus & complectamur; cum Dominus hic, esto eum grauius & sapius offenderimus, numquam nos amare cessarit; ac proinde meritò ac non sine ratione

ratione vult, omnes vt ignoscant & dimittant, quæcumq; demum ipsis iniuriæ ac mala inferuntur.

Dico autem vobis, carissimæ, tametsi visio hæc cito pertransseat, eam nihilominus singularem quandam Dei gratiam esse, quam animæ facit, si quidem ipsa inde commodum & vtilitatem elicere velit, eam vt plurimum & assiduo præsentem & præ oculis habendo. Fit ea etiam citò & celeriter, eoque modo, vt verbis explicari nequeat, vtique talem in seipso veritatem declarante, vt cunctas quæ in creaturis reperiuntur veritates, inobscurare & offuscare videatur, vt simul ad oculum liquidò ostendat, quòd ipse solus sit veritas, quæ mentiri ac fallere non potest. Atque hinc faciliè intelligitur id, quod Psalmista quodam in psalmo ait, *Omnis homo mendax*. quod certè nunq̄ ita apertè intelligeretur, quàm libet sapiùs audiretur, id veritatè esse, quæ nequit mentiri. Venit hic mihi in mentem eius, quòd Pilatus tam multa à Redemptore nostro Iesu in passione quæsiuit, postquam ipse ei dixisset, quod ipse esset Veritas; quamq; nos de summa hac veritate hîc in terra parû intelligamus. Vellè hoc posse apertiùs & pluribus hic ostendere; sed ipsum verbis declarari nequit. Hinc ergo discamus, carissimæ, bonû fore, vt, quòd in aliqua saltè re Deo & sponso nostro cõformemur, hac in veritate semper ambulare procuremus. Non solùm, vt ab omni mendacio abstineamus (video namque Deo laus, hisce in domibus magnam satis ab vnaquaque curam & studium adhiberi, ne quod cuiuscunque etiam rei gratia, mendacium loquatur) sed etiam, vt in veritate coram Deo & hominibus, quibuscumque demum modis poterimus, ambulemus, præsertim non cupiendo, vt meliores habeamur quàm reuera simus; in omnibus autem operibus nostris Deo dando quod suum est, nobis ipsis verò quod nostrum; veritatè deniq; omni ex te elicere satagendo: [itaq; fiet, vt hunc qui quãtus quantus est, nõnisi mendaciũ & falsitas est, parui pendamus.

Quadam vice mecum ipsa considerabam, ecquid in causa esset, quod Dominus noster Iesus hanc virtutem humilitatis adeò diligeret, & ecce derepentè mihi, nihil minus cogitanti, occurrit, id eo fieri, quod Deus summa sit veritas; humilitatis autem sit in veritate ambulare: maxima quippe veritas est, nihil de nobis ipsis boni, sed esse nos nonnisi miseriam & merum nihil, cogitare: Quisquis vero hoc non intelligit, ambulare eum in mendacio; qui autem melius cognoscet & intelliget, summæ Veritati, eò quòd in ipsa ambulet & versetur, acceptiorem fore. Utinam verò carissimæ, hanc nobis Deus opt. max. gratiam faciat, nunquam vt hanc nostri ipsarum cognitionem seponamus! Amen,

Ideo porro istiusmodi gratias Dominus animæ facit, quod ei, velut

*Qui visio  
hæc celeri-  
ter fiat.*

*Psal. 115.*

*Ioan. 18.*

*Cur Deus  
humilitatè  
diligat.*

*Cur tales  
gratias ani-  
ma faciat.*

mnibus facere, aliquam rerum in quibus eam ipsa facere debeat, nec non magnalium suorum notitiam dare velit. Neque verò est vt plura quoad hoc hic adferam: quin & ideo duo hæc sum profecuta, quod insignem mihi vtilitatem continere viderentur. Similibus enim in rebus non esse quod timeamus, sed Dominum laudemus, quod eas nobis concedat: diabolus enim, meo quidem iudicio (imò ne quidem propria imaginatio) parum hic accessus habent; itaque anima magna in pace & satisfactione manet.

## C A P V T X I

DE DESIDERIIS QVIBVSDAM DEO FRVENDI, QVÆ ANIMA ipse dat, ad eò quidem intensis & impetuosis, vt etiam vitæ admittenda periculum, ei creent, agit, nec non de fructu, qui post hanc Domini gratiam in ipsa remanet.

**A**N vero omnes has gratias, quas sponfus animæ ià prestiterit satis esse putatis, vt sic columbulæ vel papiliunculus (nolite enim putare, me eius oblitam esse) contenta & quieta sit, & locum iam sibi deligat, vbi moriatur? minimè, imò verò multò inde fit inquietior peiusque habet. Tametsi enim iam ad multos annos, hosce fauores receperit, semper nihilominus gemebunda incedit & in lacrymas colliquefcens; nam post vnumquemque eorum, maior illam grauiorque excipit afflictio & angustia. Cuius rei hæc est causa; quòd enim Dei sui magnitudinem magis magisque indies cognoscat, adeoque se ab eo fruendo absentem & separatam cernat; hinc eius videndi desiderium indies maius & intensius fit: nam crescit pariter & amor, quo nimirum magis intelligit & ei innotescit, quam magnus hic Deus ac Dominus sit amari dignus. Et isthoc annorum spatio desiderium hoc ita paulatim per omnem modum crescit, vt tantum ei tormenti, atque mox dicam, causetur. Dixi annos, vt ijs quæ passa est persona illa, de qua iam supra sum locuta, conformia dicam, cum sciam non esse, vt quis aliquem Deo terminum statuatur, quod is in momento animam ad altissimum eorum quæ hic dicimus, gradum perducere possit. Maiestas quippe eius potens & facere, quodcumq; voluerit, & ad nostri causa plurima facienda desiderantissimus ipse ac promptissimus.

Accidit ergo interdum hõs angores, lacrymas ac suspiria, & ingètes illos, de quibus supra egimus, impetus (omnia quippe hæc ab amore nostro, magno quodam cum sensu, promanasse videntur; verum vniuersa hæc nihil sunt, respectu & comparatione eius de quo nunc tractabimus; videntur namque esse ad instar ignis, cuiusdam non ardentis, at fu-

*Cur anima post multas gratias acceptas sit in quietior.*

*Desiderium Deo fruendi quomodo & vnde in ea crescat.*

at fumigantis, & quitolerari queat, est non sine dolore & afflictione ita esse vehementes, vt anima, dū ita intra se ipsam æstuat, & ardendo prope consumitur, ad minimam quamdam cogitationem, aut ob verbum aliquod auditum ( quod nimirum hora mortis tam diu differatur ) aliunde ( vt tamen nesciat vnde, aut quomodo ) velut ictum quemdam, aut potius igneum quoddam iaculum sibi infligi sentiat. Non dico tamen; id, iaculum esse; quidquid sit, liquido videre est, non potuisse id à natura nostra, aut à nobis prouenire. Neque etiam ictus id est, esto ictum id esse dixerim, interim tamen acute ferit; neque ( quantum mihi quidem videtur ) illa in parte, qua hęc dolores sentiri solent, is infligitur, sed in profundissimis & intimis animæ penetratibus; vbi fulgur hoc, quam citissimè pertransiens, quidquid huius terræ, corporis inquam nostri, inuenit, comminuit, & in puluerem redigit; cum toto illo tempore quo id durat, impossibile nos sit meminisse alicuius rei quæ ad esse nostrum spectat: ita namque id potentias in momento alligat, vt ad nihil omnino faciendum libertatem ac facultatem tunc habeant, nisi ad id solum, quod hunc dolorem adaugeat. Nolim, hæc vobis per hyperbolem aut exaggerationem dictum videri; cum vere videam me adhuc nimis quam pauca de hoc dicere, eo quod id bene dici nequeat. Est hoc sensuum omnium ac potentiarum raptus, & talis, vt nihil iuuet quo minus afflictio ista sentiat: siquidem intellectus ipse admodum viuax & vegetus est, ad doloris causam intelligendam, quod se nimirum anima à Deo suo absentem videat: quin & Maiestas ipsius ad hunc etiam aliquo modo cooperatur, cum tam viuam sui per id tempus in ipsa notitiam excitat, vt pœna & dolor hic vsque eo increseat, vt quæ eum sentit persona, in magnos etiam clamores subinde prorumpat, quantumuis alioqui ipsa patiens, & ad ingentes dolores ferendos satis exercitata sit. At tum quidem aliud ipsa facere non potest, neue hoc impedire; hæc quippe pœna non in corpore, sed in animæ interioribus sentitur. Hinc illa ipsa, de qua antè egi, collegit, quanto huius sensus & dolores viuaciores sint, quam corporis; simul quoque ei declaratum & repræsentatum est, istiusmodi dolores esse quos additi purgatorio perferunt: etenim quod corpore careant, non id in causa est, vt non multo plura patiantur & durius affligantur, quam vniuersi homines qui corpus habent. Et sanè quamdam ita comparatam vidi, vt reuera iam illam emorituram putarem: nec certe mirum id esset, quod euidentem moriendi periculum homo tunc vere adeat. Vnde, tamen si id quam breuissimo temporis spatio duret, corpus valde luxatum, enerue, & dissolutum relinquit, & hoc ipsum, illo quidem tempore, arterias

*Vulnus à  
diuino amo  
re infligitur  
qui iacet.*

*Dolor ani-  
ma inten-  
sior quam  
corporis.*

pulfatiles ita segnes & debiles habet, ac si iamiam animam Deo veller reddere. Neque sane mirum id est: naturalis siquidem calor ei deficit, & alius ille ita eam adurit, vt, si adhuc paulo amplius hic increseat, ipsum certe quod habet, moriendi desiderium Deus sic completeret. Non, propterea quod aliquem in corpore tunc dolorem sentiat; quamuis (vt iā dixi) ipsum ita luxatum & elumbatum sit, vt nullas exinde, ad duos resve dies, vires vel ad aliquid scribendum habeat, intensosque cruciatus sentiat; quin etiam semper deinceps debilius quam prius erat, manere videatur. Quod vero illos non sentiat, haud dubie provenit ex eo, quod interior animæ sensus intensior & viuacior sit; vnde fit vt nullam corporis ipsius rationem habeat, etiamsi frustillatim ipsum discerneretur.

*Quomodo  
se etiam in  
corpore re-  
dundet.*

Dicetis mihi, imperfectionem hoc esse; & cur se anima illa diuinæ voluntati non conformet, cum iam tum se totam ei tradiderit ac consecrarit? Hactenus quidem ipsa id facere potuit, sicque etiam vitam suam transegit; nā vero id penitus facere nequit. Hoc namq; rationis sentimētum habet quod vitæ, ipsa dominium iam ac potestatem non habeat, nec ad aliud se eam habere cogitare possit, quam vt ipsam affligat: cum enim à bono suo absit, ad quid & quorsum viuere velit? Sentit præterea miram & incognitam quamdam solitudinem, vt nec omnes, qui in terra sunt, eam societate sua recreent, ac credo ne quidem calites recreare possent, nisi præsentem habeat eum quem amat, imo vero omnia illam cruciant. At videt, se esse ad instar alicuius qui in aëra suspensus est, qui nec in vlla re terræ huius sedem figit, nec ad cælum potest ascendere. Siti hac ardet, nec tamen ad aquā peruenire potest: neq; talis hæc sitis est, vt tolerari queat; sed quæ iam tam vehemens sit nulla vt aqua posset extinguī (imo ne eam quidem extinguī cupit) nisi illa tantum aqua, de qua cum Samaritana Dominus locutus est: & hæc ei non propinatur nec datur.

*Quæ inten-  
sio sit.*

Quam te, ô Deus & Domine meus, ab amatoribus tui subducis, & eos crucias! Sed modicum sunt omnia, cum eo collata, quod eis postea datur par est, vt quod multum est & magnum, magno constet. quanto vero potius, quod hæc anima hac ratione purificetur, quod in septimam mansionem intrare mereatur (sicuti eas quæ in cælum admittendæ sunt, prius in purgatorio purgari & mundari oportet.) Tam verò hocce pati, parum & modicum est, quam si quis aquæ guttam in mare vastum proiiceret. Quanto verò magis, quod per omne hoc tormentum & afflictionem, quo, (vt ego quidē credo) nullum inter omnia quæ in terra sunt, maius & acerbius dari potest (hæc enim persona, de qua ago, multa quidem tum corporalia, tum spiritualia passa erat, omnia tamen illa pro nihilo repu-



reputabat, si cū isthoc compararentur (anima p̄nā hanc tantū esse pr̄erij sentiat, vt numquam tale quid promereri se potuisse intelligat? hęc tñ sensio huiusmodi non est, vt aliquod ei pr̄stet alleuiamentum. Interim tamen hanc p̄nā quam libentissimē fert, & si quidem Deo ita videretur, toto vitæ suæ tempore eam sufferre parata esset; esto id non esset semel, sed quotidie & assiduo mori. Et certe minus quid id non est.

*Dolor hic  
quanti s̄o  
preij.*

Consideremus ergo, carissimæ, eos qui in inferno constituti sunt, qui nec hanc cum Deo voluntatis conformitatem, neque hanc pacem & gaudium quam animæ Deus dat, habent, & suum pati nequidquam sibi prodesse vident, sed & semper magis & magis (magis inquam, quod ad p̄nās accidentales spectat) se pati cum anima tormentū omnibus corporis cruciatibus multo sit grauius & intensius, & illa quæ ipsi patiuntur, incomparabiliter grauiora eo de quo iam antè hęc egimus. tū vero maximè; quod videant, illa semper & in perpetuum duratura. Ah! quid in felicibus illis ac miseris animabus erit? & quid nos quæso, in vitæ hac adeo breui facere aut pati possumus, quod non parui faciendum sit, quo nos à tam horrendis, grauib; & æternis tormentis liberemus?

Equidem dico vobis, carissimæ, nullis exponi à quopiam verbis posse, quàm sensibile & dolorificum sit ipsum pati animæ, & quam id longe diuersum sit ab omni eo quod corpus patitur, nisi quis id de facto & re ipsa experiat, ac nisi Dominus ipse id nos intelligere velit vt hoc pacto melius intelligamus, quam ei multum debeamus, quod ad eum nos statim vocauerit, in quo per ipsius misericordiam spem habemus, fore vt ab his nos liberet, & peccata nobis nostra condonet.

*Pati animæ  
quàm sen-  
sibile sit.*

Verum, ad id quod dicere cæperamus, ad animam hanc, inquam, quā in magna grauique afflictione reliquimus reuertamur. Certe hęc, cū tam intensa & extrema est, non diu durat, ad summum (vt mihi quidem videtur) non nisi tres quatuorue horis: nam siquidem diu duraret, humana & naturalis infirmitas, nisi miraculose Deus cooperaretur, eam sustinere non posset. Contigit nonnumquam, vt in ea quam dixi non nisi ad horæ quadrantem durarit, ipsa patiens tamen, velut contusa & in frustra dissecta videretur. Hoc autem certum est, ipsam tunc quidem omnem sensuum suorum vsum amisisse: tanto scilicet cum rigore ac vehementia p̄nā hęc ei superingruebat. Euenit autem id ei vltimo festorum Paschalium die, cum & inter alias personas ageret, & omnibus festis Paschalibus tantam mentis ariditatem sensisset, penè vt nesciret Pascha esse; euenit autem id occasione vnus verbi quod audiebat, quod scilicet mors tam diu differebatur, vita vero tam esset diuturna.

*Cur p̄nā  
hęc non diu  
duret.*

*Ei resistere  
non quib;*

Non magis vero quis p̄næ huic resistere potest, quā quis in igne

coniectus efficere, vt flamma ad ipsum comburendum calorem non habeat. Neque etiam is doloris sensus est, vt eum dissimulare facile sit, vt praesentes non euidenter intelligant manifestum vitæ periculum. in quo ipsa agit; esto eorum quæ intra ipsam geritur, testes esse nequeant. Verum quidem est, illos ei aliquod contubernium præstare, sed id ei tunc tale est, ac si non nisi vmbrae quædam essent, quin & vmbatica ei videntur omnia, quæ terræ & mundi huius sunt.

*Naturalis  
nostra in  
firmitas his  
se potest im  
miscere.*

Porro vt videatis (si fortasse id aliquando vobis accidat) debilitatem & naturam nostram hic se posse immiscere, contingit subinde, animam eo in statu constitutam in quali eam vidistis, vt præ mortis desiderio velut emoriatur, cum videlicet eousque premitur & angustiatur, vt iam tum nihil prope ei ad è corpore euolandum deesse videatur; verè timere, velleq; vt dolor hic non nihil se remitteret, ne sic ipsa emoriatur. Facile hic intelligere est, timorem hunc à naturæ infirmitate proficisci, cum ex alia parte hocce desiderium eius non cesset aut minuatur, neque etiam possibile sit hanc eius afflictionem auferri, quoad usq; eam auferat Dominus: quod prope semper per magnum aliquem raptum aut visionem fit, in qua verus ipse consolator eam solatur & corroborat, vt tamdiu adhuc, viuere velit, quamdiu ipse eam viuere vult. Est hoc quidem valde pœnosum; magnos tamen quosdam anima inde acquirit effectus, metumque omnem, quo labores qui ei possent accidere metuere posset, excutit: nam hi cum sensu & dolore tam pœnoso, quem anima sua sensit, comparati nihil prope ei esse videntur. Tantum porro ipsa inde proficit, vt ei volupe & gratum esset sæpius eum sustinere. Verum ne hoc quidem vt faciat in eius est manu, vti nec facere vt iterum hoc ipsum sentiat, quoad usque Dominus velit; sicuti nec vlla suppetit ratio, ad ei, quando occurreret, resistendum. Iam quoque magis, quam ante solebat, mundum contemnit, quod cum viderit & experta sit, à nulla se eius re suo in tormento adiuuari potuisse; ad hæc magis ab omnibus rebus creatis effectum sum diuellit & separat, quod à solo Creatore sibi consolationem venire, & animam suam satiari posse videat; denique magis anxia & circumspecta incedit ad eum peccato non offendendum, quod videat, eum, cum ipsi placuerit, & consolari & affligere posse.

*Duo sunt  
qua in via  
spiritali  
periculum  
creantur.*

Duo mihi in hac via spiritali esse videntur, per quæ aliquod vitæ nostræ creati periculum potest. Primum est illa, de qua hic loquimur pœna, quæ vere periculosa est; alterum verò, valde excessiuum gaudium & delectatio, quod quidem in eas animam redigit angustias & extremitates, vt ipsa deficere & elanguiere videatur, adeo vt non nisi vel minimum ad è corpore emigrandum ei desit, & parum à morte distet.

Act. Et certe si sic emigraret, non modica id illius felicitas foret.

Hic ergo videbitis, carissimæ, an non merito supra dixerim, magno in his omnibus animo opus esse, & Dominum, si quando quid tale ab eo petetis, merito vobis dicturum id, quod olim filijs Zebedæ respondit, an calicem eius bibere possent? Omnes, quotquot sumus, carissimæ, responsuras nos credo nos posse. Nec immerito. Maiestas quippe illius dat robur & vires ei, quem viderit ijs opus habere, quia & istiusmodi animas in omnibus tuetur ac protegit, proque ijs in persecutionibus & obloquijs aliorum respondet, sicuti eum Mariæ Magdalenæ patrocinium suscepisse constat. Si non id faciat verbo, opere saltem facit & facto. Denique ad extremum, antequam è vita discedant simul & semel (vri iam iam videbitis) omnia compensat & retaliatur. Sic ipse in sæculum sæculi benedictus, & laudent eum vniuersæ creaturæ eius. Amen.

*Animos sã  
animas Do-  
minus sus-  
cipit.*

## MANSIO SEPTIMA.

*Quatuor hæc capita complectitur.*

### CAPVT I.

LOQUITVR DE MAGNIS GRATIIS, QVAS DEVS IIS  
præstat animabus, quæ iam in septimam mansionem sunt ingressæ. Dicit præterea, esse  
aliquam (prout quidem ipsi videtur) inter animam & spiritum differentiam,  
est hoc vnum quid sint. Multa hic sunt notata  
dignissima.

Forſitan vobis, tam multa de via hac spirituali dixisse videbor, carissimæ, nihil vt quod vitra dicatur, super esse videatur. Erraret sanè non parum, si quæ hoc sibi persuaderet; nullos enim magnitudo Dei habet terminos, vt nec operæ eius habebunt. quis plene misericordias & magnalia eius dinumerare poterit? Hoc certe impossibile esset. Atque ideo nolite ob ea quæ dicta sunt hæctenus, aut etiam deinceps dicentur, vsque adeò mirari aut consternari; cum hæc ipsa non nisi velut punctum quoddam sint eorum, quæ de Deo dici & commemorari possunt. Nimis quàm magnam certe misericordiam nobis præstat, quod hæc alicui personæ communicarit, vt per eam eorum habere cognitionem possimus: nam quo plus cognoscemus, eum creaturis suis se communicare & familiarem reddere, eò etiam amplius magnitudinem ipsius dilaudabimus, & animam, quacum Dominus ita dislauia-

*Plurima de  
Deo dicem-  
da sunt.*

tur ac deliciatur, non parui facere conitemur: cum verò vnaquæque nostrum talem in se animam habeat, nec eam ipsæ tanti faciamus, quanti fieri meretur creatura ad Dei imaginem facta, hinc etiam non intelligimus magna, quæ in ipsa continentur arcana.

*Gratiam ad  
scribendum  
regni S. M.*

Vtinam Maiestas eius, (si quidem ei placuerit) calamus meum dirigat, mihi que modum suggerat, ad è tam multis illis, quæ hic dicenda sunt, & quæ Dominus iis, quos in hanc mansionem introducit, reuelat saltem aliquid vobis exponendum. Instanter hoc Maiestatem eius rogavi, cum norit ipse, non aliam meam intentionem & scopum esse, quam, ne eius misericordiæ occultæ maneat, vtque sanctum nomen eius magis laudetur & celebretur. Spero equidem, carissimæ, illum etsi non tam mei, quam vestri causa, hanc mihi gratiam concessurum; vt hac ratione noueritis, quantum vestra interfit, sponsum vestrum matrimonium hoc spirituale cum animabus vestris celebrare, cum id tot tantaque bona secum ferat, vt ad oculum mox videbitis; ac ne per vos stet, quo minus ipsum celebretur.

*Eius humili-  
tatis,*

Videtur sanè, ô magne Deus, creatura tam misera atque ego sum, contremiscere, dum rem ad è ab eo quod ipsa intelligere meretur, alienam tractare proponit. Et certum est, me in magna confusione & perturbatione fuisse, deliberando mecum, annon melius ac satius foret, paucis mansionem hanc percurrere, nec diutius in ea morari, quòd putem homines cogituros, id me non nisi per experientiam nosse. quòd certè magnum mihi ruborem incutit: cum enim sciã qualis ipsa sum, terribilis sanè mihi res id est. Ex altera verò parte hæc opinio mentatio quædam & debilitas mihi esse videtur, quidquid demum de hoc ipso iudicetis & opinemini, dummodo Deus vel paulo plus laudetur, & melius cognoscatur, ac licet totus mundus mihi etiam ogganniat & post me clamet; idque eo magis, quòd ipsa fortasse prius futura sim mortua, quàm hæc ad aliorum oculos veniant. Sit ipse benedictus, qui semper viuit & victurus est. Amen.

*Quædo Do-  
minus a  
anima in  
septimam  
mansionem  
introducatur.*

Quando ergo Dominus compati dignatur iis quæ anima hæc (quam spiritualiter iam suam in sponsam accepit) per ardens desiderium suum patitur, & hætenus passa est, eiusque commiseratione tangitur; priusquam spirituale matrimonium consummetur, in suam mansionem, quæ est hæc septima, eam introducit: nam sicuti in cælo aliquam mansionem habet, ita & in anima quamdam habere stationem & habitaculum debet, in qua Maiestas ipsius sola habitet. quòd nõ immeritò alterum cælum vocare possumus. Per magni enim nostra refert, carissimæ, nos nobis non persuadere, animam obscuram quid esse nam quòd eam non videamus, hinc vt plurimum videri nobis possit, nul-  
lam

Iam dari lucem internam, sed solum externam quam oculis conspici-  
mus, quasdam in anima verò nostra tenebras & caliginem esse. De  
ea quæ in gratia Dei non est, id fateor esse verum, eamque in tene-  
bris agere, id tamen non tam defectu Solis iustitiæ qui intra ipsam ver-  
satur esse ei dans, quam quòd ipsa ad lucem recipendam inepta sit,  
vti in prima mansione dictum est. Quocirca, carissimæ, quam possu-  
mus maximè studiosissimeque Dominum rogemus pro iis qui in pecca-  
ti mortalis reatu agunt, quod certè luculenta & bona quædam eleem-  
osyna erit. Si enim Christianum aliquem validissima quadam catena,  
manibus post terga reuinctis, palo alicui affixum, ac præ fame prope  
emorientem videremus, id que non tam defectu & carentia cibi (quem  
iuxta se habet lautissimum) quam quòd eum manu accipere, ad ori-  
gerendum, nequeat; ac per hanc eum ita ad extrema redactum,  
vt iam iam expiraturus videatur, & moriturus, idque non solum  
mortè temporali, sed & æternâ; certè an non insignis cuiusdam crude-  
litis argumentum foret, eum quidem vinctum identidem respicere,  
nullū tamen cibum eius ori ingerere? Quid verò foret, si per orationes  
vestras catenæ de manibus eius exciderent? Per amorem Dei vos obse-  
cro, eiusmodi vt animarum vestris in orationibus semper memoriam  
faciatis. Cum huiusmodi animabus iam non loquor, sed cum iis, quæ  
iam penitentiam pro peccatis suis egerunt, & per Dei misericordiam in  
statu sunt gratiæ.

Imaginari itaq; & effingere possumus animam, non rem aliquam  
coarctatâ & limitatam, sed vt mundum quem piâ interiorè, qui tam mul-  
tas tamq; elegantes mansiones, quemadmodū vidistis, intra se cõtineat.  
& meritò talis is sit oportet, cum intra animâ hanc habitaculū quoddâ  
sit, in quo Deus commoretur. Itaq; cum iam Maiestas illius prædictâ di-  
uini huius matrimonij in eundi gratiam ei facere dignatur, primū ipsâ in  
habitaculū suū introducit, vultq; id non esse vti fuit alias, cū ad illos rap-  
tus eâ extulit. credo nãq; ipsum illâ sibi tunc vnire, vti & in oratione v-  
nionis, de qua alias actū est; tameris animâ nō videatur ibi, se à Deo vo-  
cati, vt in centrū suū, quæadmodū hic in hac mansione sit, sed tantum in  
partè superiorè ingrediatur. At parū refert, hoc modo fiat, vel illo: q; ve-  
rò ad res & casū facit, est, quod ibi quidē Dñs illâ sibi vniat, sed eâ cæcâ &  
mutâ faciendo, (vti Apostolū Paulū, dū eū conuertit, reddidit) quin &  
potestâtè, qua sentire possit, quomodo aut qualis illa sit gratia qua fruif,  
cripiendo: nã ingens, q̄ tunc quidē anima sentit, voluptas inde nasci-  
tur, quod se Deo propiorem & viciniorem fieri videat, at cum Deus illâ  
sibi iam vnit, nihil omnino intelligit! quod omnis potentiariū vsus perie-  
rit, ipsaq; absorptæ fiat. Hic verò lôgè aliter res se habet; vult nãq; bon<sup>o</sup>

*Anima sua  
lucem inuis  
habet.*

*Regendum  
pro iis qui  
in peccato  
mortalis sūt.*

*Anima in-  
terior sum ve-  
lut ingens  
mundus est.*

noster Dominus squamas nunc ab oculis ipsius auferre, vt eius, quam ei praeſtat, gratia (quamquam ea modo planè ignoto & mirabili fiat) aliquid videat & intelligat. Ergo \*vbi in hanc mansionem per visionem intellectualem admissa erit certo quodam veritatem repraesentandi modo, ipsa SS. Trinitas, & tres eius personae, ei se spectandam dant, cum inflammatione quadam, quae ad instar clarissimae cuiusdam nubis in Spiritum ipsius superuenit; & has personas agnoscit esse distinctas. deinde per admirabilem quandam, quae animae datur, notitiam, quam verissimè intelligit, omnes tres personas non nisi vnā esse substantiam, vnā potentiam, vnā sapientiam & vnum solum Deum: adeo vt, quod per fidem nos scimus, anima hinc (dicere fas sit) velut oculis videat; esto is visus per oculos corporeos non peragatur, quod imaginaria nō sit visio. Omnes tres personae

*\*Esto homo in hac vita, sensuum vsu amisso, & à Deo eleuatus, possit obiter diuinam essentiam videre, vti probabiliter de Apostolo Paulo, Moysè & alijs nonnullis dicitur; de isoc tamen visionis genere S. Mater hic non loquitur: quia licet fiat obiter, clara tamen est & intuitiua. Sed loquitur de quadam huius mysterij cognitione, quam nonnullis animabus Deus dat, idque medio clarissima alicuius lucis, quam eis infundit, & non sine specie aliqua creata, verum, quia species hac non est corporalis, aut qua in imaginatione representatur, hac de causa ait S. Mater, visionem hanc esse intellectualem, non autem imaginariam.*

hic se illi familiares reddunt, cum ipsa communicant, ei loquuntur, haec. que verba, quae Dominum dixisse Euangelium testatur, se scilicet, ac Patrem, ac Spiritum sanctum ad animam, quae ipsum diligeret, ac mandata eius seruaret, venturum, & apud ipsam mansionem facturum, eam re ipsa intelligere faciunt. Quantum Deus bone, discrimen est, inter verba haec audire & credere, atque inter hac via intelligere quam ea vera sint! Quotidie autem magis & magis anima haec obstupescit, quod Sanctas haec personas numquam exinde à se abesse aut recedere sibi persuadear; sed euentissimè videat, eo modo quo dictum est, in intimo animae suae penetrati, in recessu quodam admodum profundo (quod quomodo sit, explicare nequit, eo quod scientiam ac doctrinam non habet) diuinum hoc contuberniū sibi adesse, ipsumque in se sentiat. Putabitis fortasse animam, prout quidem hoc est, minimè sibi praesentem esse, sed ita absorptam & abreptam, vt in nihil omnino possit intendere. Nihil minus: nam ad omnia quae ad Dei cultum & obsequium spectant multò est attentior, cumque ab externis vacat occupationibus, cum iucundo hoc manet contubernio; & nisi anima primò deficiat à Deo, ipse numquam, (vt mihi quidem apparet) in sua praesentia ei tam liquidò manifestanda deficiat: magnamque concipit fiduciam, numquam fore vt à Deo, qui hanc sibi gratiam praestitit, ita deseratur, vt pereat. Et meritò hoc sibi persuadere & credere potest, esto maiore quam vnquam haecenus, cum cura ac sollicitudine ambulet, ne cum vel in minimo offendar.

*SS. Trinitas quomodo animae adsit.*

Quod dixi, eam hanc presentiam ubique circum ferre, non ita accipiendum est, quasi hæc ita integrè & perfectè ( id est, ita clarè ) habeatur ac dum prima vice, aut etiam alijs quibusdam vicibus, quibus hanc ei recreationem & voluptatè Deus adferre cupit, hæc ei manifestatur. Id enim si fieret, impossibile eã foret in rē prætereavllã intendere, imò & inter homines vivere. Verùm, esto id tanta cū claritate ac luce nõ fiat, semper tamen ac resse sit & aduertit, diuino huic contubernio se interesse deprehendit. Dicamus ergo perinde id esse, ac si, aliquo cum aliquot alijs in lucido & luminoso quodam cubiculo versante, subitò omnes eius fenestræ occluderentur, & ipse in obscuris maneret: hic ergo, quòd lux ei ad alios videndos crepta sit, non ideo scire desinet, illos præentes adesse. At rogari hic potest, num in manu & potestate eius situm sit fenestram aperire, vt hac aperta socios denuo, quotiescumque voluerit, videat? Nequaquam: nisi cum Dominus intellectus fenestram aperire voler. Nimis quàm magnam adhuc cum ea misericordiam facit, quòd numquam ab ipsa recedat, & vt hoc tam euidenter intelligat, velit.

*Præsentia  
Dei quam  
anima po-  
stula habet,  
non est tam  
perfecta, ac  
dum primò  
ei se is ma-  
nifestas.*

Videtur porro hîc diuina Maiestas, animam ad maiora quædam, per admirabilem hanc societatem, disponere. certum namque & euidentis est, hanc ei magno, ad in via perfectionis vterius procedendum, & omnem illum timorem, quem interdum ex alijs gratijs, quas Deus ei dabat, (vti diximus) concipiebat, procul eliminandum adiumento fore. Vnde factum, vt per omnia se melioratam esse intelligeret, & ob quidquid laborum & negotiorum sibi occurrere posset, animæ suæ essentiam numquam ab hoc habitaculo dimouendam putaret; adeò vt quædam inter ipsam, & animam suam sibi esse diuisio videretur. vnde non multò post, quàm hanc ipsi Dominus gratiam præstitit, cum multis grauibufque in angustijs versaretur, de anima ex postulabat, queritans ad instar Marthæ, cū de Maria sorore cõquestra est, quòd ipsa pro libitu & ad voluptatem suam semper quiete illa incundissimè fruere, se vero solam tot occupationibus & laboribus distineri sine-ret, ob quas cum ipsa Domino adesse non posset.

Hoc forsàn vobis ineptum ac absurdum videatur; omnino tamen ita se res habet: nam, licet intelligatur, animam totam vnitam esse, id tamen quòd dico phantasma aut imaginatio non est, quia vt plurimum sic contingit. Atque hæc causa est, cur ante dixi, quòd res interiores videntur. adeò vt hinc liquido intelligatur, differentiam quamdam, & quidem satis euidentem, inter animam & spiritum esse. Et quamuis in effectu hæc vnum idemque quid sint, nihilominus tam subtilis delicata inter vtrumque comperitur esse diuisio ac differentia, vt interdum aliter

*Differentia  
inter animã  
& spiritum.*

*Anima & potentia quid diuersum sunt.*

hic, aliter illa operari videatur, vt norunt quibus id Dominus declarare dignatur. Videtur mihi præterea anima distinctum & diuersum quid esse à suis potentijs. Sunt quippe tam multæ, tamque subtiles in interioribus nostris res, vt insignis temeritatis argumentum foret si illas vellem verbis exprimere in altera vita id videbimus, si modo nobis Deus hanc gratiam fecerit, vt per illius bonitatem eo perueniamus, vbi secreta hæc intelligamus.

## CAPVT II

EAMDEM MATERIAM PROSEQVITVR, OSTENDIT, QVÆ sit inter vnionem spiritualem & matrimonium spirituale differentia, idque per delicatas aliquot comparationes.

*Humani-  
tatis sua  
visionem  
anima  
Deum osten-  
dit, cum spi-  
rituale cum  
caunit ma-  
trimonium.*

**A**gamus vero iam de diuino & spirituali matrimonio; tamen si-  
gens hæc gratia plane perfecteque in hac vita cõsummanda non sit;  
quia, si semel à Deo nos se iungamus, summum hoc bonum amittemus.  
Cum primum Deus hanc animæ gratiam confert, vult se Maiestas illius  
per imaginariam sacratissimæ humanitatis suæ visionem animæ osten-  
dere, vt plane ipsum cognoscat & intelligat, neque tam excellens  
se donum recipere ignoret. Alijs fortassis alia in forma apparebit;  
huic sane, de qua hîc agimus, mox à Sacramenti diuini communione  
sumpta apparuit ingenucum fulgore, mira que pulchritudine & Maie-  
state, & qualis erat postquam iam à mortuis resurrexisset; dicebatque iam  
tum tempus venisse, quo ipsa de suis rebus post hæc ita deberet esse sol-  
licita, ac de proprijs, se vero à parte sua, res ipsius maxime, cordi habi-  
turum; & alia id genus verba, quæ sentiri potius debeant, quam verbis  
exprimi. Videbitur hoc forte cuiquam vestrum nouum non esse, quod  
& alias sæpius hoc sese huic animæ Dominus modo repræsentasset. Ve-  
rum hac vice id adeo eminenti & singulari modo factum est, vt ipsam  
planè artonitam & sui impotem redderet: tum quod hæc visio magna  
quadam cum vehementia peragebatur; tum ob verba quæ ei dicebat;  
tum denique, quod in interiori animæ suæ, vbi ipse se repræsentabat,  
præter hanc ipsam nullam aliam visionem hæc tenus vidisset. Vnde scia-  
tis oportet, maximum esse inter omnes superiores, & huius mansionis  
visiones, ac proinde & inter sponsalia spiritualia, & matrimonium spi-  
rituale discrimen: quale utique est inter duos spõsos de futuro, & spõsos  
qui matrimonio iam cõsummato diuertere ac disungi nequeunt. Iam a-  
lias dixi, esto id genus comparationes hîc adferam (quod alie aptiores  
non occurrant) iura tamen id intelligendum esse, non maiorem hic cor-  
poris memoriam haberi, quam si anima in ipso non ageret, sed solum spiri-



spiritus foret; & in spirituali matrimonio adhuc in ore. o cculra namq; hæc vnio peragitur in interiori animæ centro, q̄ ipsum haud dubie est locus, vbi Deus ipse commoratur: atque, (vt nihil quidem videtur) nulla hic habet opus ianua auct ostio, per quam ingrediatur. Nam in omnibus, quæ hæcenus sunt dicta, sensuum & potentiarum animæ aduinculo vti videtur; & sic, hanc humanitatis Saluatoris apparationem factam esse verisimile fit. At quod in spiritualis matrimonij vnione peragitur, longè sanè diuersum est. Apparet ergo Dominus, in hoc animæ centro, sine vlla imaginaria, sed sola intellectuali, visione, esto longè subtiliore & delicatior, quam ea quæ hucusque dicta sunt; eo modo quo Apostolis suis ianuis clausis apparuit, cum ipsis dixit, *Pax volis.*

Luc. 24.

Est tam grande arcanum, & gratia tam eminens, id quod Deus ibi animæ in instanti communicat, & maxima quam sentit, voluptas, vt cui illam comparem, nesciam; nisi quod Dominus, per hoc ipsum momentum modo certe magis eminenti, quam per vllam visionem, aut gustum spiritualem fieri posset, ei declarare cupiat, qualis in celo habeatur gloria. Plura de hoc dici nequeunt, quam, (quantum intelligi potest) animæ huius spiritus iam vnum quid cum Deo factum esse: qui (sicuti & ipse spiritus est) amorem, quo nos prosequitur, demonstrare voluit, nonnullis hominibus declarans, quousque se is extendat, quò sic magnitudinem ipsius dilaudemus; quia sic ei placuit & voluit creaturæ sese vnire, vt quemadmodum duo coniuges tam coniuncti separari nequeunt, sic nec ipse ab ea diiungi velit.

*Spiritus  
quomodo vnū  
quid cū  
Deo fiat.*

Sponsalia vero spiritualia ab hoc matrimonio multum differunt: etenim illa sæpe dissoluantur; quin & inter vnionem & ipsum magna differentia est: esto enim vnionis proprium sit, duo disparata in vnum coniungere, nihilominus hæc postea ab inuicè separari, & singula per se subsistere & manere possunt, quemadmodum ordinariè in hac Dei gratia fieri videmus, quod nimirum cito pertransit, atque exinde anima sine isthoc consortio maneat. Ita scilicet, vt id anima notabiliter percipiat. At in alia illa Domini gratia, ita non fit, semper namq; anima cum Deo suo in illo centro remanet. Ponamus ergo vnionem esse velut duorum cereorum in vnam massam coniunctionem, qui scilicet a deo iunctim intimeque inuicem coniuncti sint, vt amborum lumen vnum sit, aut etiam ellychnium lumen & cera ipsa amborum non nisi vnum quid sint: interim tamen cereus vnus post ab alio disiungi potest, vt omnino duo sint, vt & ellychnium à cera separari. Hic vero perinde est, ac si aqua de celo in fluuium aut fontem aliquem caderet, vbi ambæ aquæ ita vna fiunt, vt diuidi non possint, & discerni nequeant quæ nã sit aqua fluuiialis, quæ nã aqua celo decidit. Est etiã quemadmodum si modicus aliquis riuus in

*Sponsalia  
et matrimonij  
monium  
spiritualia  
inter se dif-  
ferunt vni-  
et vnio.*

*Comparationes quibus  
Dei est  
anima vnio  
demonstratur.*

Vastū mare influeret; neq; enim iā vlla eius ab hoc se questrandi apparatus ratio aut deniq; quemadmodū si in cubiculo aliquo duae fenestrae foret, per quas in ipsum magna se lucis copia infunderet; quae licet diuisa & disiunctim ingrediatur, vna tamen & eadem ambae lux fiunt. Hic forsitan locum habebit illud Apostoli, *Qui adheret Deo vnus cum eo spiritus efficitur*; quantum scilicet ad diuinum illud matrimonium; praesupponit enim, Maiestatem eius iam, per vnionem, animae se coniunxisse. Vnde & addit: *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*. Sic & anima mihi hic dicere posse videtur; hic enim est, vbi papiliunculus, quem diximus, emoritur, & quidem summo cum gaudio, cum eius vita iam sit Christus. Et hoc quidem, suo tempore, ex effectis melius intelligitur; nam euidentissimè, per secretas quasdam inspirationes, perspicitur, Deum esse qui animae nostrae vitam dat. & eae quidem saepe tam viuæ, & aperta sunt, nullatenus vt de iis sit dubitandum; quod eas anima euidentissimè persentiat, esto verbis ne queat exprimere. Verūm persensio haec adeo vehemens est, vt interdum in verba quaedam amorosa & gaudiofa prorumpat, nullatenus vt resistere posse videatur, quin dicat, *Ah! vitam meam vitam! fulcrum & basis quae me sustentas! aliaque id genus*. Nam à diuinis illis vberibus, quibus Deus animam iugiter sustinere & nutrire videtur, quidam ceu lactis profiliunt radii, qui vniuersum castelli populum confortant & corroborant; vt Dominus velle videatur, vt & ipsi eo multo quo anima fruitur, aliquomodo & quadam tenus fruatur, & ex redundantissimo illo fluuio, in quem fonticulus hic absorptus est, subinde aliqua illius aquae vnda profiliat, ad reficiendos & enutriendos eos, qui in rebus ad corpus spectantibus duobus illis sponis famulari debent. Ac veluti, si quis subito & improviso, & nihil minus cogitans in aquam immergeretur, non ideo minus eam sentiret: ad eundem planè modum, quin & maiore cū certitudine, haec operationes quas dico percipiuntur. Nam, sicuti vnda aliqua aequè decumans nobis obuenire non poterit, nisi ea, vti dixi, aliquod principium habeat: ita etiā liquidò patet, in interiori nostro aliquem esse, qui sagittas has eiaculetur, vitamq; huic vitae det, nec non solem esse, à quo magna quaedam lux promanet, quā iam inde ab animae penetralibus ad vsq; potentias emittat. Haec, vti dixi, ab hoc centro non recedit, nec pacem suam amittit: etenim qui Apostolis, vnum in locum congregatis, eam dedit, illam & huic dare potest. Cogitavi ipsa mecum, hanc domini ad eos salutationem longè plura continere debuissè; quàm exterius verba sonabāt; vti & id quod gloriosae Mariae Magdalena dixit. *Vade in pace*. Nam Domini verba in nobis velut opera facta sint, talem certè ea operationem facere deberent in illis animabus quae iam dispositae essent, vt in ipsis omne quod in a-

1. Cor. 6.

Philip. 1.

Mors. ani  
mae spiritus  
alius in quo  
sua.

Heb. 7.

Verborū Do-  
mini effica-  
cia.

sine

anima corporeum est, amouerent, eamque purumputum spiritum relinquerent, vt in cœlesti hac vnione, cum spiritu increato vnire se possent. Certissimum namq; est, dum nos ab omni eo quod creatura est, euacuamus, & propter amorem Dei ab ea diuellimus, ipsum Dominum nos semetipso adimpleturum. Sic quodam tempore pro Apostolis suis rogās Redemptor noster Iesus Christus, petebat à patre, vt ipsi vnū quid cum ipso & secum essent, sicut ipse esset in patre, & pater in ipso. Nescio quis hoc maior amor dari possit: Neq; negligamus, omnes huc peruenire: sic enim Maiestas eius hoc testata est, *Non pro eis autem, inquiens, rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt in me.* Addit præterea, *Ego sum in eis.* Quam, ô Deus bone, verba hæc vera sunt, & quam ea perfecte intelligit anima, quæ in hac oratione constituta illa in sese reipsa videt! quamque omnes ea planè intelligeremus, nisi per culpā nostram obstaret! cum verba Iesu Christi, Regis & Domini nostri, fallere & mentiri non possint. verum, quia ipsi nos non satis disponimus, id omne quod hanc locū impedire potest, à nobis non remouendo; hinc nos in speculo huc quod cōtemplamur, & cui imago nostra impressa & insculpta est, non intuemur.

Iona. 17.

Ibidem.

Iam ad id quod initio dicebamur reuertamur. Postquam ergo animā in hanc mansionem suā (in illius inquā centrū) Dominus in duxit, sicuti cælum Empyreum (quod Dei habitaculum est) ad instar aliorū cælorū dicunt non moueri; sic nec in anima, cum huc ingreditur, motus illi esse videntur, qui in potētis & imaginatione esse solēt, ita quidē vt ei nocent, aut pacē illius inturbent. Videbor cuipiā velle dicere, animā, quæ eatenus peruenit, vt hanc ei Deus gratiā præster, de sua salute iā securam esse, & quod postea non relaberetur. Verū nihil tale dico: sed tã hinc, quā in alijs locis vbi de hac materia tractabitur, ac dicitur, animam planè securam videri; subintelligendum est, quamdiu Maiestas ipsius sua eam manu ita continebit, & ipsa illum non offendet. Equidem id certò scio (esto se hoc in statu ipsa constitutam videat, atque etiam multos annos in eo egerit) illam nihil sibi securi polliceri; sed maiore cum timore & metu, quàm antè solebat, cauere, ne vel in minimo Deum suum offendat; & adhæc intensissimis ei seruiendi desiderijs æstuarè, vt deinceps adhuc diceretur, denique, propè semper angere, dolere, & erubescere, quod setam parum præstare, ad tam multa tamen obligatam esse cernat: quod sanè, non exigua ei crux est, imò verò valdè magna pœnitentia: nam quo interea anima illa intensiores pœnitētiās & afflictiones subit, eo etiam maius in se gaudium sentit. Vera autē eius pœnitentia & afflictio est, cum ei Dens valetudinem & vires adimit ad illam peragendā necessarias. quāuis enim alio in loco ostenderit, quantū hoc hominē torqueat & vexet, hic tñ id eū multo affligit intēsus quæ omnia à radice,

Anima quæ  
in septimam  
mansionem  
ingressa est,  
cavet pro  
vibus motibus.

Anima  
nulla de sua  
salute securam  
plane esse  
potest.

quàm in se habet, in ipsa veniant necesse est: perinde ac arbor, iuxta aquarum fluentia plantata magis viret, & vberiores fructus profert. Quid porro animæ huius desideria vsque ad eò miramur, cum verus eius spiritus vnum quid cum ea, quam dixi, aqua cælesti factus sit.

Itraque vt ad id, quod dicebam, redeam; non id ita intelligendum est, quasi potentia, sensus & passiones semper hac pace gaudeant: anima porro, sola in pace est. Tamen in alijs mansionibus non desunt ei belli, laborum, & molestiarum tempora; ita tamen, vt pacem suam non amittat, & est hoc ordinarium. Quomodo verò spiritus hic in hoc animæ nostræ centro positus sit, res est tam dictu & creditu difficilis, vt verear, carissimæ ne, quòd me non satis queam explicare, aliquam vobis occasionem dem non credendi ea quæ dico; dicere namq; animam in laboribus & afflictionibus, & simul in pace esse, videntur contraria, & ad intelligendum difficilia.

*Anima quo  
modo simul  
in laboribus  
sit & pace  
fruantur.*

Vnam atque alteram similitudinem ad id ostendendum hic adferre vobis constitui; vtinam eæ sint huiusmodi, vt aliquid illius declararem; si verò tales non sunt, scio nihilominus in iis quæ dixi veritatem me dicere. Sedit, v.g. Rex aliquis suo in palatio quietus, & regnum eius interea bellis plurimis & varijs motibus vndique impetitur; at non propterea suo in palatio quiete, is gaudere desinit. Eodem modo fit & hic: nam tamen si in alijs mansionibus multæ occurrant turbæ, multa que virulenta animalia, varius quoque audiatur strepitus ac tumultus, nihil tamen horum ad hanc mansionem penetrat, vt eam inde digredi faciat. esto namque aliquam ei hæc afflictionem causentur, non talem tamen, vt eam perturbent, aut pacem eius eripiant. Passiones enim ita iam assuetæ sunt, vt illuc intrare vereantur, quòd obedientiores parentiorque inde digrediantur. Item, vniuersum corpus nobis dolere, at, si caput vegetum sit recteque valeat, nullum ipsum propterea detrimentum patitur.

Rideo necum ad istiusmodi comparationes, vt potè quæ mihi planè non satisfaciunt: at nescio alias meliores: cogirate quod volentis; ipsum verò quod dixi, verissimum est.

### CAPVT III

AGIT DE PRÆSTANTIBVS, QVOS ORATIO HÆC PRÆ-  
dicta causatur, effectibus: magna autem in iis opus & attentione &  
reflexione. mirum namque est, quantum inter hos, &  
superiores sit discrimen.

**N**Vnc ergo, cum dixerimus, papiliunculum hunc magna quadam cū voluptate & læticia, eò quòd locum vbi quiescat iā inuenit, & Christus

stus in ipso iam vivit, de mortuum esse; videmus qualē vitā agat, aut qualis sit differentia inter hanc vitam, & eam cum ipse vivebat. Si quidem ex effectibus colligere licebit, num quæ dicta sunt, vera sint. Qui quantum quidē intelligere & scire possum, sint hi. Primus quædam sui ipsius obli-  
 vido, ita ut, quæ admodum dictum est, anima iam prorsus non existere videatur. nā tota ita cōparata est, ut se ipsa non cognoscat, neque meminerit sibi aut cælum, aut vitam, aut honorē reseruatū esse ac deberi, cum de solo Dei honore sollicita sit, eiq; quærendo totā se impēdat, ut appareat, Maiestatis ipsius ad illam verba, quibus & iniunxit, ut de rebus ipsius sollicita esset, se de illius vicissim sollicitum fore, iam tum re ipsa effectum aliquem fecisse. Vnde fit, ut omnium quæcumque accidere possunt, nulla cura tangatur aut teneatur; sed tantam habeat eorum obli-  
 vionem, ut, sicuti dixi, iam tum non esse, aut non velle esse videatur, nisi quando novit, se à parte atque opera sua honorem & gloriam Dei vel modicum posse adaugere; huic enim adaugendo vitam suam quam libentissimè impenderet. Nolite id ita intelligere, carissimæ, quasi ipsa propterea aut cibum sumere, aut dormire (quod ei non mediocre tormentum est) aut omnia quæ ratione sui status facere tenetur & obliga-  
 ta est, seridè curare negligat, neu de iis sollicita sit. loquimur namquē hic de rebus interioribus, nam de operibus eius exterioribus pauca dicen-  
 da sunt, cum potius eam affligat & torqueat quod videat penitus nihil esse, quod suis ipsa viribus potest & valet. Quodcumq; verò vel aliquo modo ad Dei servitium spectare ipsa intelligit, id ob quodlibet terræ hu-  
 ius bonum minimè prætermitteret.

*Anima  
quomodo  
sibi non exi-  
stere videat-  
ur, & om-  
nium rerū  
suarum ob-  
lita esse.*

Alter effectus est, intensum quoddam patiendi desiderium; non ita tamen, ut ipsam id (vtri aliàs solebat) inquietet. nam desiderium, quod in huiusmodi animabus manet, ut suam Deus voluntatem per omnia in ipsis faciat, adeò extremum est, ut, quidquid Maiestas ipsius facit, bonam in partem accipiant; si enim velit ut patientur, contentæ sunt; sin minus, se non enecant, ut aliàs solebant. Sentiūt præterea hæ animæ tum intra se singulare quoddam gaudium, cum persecutiones externas patiuntur, multò maiorem tunc habētes pacem quam aliàs eas habere diximus; nullum ut in suos persecutores rancorem & simultatem concipiant, imò verò particulari quodam in eos amore ferantur: adeò ut, si eos in dolore & afflictione constitutos videant, tenerrimo compas-  
 sionis affectu erga ipsos moueantur, & causam ipsorum Deo quam libentissimè & ex animo commendent. Quin imo eis, quas ipsæ à Deo recipiunt, gratis haud ægrè carerent & perderent, dummodo his conferrentur, ut hi hac ratione à Maiestate eius offensa cessarent.

*Desiderium  
patiendi  
quod habet  
anima &  
ut voluntas  
Dei in ipsa  
fiat.*

Quod verò omnium maximè hic miror & obstupesco est, q. cū (vri iam an-

iam ante vidistis) angores & afflictiones earum, quas præ desiderio moriendi, quò Domino suo frueretur, sensere, tam intentæ fuerint; iam tamen è contra tam ardès ei seruièdi, vtq; per ipsas ipse aliquomodo laudetur, ac (si possent) animæ alicui profint, desiderium habeant, vt non solum mori iam non desiderent, sed & ad plurimos annos in grauissimorum laborum tolerantia vitam velint extendere, quò, si possent, efficiant, vt vel aliquantulum sua opera & causa, Dominus dilaudetur. & licet certò nossent, se, anima corpore iam egrediente, ad Dei conspectum admittendas, ne hilum id curant neque etiam gloriam, qua Sancti iam donati sunt, considerant, imò nec, pro tunc quidem eam possidere desiderant. Suam in eo positam existimant, vt Christum crucifixum in aliquo, si possint, adiuent; præsertim, cum eum tot peccatis passim offendi vident, & quam paucissimos esse, qui veraciter eius honoris curam gerant, ab alijs omnibus rebus liberi & expediti. Fatendum tamen interdum, cum rei huius obliuiscuntur, hæc Deo fruendi, hocque exilio emigrandi, desideria, magna cum teneritudine, illis redire, cum quàm parum ei seruiant perpendunt. at statim in se redeunt, & considerant, quomodo eum assiduo apud se detineant; itaque hoc ipso contentæ sunt, ipsumq; viuendi desiderium, velut pretiosissimam, quam offerre ei possint, oblationem, Maiestati illius repræsentant: Mortè verò non magis timent, q̃ suauissimū quemdam raptum. Rei caput est, q̃ qui prius hæc desideria illis cum tam intenso dabat tormento, iam det hoc ipsum. Sit ipse in æternum benedictus & laudatus. Itaque animarū harum desideria iam eò non tendunt, vt delicias, ac gustus vllos internos desiderent, quod ipsummet Dominum apud se habeant, ac Maiestas eius modò in ipsis viuat. Certissimum porro est, vitam huius non nisi continuum quoddam tormentum fuisse, vnde efficit vt & nostra talis sit, saltè per desideria (ducit enim nos velut debiles & imbecilles:) esto, siquando eas fortitudine sua & robore opus habere videt, in reliquis hanc ipsis elargiatur, nec non quamdam ab omni re creata auulsionem, & ingens semper in solitudine agendi desiderium, aut iis sese rebus impendendi, è quibus aliquod ad quampiam animam dimanare ac sequi possit emolumentum; non autem ariditates, aut labores interiores, sed perpetuam quamdam Domini nostri Iesu Christi memoriam, reuerentemque in eum affectum, adeò vt perpetuò illum celebrare & dilaudare vellent. Et, si forte eas sui præ dormitantia & negligentia aliquando obliuisci contingit, Dominus ipse ita eas excirat, liquido vt pateat, hūc impulsus (aut quo alio id nomine vocem, nescio) ab intimis animæ penetralibus, (vti dicebamus tum cū de impulsibus agebamus) proficisci.

*Cur hic anima diu in laboribus uiuere uoluit, cur uisus ad eò uoluerit mori.*

*Interdum tamen Deo serui desiderat.*

Verum id hinc magna cum suauitate peragitur; non tamen procedit à cogitatione, vel à memoria, aut ab alia re quapiam, è qua intelligi queat, animam huc aliquid à sua parte contulisse. Est autem hoc ita ordinarium, & tam sæpe contingit, vt satis ad hoc aduertere, & id notare licuerit. Nam vt ignis, quantumcumq; luculentus is sit & magnus, nunquam flammam deorsum, sed semper sursum euebrat; sic & hinc motum hunc internum ab animæ centro procedere, & potentias eius excitare intelligitur.

Certè, tamen si aliud ex hac orationis via bonum & commodum non sequeretur, quàm quod in ea discimus & intelligimus, quàm singulariter Deus sit de seipso nobis communicando sollicitus, & quomodo nos roget vt eum ipso assidud manere & esse velimus; mihi tamen labores omnes illi & molestiæ, quoscumq; nos, ad huc tam suauibus & penetratiuis amoris ipsius argumentis fruendum subire oporteret bene videretur impensu. Hoc iam tunc expertas, vos credo, carissimæ: puto enim mox, vt quis ad orationem vnionis iam peruenit, Dominum hanc nostri curam suscipere, si modo nos ipsæ in mandatorum eius obseruatione negligenter non geramus.

Quando ergo simile quid vobis eueniet, memento te id huius mansionis interioris, in qua Deus in anima nostra est, propriu esse, vosq; in eius laudes effundite hoc namq; nuntiu certissimo ab illo venit, vt & epistola hæc, tanto cum amore ac modo ita symbolico exarata, vt vos solas characteres eius intelligere velit, & quid per illam à vobis perat. Vestrum porro est, omnimodis curare vt Maiestati eius respondeatis, esto exterioribus occupationibus distringamini, & in aliorum conuersatione agatis. Sæpè namque continget, vt, coram alijs, & in publico, hanc occultam gratiam vobis facere velit. Modus autem ei respondendi ac modum facilis est (eo quod responsio introrsum fieri debet) vel aliquem amoris actum eliciendo, vel cum Apostolo Paulo dicendo: *Domine quid me vis facere?* Varijs autem diuersisque modis ibi ipse vos docebit, quomodo ei gratificare possitis. Et est illud tempus cum primis acceptabile, quod ipse tunc nos audire videatur. Et hæc tam subtilis amoris ostensio animam penè semper disponit, vt magna cum voluntatis resolutione facere possit ea quæ diximus.

In hoc vero mansio hæc à cæteris distat, quod vix vnquam vlla in ea occurrat ariditas, aut tales inquietudines interiores, quales in reliquis omnibus per interualla ac subinde ferendæ occurrebant; sed quod anima, propè semper, in quiete versetur. Dein, quod nullam timendi occasionem hinc habeat, vt cacodemon sublimem hanc gratiam imitari & emulari possit, sed in vno eodèq; esse semper maneat, ac secura sit, à Deo hanc

*Diuini nuntij operes à nostra parte reserua-  
dere*

*AA. 9.*

*In quo hæc mansio à cæteris differat.*

proficisci. Nam sicuti dictum est, sensus aut potentia non habent hic, quod se immisceant: nam Maiestas eius animæ se reuelauit, eamque apud se collocauit, eo in loco, quod diabolus (vt mihi quidem apparet) nec penetrare audebit, nec vt penetret, Dominus permittet. Et omnes, quas hic animæ præstat, gratia dantur, anima nequidquam de suo conferente aut coadiuuante, nisi \* fortè hoc, quod se iam totam in Dei manus resignauit.

Porro tam quietè, silenter, & ita sine strepitu peraguntur omnia, quæ Deus animæ hic confert & edocet, vt perinde hic se res habere videatur, ac in fabrica & constructione templi Salomonis,

in qua nullus omnino fragor audiebatur: sic & in hoc Dei templo (hæc namque eius sedes & habitaculum est, in qua ipse & anima maximo cum silentio inuicem dissuauiantur) non est quod quis sese moueat, aut quid ab intellectu quærat; cum Dominus qui eum creauit, hic eum quietum esse velit; & per tenuem quamdam rimam videre quid geratur. Licet enim visio hæc subinde perdat, itaque huic suum videre prohibeatur, breuissimæ tamen id moræ est: nam (vt ego quidem censeo) potentia hic prorsus non admittuntur, sed tantum non operantur, & hærent velut attonitæ & consternatæ. Equidem illud miror, quod, cum anima huc vsque peruenit, omnes mox raptus eius finem accipiant & cessent, nisi quod adhuc interdum eos habeat. Cessare autem raptus hic voco, quantum ad effectus illos exteriores spectat, dum scilicet sensuum vsus, & calor amittitur. Dicunt tamen mihi hoc illis non nisi accidentarium esse, ac proinde verè eos non cessare, cum in interioribus potius incrementum & adaugeantur. Cessant ergo raptus eo modo quo dixi, neq; anima deinceps illas exstases & spiritus elibrationem patitur, aut si pauatur, admodum id raro contingit, & propè semper clanculo, & non coram alijs, vt antea, quod ei satis frequens erat. Neque iam villo modo eam iuuant (vti solebant) insignes aliquot deuotionis ex aspectu excitandæ occasiones; nam si piam aliquam imaginem videbat, vel concionem aliquam (etiam tam obiter, ac si non audiret) aut etiam musicam harmoniam audiebat, quod miser papiliunculus ita anxius & angustiatu incederet; omnia eam percellabant, ipse iamque velut extra se ferri faciebant. Nunc vero, vel quod quietis locum anima iam inuenit, vel quod in hac mansione tam multa vidit, vt iam nihil omnino obstupescat aut admiretur, vel quod talem solitudinem iam non habet, cum tam iucundum penes se contubernium ac socium habeat (aut quid denique carissimum, in causa sit nescio) postquam ei Dominus quæ in hac mansione sunt ostendere, atque ipsam in illam introducere incipit, magna illa debilitas,

\* Dicere vult S. M. particulares gratias, quas tunc de nouo anima facit Deus, illam autè promeritam non esse non tamen negat, quin, in quantum dantur, ad eas anima ipsa cooperatur, cum sint eius actus vitales.

Cur in hac mansione, cessent raptus, & quomodo.



bilitas, quæ aliàs eam mirè angustiabat & lancinabat, neque eam ante deserebat, finem accipit. Forsitan id ideo est, quòd eam Dominus iam corroborarit, dilatarit, magisqueabilem reddiderit: aut fortasse, quòd nunc palàm facere & declarare omnibus voluerit, quòd in secreto & occultè cum istiusmodi animabus facit, idque certas quasdam ob causas, quas Maiestas ipsius nouit; illius namque iudicia, quidquid hic in terra imaginari possumus, longè transcendunt.

Hocce, uti & reliquos omnes, quos in singulis orationis gradibus diximus effectus (& qui omnes boni sunt) Deus dat, quando iam per illud osculum, quod sponsa in Canticistam ardentè expetebat, anima ad eum accesserit; hæcque eius petitio, quantum quidem intelligo, hic adimpletur: hic quoque ceruæ huic faucibus dantur aquæ magna in copia: hic in Dei tabernaculo deliciatur: hic columba, quam Noë, ut videret num iam aquæ & tempestas super terram cessassent, emiserat; ramum oliuæ inuenit, indicans se iam, inter mundi huius fluctus & tempestates terram firmam inuenisse. Utinam, ô bone Iesu, varia illa symbola & signa, quibus hæc animæ pax in sacra Scriptura præfiguratur ac representatur, nossem! Præsta, quæso, per misericordiam tuam, Deus meus, cum videas quantum nostra huius intersit, ut Christiani eam quærere in animum inducant; quibus verò eam iam dedisti, eripere & auferre illam noli; nam certè, quòd usque veram ipsis pacem impertias, & illuc eas perducas, ubi illa finem non habebit, semper in metu & tremore viuamus necesse est. Veram inquam; non quasi hæc, de qua loquor, vera non sit, sed quòd priora illa certamina & afflictiones redire possent, si nos à Deo diuelleremus. Quid verò sensus hisce animabus fore putamus, cum fieri posse videbunt, ut etiam à tanto bono excidant? Hoc verò in causa est, ut cautius: maiorique cum solitudine ambulent, & sua ex infirmitate robur & fortitudinem elicere satagent, nihil ut culpâ suâ prætereant aut effugiat, quòd quidem illis, ad Domino magis placendum, occurrit. Quantoque à Maiestate eius plus gratiarum ac fauoris accipiunt, eo meticulosiores sunt, plusque sibi timent; &, quoniam in hisce Dei magnalibus maiorem miseræ ac vilitatis suæ notitiam adeptæ sunt, suæque ipsius peccata iam grauiora videntur; hinc sæpè ita constituta sunt, ut, cum Publicano, ne oculos quidem suos ad cælum sustollere audeant. Subinde vitam sibi mox finire vellent, quòd de salute sua securæ esse possent, quamquam statim per amorem quo in eum feruntur, in se reuersæ, in eadem rursus, ad ei seruendum, manere velint, uti iam antè dictum est; & quòd cumque ipsas concernit, in illius misericordiam reuertuntur, eique fidunt.

*Summa  
gratia animam  
etiam  
possent excidere si Deum  
deserant.*

*Quam in  
illis etiam sibi  
timent.*

Interdum quoque copiosa illa gratia in causa sunt, vt seipsa magis annihilent: timent namque ne sibi eueniat, quod solet naui nimio-  
pere onuste, quæ propterea ad fundum subsidit. Equidem vobis asse-  
uero, carissima, suam illis crucem non deesse; excepto quod hæc eas  
non inquietet, nec mentis serenitatem auferat, verum, ad instar fluctus  
alicuius, aut tempestatum nonnullatum citò pertranscat, moxque  
optata redeat malacia: facit enim illa Domini, quam circumferunt  
præsentia, vt mox omnium obliuiscantur. quem, quotquot sunt in re-  
rum natura creaturæ ab ipso creatæ semper benedicant & laudent. A-  
men.

*Cruz illa  
rum brevis  
est.*

## CAPVT IV.

IN QVO MATERIAM HANC CONCLVDIT, OSTENDENS,  
quid sibi videatur dominus hoc tantarum gratiarum in animam impendio spectare:  
quamquæ necessarium sit, Martham & Mariam coniungi & iunctas in-  
sedere. Magnam autem caput istud utilita-  
tem complectitur.

**N**olite verò existimare, carissima, hos effectus de quibus sum lo-  
cuta, semper vnos & eosdem & eodem in tenore in animabus  
his permanere. Idè enim dixi, subindè eas à Domino in puris suis na-  
turalibus relinqui; tuncque videntur, omnia venenata, quæ in ca-  
stelli huius tam pomerijs, quàm mansionibus sunt, vniri & con-  
currere, vt de ipsis vindictam & vltionem sumant, pro toto illo tem-  
pore quo in illas grassari & sæuire nequiverunt. Verum, non diu id  
durat; ad diem fortasse aut paulo ampliùs: atque in magna hac turba-  
tione & tumultu (qui plerumque ab aliqua occasione ortum habet)  
liquet, quantum è bono illo, quod penes sese habet consortio anima  
lucrifaciat. Dat quippe ei Dominus magnum quoddam robur, ad  
in nulla omnino re ab illius obsequio pijsque propositis deflecten-  
dum imò hæc ipsa etiam crescere & maiora fieri videantur; nec ob pri-  
mum aliquem motum, propositum hoc infringunt. Sed, vt dixi, est id  
quam rarissimum, Domino per hoc aliud non cupiente, quàm vt sui Esse  
semper meminerit, nec vnquam obliuiscatur, quò semper humiliter  
de seipsa sentiat, simul & intelligat, quid & quantum Maiestati ipsius  
debeat, quamque gratia quam recipit magna sit, ira que eum celebret ac  
dilaudet.

*Interdum a-  
nima ad  
diem sibi à  
Deo relin-  
quitur, &  
c.*

*Nō carent ij  
qui in hac  
mansiono  
sunt, imper-  
fectionibus.*

Nolite etiam putare, eò quod istiusmodi animæ tam intensa  
habeant desideria, tamque firmum fecerint propositum, ad ne vnã  
quidem cuiuscumque etiam rei gratiã, imperfectionem committen-  
dam, idcirco eas non plurimas, quin etiam peccata, admittere. Non  
qui-

quidem scienter & aduertenter: nam ad hoc cauendum, talibus singulari quodam auxilio Dominus haud dubiè concurrit & adiuuat. Loquor porro de venialibus; cum de mortalibus, quantum quidem ipse intelligunt, planè sint immunes; \* non tamen

securæ prorsus, vt non fortasse occultis quibusdam, quæ ipsæ ignorant, detineantur: quod iis non vulgare tormentum & crux erit. Non minus quoq; eas cruciat & tormento sunt animæ quas vident perire: nam licet magnam quadamtenus spem habeant, de illarum numero se minimè futuras; cum tamen recordantur nonnullorum quos S.

Scriptura commemorat, quiq; Domino cari esse videbantur, familiariter cū Maiestate eius communicauit, non possunt non sibi timere. Itaq; quæ maiorè inter vos securitatè habere videbit, hæc plus alijs sibi timeat: *Beatus enim vir, teste Dauide, qui timet Dominum.* Maiestatem verò eius semper rogemus, vt nos tueatur & protegat, ne vllis eum peccatis offendamus. hæc namque maxima est, quam habere possumus securitas. sit ipse in sæculum sæculi laudatus. Amen.

Non abs re nunc futurum est, carissimæ, vobis ostendere, quæ ad seopû, & quo fine, tã magnas hoc in mundo nobis Dominus gratias elargiatur. Quod tamen ex effectibus illarum (si quidem animû aduerteritis) colligere & discere potueritis, nihilominus ipsum hîc vobis repetere cupio, nequa vestrum fortasse, solùm ad animas illas oblectandas & recreandas, eas dari existimet, quod certe insignis quidam error foret: neq; enim hic Maiestas illius maiorem nobis, potest gratiam facere, quam talem nobis vitam dare, quæ vitæ quam filius illius dilectissimus in terra duxit, simillima sit & imitatrix. Vnde ipsa mihi certissimè persuadeo, hæc gratias non aliam ob causam dari, quam ad imbecillitatem nostrâ corroborandam, vt sic pro amore & causa eius pati discamus. Semper namq; obseruare fuit, eos, qui Christo Domino viciniore & propiores fieri, plus alijs laboribus & aduersis lancinatos & diuexatos fuisse. Consideremus, quid passa sit gloriosa eius mater, & gloriosi Apostoli. Quomodo tam ingêtes labores & certamina paulum ferre potuisse creditis? Ex ipso sanè discamus, licebit, quosnam veræ visiones post se effectus relinquant, nec non contemplatio, quando à Deo procedit; non verò dum ab imaginatione nostra vel diaboli illusionem procusa est. An forsitan ipse his contentus delituit, aut se subduxit, quò delicijs hæc cælestibus frueretur, nec in rem vllam externam animam intenderet? Verum iam tum videris, illum (quantum quidem

*\* His verbis aperit S. M. doctrina sua veritatem & sinceritatem circa certitudinem gratia ostendit: cum de animabus tam persis, itaque à Deo per fauores praesentis, quæque eius praesentia modo tam speciali fruuntur (vii sunt quæ ad hunc gradum & mansionem peruenire) dicat, eas certas & securas non esse, quod nulla peccata mortalia, quæ ignorant, habeant, & hunc timorem & suspicionem eas cruciari.*

*Psalmus*

*Christus gratias in hoc mundo Dominus sui constituit.*

*Amici Dei aduersis pressifuerunt.*

*S. Pauli labores & generositas.*

intelligere possumus) ne vnam quidem à labore & molestia vacuam diem habuisse; imo nec noctem, cum suis noctu laborare manibus eum oportebat, vt sibi victum compararet. Quam iucundum mihi est, S. Petrum videre, è carcere fugientem, dum Dominum Iesum habuit obuium, sibi dicentem, Romam se abire vt denuo crucifigeretur! Nunquam vero illud recolimus officium, quin, cum ad illum locum ventum fuerit, singulare intra memetipsam solatium sentiam, recogitans qualis deinde S. Petrus, post illam Domini gratiam acceptam, manserit; nam ex inde statim ad mortem quærendam abiit. & sane, non parua Dei misericordia fuit, in uenire qui hæc ei inferret.

*Anima huius  
mansuetis,  
non de-  
bet otium  
sequari.*

Quam, ô carissimæ, quietis & otij sui obliuisci debet anima illa, quam tam particulariter Dominus ipse inhabitat! quam parum laborare & sollicita esse de honoribus, quam denique procul abesse, vt aliquo in numero haberi & reputari velit! si enim ipsa frequenter & assiduo (vt par reuera est) cum ipso agat, sui ipsius quam maximè indubiè obliuiscetur. Hinc nihil aliud ipsa spectat, aut cogitat, quam quomodo Domino huic placeat, aut in quo, vel quo pacto amorem quo ipsum profequitur, demonstret. Ad hoc, carissimæ, dirigitur omnis oratio, ad hoc facit & spirituale hoc matrimonium, vt ex hoc identidem opera & opera, nascantur: hoc quoque verum signum & indicium est, esse rem & gratiam quæ à Deo descenderit, Parum namque mihi prodest, intra cellam me recolligere, solitudinem sedulè colere, in eaque varios cum Deo actus exercere, mirabilia quædam ad eius honorem & obsequium facere proponendo & promittendo; si inde digressa, oblata iam occasione, longè secus ac proposui agam. Male dixi, cum parum id profuturum dixi, cum omne quo cum Deo sumus tempus plurimum proficit: & hæc proposita quæ fecimus, licet in ipsis postea complendis debiles & fragiles simus, dabit interdum Maiestas eius, vt adimpleamus; & forsitan etiam nobis inuitis & refragantibus, vt sæpè fit: videns namque animam aliquam valdè meticulosam, magnam illi, etiam inuitæ molestiam & laborem immittit, sed inde eam non nisi cum lucro & fructu educit; quod cum anima postea intelligit, sensim metus hic minuitur, quod ipsa se iam ad laborem subeundum offerat. Cum ergo dixi parum hoc prodesse, dicere volui, paruum id lucrû esse comparatione alterius multò maioris, quod tum sequitur, cum actibus illis internis & verbis opera respondent & conformia sunt; & eam quæ simul & semel omnia præstare non poterit, facere posse paulatim, voluntatemque suam, si quidem ex oratione lucrû sibi prouenire velit, mortificare: etenim intra angulos hosce & parietes variæ ad eam exercendam occasiones non deerunt. Ecce multo plura quam ipsa vobis queam exprimere,

*Ex operibus  
colligitur  
gratiam à  
Deo venire.*

vestra

vestra id interest; in crucifixum Christum oculos defigite, & quidquid demum facietis, parum vobis videbitur. Si per opera & tormenta tam terribilia suum nobis Maiestas illius amorem patefecit, quomodo ergo vos solis verbis ei placere & satisfacere vultis? Nostis, quid sit nos vere spirituales esse? Dei nos seruos & mancipia facere, quos ipse (suo utique signo & stigmate, cruce inquam signatos) in totius mundi seruos (qualis ipse fuit) diuendere possit; cum verò nostram ei libertatem tradiderimus, nullam nobis in hoc iniuriam, nec paruam gratiam præstabit. Quod nisi anime facere proponant, parum proficient: nam totius huius fabricæ fundamentum (vix dictum est) est humilitas: & si hæc valde vera & sincera hic non fuerit, non permittet Dominus vt multum in sublime assurgat, ne forte tota postea collabatur, & hoc in bonum vestrum cederet. Itaque vt bono hæc fundamento nitatur, date operam, carissimæ, & studete vt omnium minimæ sitis, earumque mancipium identidem inquirendo, quomodo & qua via illis gratificari & obsequium præstare possitis; cum, quidquid quo ad hoc facturæ sitis, magis in vestri bonum quam ipsarum cessurum sit, tam solida collocantes saxa, nullum vt castello futurum sit à lapsu periculum.

*In quo vera  
est ista  
spirituali-  
tas.*

Vnde iterum dico, hic requiri in primis, vt fundamentum vestrum non in sola vocalium precum recitatione, aut etiam contemplatione ponatis: nisi enim solidas virtutes comparare, easque assiduo exercere satagatis, semper manebitis pusillæ vt nanæ. Atque vtinam solum non cresceretis? & paræ maneretis! at iam tū nostis, eū qui non crescit, decrescere: nam fieri non posse puto, vt amor in eodem gradu & esse maneat.

*Humilitas  
fabrica spi-  
ritualis est  
fundamen-  
tum.*

Videbor fortasse vobis, de primū incipientibus ac tironibus loqui; nam illos dicetis postea non nihil interquiescere posse. Verū iam antè vobis dixi, quietem, qua animæ illæ introrsum gaudent, idè illis dari, vt illam exterius minorem habeant. Quorsum, quæso illas inspirationes, vel (vt melius dicam) aspirationes; quorsum illos nuntios, quos à centro suo interiori ad populum qui in superiori castelli parte est, & ad mansiones quæ sunt extra eam in qua ipsa agit anima mittit, spectare putatis? An vt se ad dormiendum & somnolentiam hæc componant? Minimè gentium. Inde enim grauius ipsis bellum mouet, ne videlicet potentia & sensus otientur, & quidquid corporis huius est, interpescat, quam mouit tum cum vna cum ipsis patiebatur. Tunc quippe non intelligebat, quantum è laborum tolerantia boni commodiè sequeretur, qui fortasse media & adminicula fuere, per quæ Deus ipsam eousque perduxit. Cum autem ab illo, quod penes se habet, confortio, multo maiores ei vires accedant (si enim hic in terra, vt ait Dauid, cum Sanctis Sancti erimus; minimè dubitandum est, quin, si

*Anima  
quies qualis  
sit.*

cum ipso qui fortis est, per tam veram atq; intimā spiritus cum spiritu v-  
nionem, vnum quid facta sit, fortitudo ei aliqua adhæsura sit, & sic suam  
Sanctos ad patiendum & moriendum fortitudinem habuisse videbi-  
mus, certissimum est, de fortitudine illa, quæ ei sic adhærescit, omnes  
qui in castello sunt aliquo modo participare; quin & ipsum corpus, q̄ il-  
lo sæpè se à robore illo, q̄ anima habet, postquā de vino cellæ huius vi-  
nariæ inquam sponfus ipsius eam introduxit, nec inde egredi patitur,  
bibit, vigoratum & corroboratum sentire videtur: adeo vt robur hoc  
etiam in debile corpus redundet; eum nimirum ad modum, quo hîc ci-  
bum, qui in stomachum traiecitur, tum capiti, tum & corpori vniuerso  
robur suppeditare sentimus. Itaque quamdiu viuit, summis in labori-  
bus & molestijs viuit, esto enim exterius multum patiatur, tamē multo  
plura adhuc interi us eam pati verisimile est, ac bellum quod ei moue-  
tur, acrius esse; esto omnia ei nihilum esse videantur. Hinc ortum hand  
dubiè habuere intensā illæ austeritates, quas plurimi Sanctorum subie-  
re, ac præsertim gloriosa Maria Magdalena, quæ vitam omnem priorem  
tantis in delicijs traduxerat, nec non Zelus ille & fames honoris Dei  
sui, quem habuit Pater noster Elias, nec non SS. Dominicus & Fran-  
ciscus, in animabus ad Deum dilaudandum excitandis & conuocan-  
dis Equidem dico vobis, illos certè non parum sustinere & spati debuil-  
se, sui ipsorum planè oblitos. Hoc, vellem, carissimæ, assequi & obtinere  
elaboraremus, & desideraremus (non quidem vt gaudijs & quiete frua-  
mur, sed robur hoc ad Domino seruiendum habeamus; ) adhæc ora-  
tioni serio incumbamus. Nec incedamus semita noua, & antè non cal-  
cata, nam tempore opportunissimo nos perditum ibimus: Et sanè noua  
via foret, cogitare, nos hæc Dei dona per aliam posse viam accipere,  
quam per quā ipse Dominus & oēs sancti eius ambulauerunt. Id nobis  
ne in mentem quidem veniat, carissimæ, at mihi credite, Marthā & Ma-  
riam simul ire & coniungi debere, si modo Dominum hospitiõ excipe-  
re, eumque semper apud se detinere, non verò eum malè tractare, ei  
quod comedit non apponendo, cupiant. Quomodo enim Maria, sem-  
per ad pedes eius sedendo, quid ei apponere potuisset, si soror Martha  
ipsam non adiuuisset? Porro cibus illius est, vt, quibuscumque poterit-  
mus modis, animas, quo viam salutis ingrediantur, ipsumque perpetuò  
dilaudent, permoueamus.

*Vin laboris  
& difficultatis  
incedam aut  
si habere  
Dominum  
velimus.*

*Quis sit ci-  
bus Domi-  
ni.*

*Quomodo  
ad Mariam opti-  
mam partem  
elegisse di-  
citur.*

Duo verò hic mihi obijciatis. Primum, Dominum dixisse Mariam  
optimam partem elegisse. Respondeo ad hoc Maria iã tum Marthæ par-  
tes adimplerat, Dominoq; serui erat, cū pedes eius lacrymis lauando, rû  
capillis capitis sui eos abstergendo. Et putatis, parua id mortificationis  
fuisse, q̄ mulier tã illustris atq; ipsa erat, sic per plateas (& forsitan sola &  
inco-

incomitata; neq; enim æstus amoris qui ardebat, reflectere eã sinebat, quomodo iret) rueret, & in domum ingrederetur, quã numquam esset ingressa: adhuc quòd ipsa Pharisæi obloquia & calumnias, aliaque mortificationis genera æquo animo tulerit? Nouũ namq; videbatur, mulierẽ qualis ipsa erat, taliter in ciuitate & palã vitã mutare, & quidẽ (vti nominus) inter homines tam sceleratos; & satis ipsis esset, ad priorẽ vitam ei exprobrandam, videre, quòd cũ Christo Domino, quẽ tantopere exorabatur & abhorrebant, amicitia coleret, & vitam sanctam iã instituere vellet. Certum namq; est, eam statim vestes priores mutasse, & omnem mundum muliebrẽ deposuisse. Si enim & hoc tẽpore homines, etiã de ijs quæ ita nobiles & celebres non sunt, ita loquantur, quomodo tunc illos huic insultasse putandum est? Dico itaq; vobis, carissimæ, ideo meliorẽ partẽ ei obtigisse, quòd in plurimis laboribus & mortificationibus fuerit: quæ tamen non fuisset alia, quàm quòd Magistrum suum ita exosum passim omnibus videret, intolerabile sanẽ id ei tormentum fuerit oportet. Vt raceam plurima illa, quæ moriente Domino suo sustinuit. Equidem mihi persuadeo causam cur martyrio vitam non finierit, fuisse, quòd antè, cum illum morientem vidit, martyrium dirum pertulerit, vt & reliquis quibus vixit annis, quòd se ab illo absentem videret. quæ certè terribile ei tormentum fuerint oportet. Atque hinc facilè colligere est illam non semper, secus pedes Domini sedendo, in contemperationis delicijs fuisse.

*S. Maria  
Magdalena  
mortificationes &  
martyria.*

Alterum, quòd obijciatis, erit, nõ posse vos animas vllas ad Deum adducere, nec adducendi modum aut rationem habere; esse alioquin ad hoc paratissimas; sed, cum docere ac prædicare, sicut Apostoli fecerunt, nequeatis, nescire vos quo ipsas modo ad Deum adducatis. Iam aliquoties scripto ad obiectionem hanc respondi; & nescio an non etiam in hoc ipso tractatu. Sed, quoniam res est, quam vobis subinde per cogitationem transire credo, idque per ardentia quæ Dominus vobis dat desideria, iterum de hac ipsa tractare & loqui sustinebo. Iam alio in loco vobis dixi, subinde cacodæmonem ingentia quædam in nobis desideria excitare, vt sic ijs quas præ manibus habemus, ad Domino in rebus quæ faciles & possibiles sunt seruiendum, occasionibus manum non admoueamus, — sed satis nos fecisse existimemus, dum quædam quæ factu nobis impossibilia sunt, desiderauimus. Vt ergo raceam, quòd per orationem permultum alios iuuare possitis, nolite vniuerso omnino mundo prodesse velle, sed ijs tantum, quibuscũ viuicis & assiduè tractatis: vnde fiet, vt opus vestrum maius & dignius futurum sit, quòd plus his, quam reliquis, debeatis. An exiguum facere vos lucrum putatis, dum humilitas & mortificatio vestra

*Diabolus  
cur sape desideria inijciat alios  
lucrificandis*

*Quomodo  
Religiosa  
animabus  
prodesse  
queant.*

*Iam ma-*

tam magna est, & dum omnibus seruire paratæ estis, & tanta in illas caritate, & in Deum amore ferimini, vt ignis hic vester omnes accendat, & reliquarum virtutum vestrarum exercitio semper eas ad similes acquirendas excitetis: Sanè id non paruū, sed per magnum vobis erit lucrum, nec non acceptissimum Deo obsequium præstabitis: &, dum id quod potestis opere exequemini, intelliget Maiestas eius, plura vos facturas, itaque tantum pro eo vobis mercedis persoluet, quantum si multas Deo animas lucratæ essetis. Dicitis, hoc non esse illas conuertere, quod omnes sint bonæ. Quid hoc ad vos? Quo illæ meliores erunt, eo ipsarum laudes Domino erunt acceptiores, & oratio proximo viliior.

*Cōclusio 20-  
tius 2. libri.*

Denique, carissimæ, id in quo nunc finem facio, illud est, ne turre sine fundamento ædificemus: neque enim tam Dominus operum magnitudinem, quam amorem, ex quo illa præstantur, intuetur; cumque facimus id quod possumus, efficiet Maiestas eius, vt quotidie plura & plura præstare possimus; dummodo non statim delassemur, sed modico illo spatio quo vita hæc durat (quod forsitan breuius erit, quàm existimemus) Domino rû interius, tum exterius id quod poterimus sacrificium offeramus; quia id Maiestas illius coniunget & vniet sacrificio illi quod ipse pro nobis in cruce Patri suo obtulit, vt eum id inde valorem accipiat, quem voluntas nostra promerita fuerit, quantumlibet opera exigua sint. Det Maiestas ipsius, carissimæ sorores ac filiæ, omnes inuicem aliquando ibi videamus, vbi eum in perpetuum laudemus; mihi quoque gratiam concedat, ad vel aliquid faciendum eorum quæ vobis hic præscribo, idq; per merita filij eius vnigeniti, qui vnà cum ipso viuunt & regnat in sæculorum secula. Amen. Dico enim vobis, in non medio-rem mei confusionem hanc descriptionem cedere, quapropter vos, per eundem Dominum rogo, vestris vt in orationibus miseræ huius peccatricis memoriam faciatis.

*S. M<sup>tris</sup>  
qu militas.*

**T**Ametsi cum Tractatū hunc scribere aggrederer, magnam illam, de qua initio egi, contradictionē senserim: tamen, illo iam absoluto & ad finem perducto, singulare quoddam mentis gaudium sensi: Vnde quem ei scribendo impendi laborem, quàm optimè impensum reputo, licet eum per exiguum & valdè modicum fuisse censeam. Porro considerans carissima, quàm arctè stricteque reclusæ sitis, & quàm paucas vestri recreandarum occasiones habeatis, & in aliquibus monasterijs vestris non eas esse locorum ac domuum commoditates quas haberi par esset, solatio vobis & recreationi fore putavi, in Castello hoc interiori recreationem & voluptatem capere; cum, etiam non petita Superioris facultate, in id inogredi, & quacumque libuerit, hora per ipsum exspatiari possitis. Forū quidem est, non possi vos vestro marce & viribus, esto eas quàm maximas habere



vere videamini, in omnes & singulas mansiones ingredi, nisi ipse castelli Dominus vos illic introducat. Atque ideo vos moneo, vt, si aliquod in ingrediendo impedimentum & obstaculum sentiat, nullam e contra violentiam adhibeatis: nam in tantum per hoc eum offenderetis, vt magnum vos exinde laborem subire oporteret ad ingrediendum. Humilitatem mirandis diligit: & vos reputando tam viles, vt ne quidem in tertiam mansionem admitti digna sitis, facilius illius gratiam & beneuolentiam promerebitis, vt vsque in quintam vos introducat; & in ea sis illi seruire poteritis, sepius eandem frequentando & aduendo, vt tandem in illam, quam ipse sibi seruat, mansionem vos admittat; e qua non amplius exinde egrediamini, nisi vos Præposita inde erocet, cuius vos vocati ac voluntati eque auiscultare magni hic Dominus vult, ac sua. Vnde licet vos sepius, illa iubente, extra mansionem hanc esse contingat, semper tamen, atque ad eam redibitis, ianuam vobis apertam habeat. Vbi semel castello hoc frui assueti fueritis, in reliquis omnibus rebus, quantumuis laboriosissimis, quietem inuenietis, terra cum spe denique illuc redeundis; & hanc nemo à vobis poterit tollere. Etsi verò hic non nisi de septem Mansionibus egerimus, habet tamen vnaquaque illarum alias varias inferne, superne, & ad latera; amenas quoque hortos, fontes, labyrinthos, aliq; plurima tam iucunda, vt vos ipsas in magni Dei, qui ad imaginem, & similitudinem suam vos fecit, laudibus annihilare optaretis. Si in methodo, qua huius castelli vobis aliquam dare notitiam studeo, boni aliquid inueniat, certissimo credite, id Dominum pro vestro solatio & profectu dixisse; quod verò malum inuenietis, id à me dictum putate. Itaque per desiderium illud quod habeo, vt aliqua ex parte vobis occasio & adiumento ad huc Deo & Domino meo seruandum, esse possim, vos obsecro, vt, quotiescumque hæc legetis, meo nomine Maiestatem eius maxime opere dilaudetis, ab eoque Ecclesia ipsius incrementum, hæreticorum illuminationem, mihi verò peccatorum meorum remissionem, & è Purgatorio ereptionem liberationemque (ubi enim fortassis deinceps, quando hæc vobis legenda proponentur, si quidem postquam viri eruditi ea examinauerint & excusserint, non indigna qua legantur, censeantur) postuletis. Si quem verò in his errorem notabit, id eò factum pietate, quia rem melius non intelligo, nam in omnibus me submitto & subdo ijs qua credit S. Ecclesia Catholica Romana, quia in illa viuo, & deinceps viuere ac mori velle me protestor ac promitto. Sit Dominus Deus noster semper laudatus ac benedictus: Amen, Amen.

Tractatui huic scribendo finis impostus in monasterio S. Iosephi Abulensi, anno salutis millesimo, quingentesimo, septuagesimo septimo, pridie S. Andreae, ad maiorem Dei gloriam qui viuus & regnat in perpetuas æternitates.

Amen.



# EXCLAMATIONES

VEL

## MEDITATIONES ANIMÆ, AD DEVM SVVM,

*à S. M. Teresa de Jeshu diuersis diebus pro spiri-  
tus, quem post sumptam sacram communionem  
Dominus ei communicabat, diuersitate scri-  
pto mandata. Anno Domini*

MDLIX.

I.



**Q**UOMODO, ô vita, ô vita, sustentari potes, cum à vita tua ita  
 absis? cui rei te tanta in solitudine impendis? quid agis, cum  
 omnia tua opera imperfecta sint & imperfectiones? quid te,  
 ô anima mea, in tempestuoso hoc mari potest cōsolari? Mi-  
 seret me mei; & magis adhuc me piget temporis, quo vixi  
 non compuncta. Quam, ô Domine, viæ tuæ sunt suauēs, ar quis sine me-  
 tu ac timore eas ambulabit? Timeo ne sim sine tibi seruiendo; cumque  
 ad tibi seruiendum adeo, nihil inuenio quod mihi satisfaciat, ad solu-  
 dum tibi aliquid è multo illo quod debeo. Videor me totam huic rei  
 velle impendere, & quando miseriam meam bene considero, video ni-  
 hil me quod bonum sit agere posse, nisi id mihi des Domine. O Deus  
 meus, misericordia mea, quid faciam, vt magnalia, quæ mecum facis,  
 non destruaui? Opera tua sunt sancta, iusta, inestimabilis valoris, & ma-  
 ximæ plenæ sapientiæ, cum tu Domine ipsa sis. Si intellectus meus in  
 hac expendenda sese occupet, voluntas conqueritur; velle enim nemo  
 ipsam in te amando impediret, quòd intellectus in tam magnis magna-  
 libus comprehendere nequeat, quis Deus ipse sit, aut eo frui deside-  
 rare, & non vider ipsa quomodo id facere posset, vtique in tam pœnoso  
 carcere, vt est hæc mortalitas, posita. Omnia namque eam impediunt,  
 esto primitus à magnalium tuorum consideratione nō nihil adiuta fue-  
 rit, in qua innumeræ vilitates meæ melius perspiciuntur. Cur hoc dixi,  
 Deus meus? apud quem cōquoror? quis me audit, nisi tu, Pater & Crea-  
 tor

tor meus? Vt verò p̄nam meam intelligas, cur necesse me est loqui, cum tam euidenter & liquidò videam, te intra me esse? Sed hæc mea ineptia & sup̄or est; sed heu, Deus meus, quomodo certò scire poterò, non esse me à te separatam ac disiunctam? cur, ò vita mea, viuere desideras tam paruam securitatem habens rei quæ tanti momenti sit? Quis te desideret aut velit, cum commodum; quod à te haberi aut sperari potest, quod est Deo in omnibus placere, tam incertum ac periculis plenum sit?

## II.

Sæpè numerò Domine, mecum considero, num si vita aliqua re, te nò habendo, sustentari possit, id fieri possit per solitudinem, quòd ibi anima cum sua requie requiescat; esto, quòd plenè & liberrimè ea non fruatur, sæpè hic tormentum eius duplicetur: verum tormentum quòd sentit, quòd cum creaturis tractare debeat, & in solitudine sola cum Creatore suo agere & conuersari nequeat, efficit, vt prius illud etiam pro voluptate ducatur. Sed quid hoc est, Deus meus, vt ipsamet requies animam defatiget, tibi soli placere cupientem? Quam, ò potens Dei amor, effectus tui differentes sunt ab amoris mundani effectibus! Hic enim socium non quærit, quòd ab illo sibi auferèdum, seseq; ab eo quòd possidet deturbandum putat: at Dei mei amor, quo plures amatores eius esse intelligit, eo fit intensior; gaudia verò eius inde minuuntur quòd omnes hocce bono non frui videat. Hoc, ò bonum meum, in causa est, vt etiam in maximis delicijs ac recreationibus quæ à te habentur, memoria, tum multorum illorum qui hæc gaudia habere nolint, tum & illorum, qui hæc in æternum perdituri sunt, commiseratione nò parum memoria affligatur. Vnde anima media inuestigat, ad consortium aliquod quærendum, & eo quo fruatur gaudio haud illibenter sese priuat, dum cogitat aliquo modo se in causa futuram vt & alij ipso frui procurent. Verum, ò Pater cælestis, an non multò melius foret hæc desideria omittere, & in illud tēpus reseruare, quo anima minus recreationibus & consolationibus tuis gaudet, & tunc se totam in tui fruitionem impendat? Quam, ò mi Iesu, magnus est amor, quo nos filios hominum prosequeris! maximum enim quòd tibi impendi potest obsequium, est, ipsorum causa & ad fructum in ipsis faciendum, tui fruitionem relinquere: quòd cum sit, tum magis integrè possideris: nam, tametsi tanta voluptas non sit, quòd voluntas gaudeat ac fruatur, anima tamen gaudet, quòd sic tibi placeat & satisfaciat, tum etiam quòd terræ huius gaudia videat esse incerta, esto illa à te descendere & dari nobis, interea dum in hac mortalitate viuimus, videantur, nisi eadem cum amore proximi coniungantur. Hunc ergo qui non ama-

bit, Domine, nō amat te; quōd amorem, quo filios Adam ipse prosequeris, tam copioso effuso sanguine testatum ac demonstratum videamus.

## III.

**C**Vm, o Deus meus, gloriam, quam in voluntate tua exequenda perleuerantibus preparasti, quantumque laboribus & doloribus filius carni tuus compararit, & quā id nos male promeruerimus, quāque nos merito magnitudini amoris huius, qui tam operose & sumptuose nos amare docuit, ingratos non esse oporteat; considero, maximopere in anima affligor & angustior. Qui fieri potest, Domine, hæc omnia sic obliuioni tradi, & homines tui ira inimicos esse, quando te offendunt? Et, quāta, o Redemptor mi, eorum obliuio est, ut & obliuiscantur sui, & quantā tua bonitas, ut etiam tunc nostri recorderis; cumque ceciderimus; ad ficiētum & vulnus mortale tibi infligendum, tu huius iniuriæ oblitus, denuo nobis manum porrigas, nosque à phrenesi & vesania adeo incurabili educas & excites, ut salutem nostram procuremus, & à te petamus? **Benedictus sit talis Dominus, benedicta quoque sit tam singularis misericordia, sitque is in perpetuum pro tam ingenti ac misericordiosa pietate laudatus. Benedic ergo anima mea in perpetuum tam magnum Dominum. Quomodo autem in ipsum quis insurgere potest? quomodo verò ijs qui ingrati sunt, hæc ipsa gratiæ magnitudo nocebit! Cui rei, tu o Deus meus, medere, & remedium adhibe. Porro filij hominum, usquequo duri cordes eritis, & cor animumque habebitis, ut aduersus hunc mansuetissimum Iesū insurgatis? Quid hoc est? an fortasse malitia nostra contra eum perstare & præualere possit? Nequaquam. nam vita hominis sicut flos fani pertransibit, & filius Virginis, ad terribilem illam sententiam ferendam semel veniet. Cū o potēs Deus meus, debeamus, esto nolimus, à te iudicari, quomodo ergo non videmus, quanti nostra referat, te in illa hora propitium & amicum habere? At quis tam iustum habere iudicem nollit? Beati illi, qui in tremendo illo temporis puncto & articulo tecum lætabuntur. Ecquæ, o Deus meus & Domine, suppetit ratio, ut is, quem tu iam à lapsu erexisti, quiq; cognouit, quā miserē se ad breuem aliquam voluptatem comparandam perdidit, & iam firmiter decreuit semper quæ tibi placita sunt facere, si modò tu tuo eū favore prosequaris, (cū o animæ meæ bonū, te amantibus & querentibus minimē desis, ac te inuocanti respondere non negligas) postea adhuc viuere possit, ut non emoriatur, dū se tantū bonū, quod habuit, tū cū in innocētia baptismali esset, recordatur amisisse? Meliorē autē habere vitā nō potest, quā semper hocce in sensu emori. Sed quomodo anima, quæ te tenerē amat, id tolerare & ferre poterit? Sed quæ inepta impertinentiq; hæc mea interrogatio est, Dñe meus, videor certē magnalium & misericordiarum**

diarū tuarū, ac quomodo in mundū pro peccatoribus redimēdis veneris, & quomodo tā ingenti pretio nos emeris, falsaq; nostra gaudia tā di-  
 ris tormentis & flagellis lueris, oblita profus esse. Cæcitatē meā curasti,  
 dū diuinos oculos tuos velari es passus; vanitatē verò cum tā ditā coronā  
 spineā in capite gestasti. Hæc porro omnia, Domine, eū qui te amat, ma-  
 gis affligūt & cruciāt; & hoc solū ex altera parte eū consolatur, q; miseri-  
 cordia tuā in sēpiternum ab hominibus decantabitur, cū iniquitas mea  
 scierit & inno tescerit; & tamen nescio, an hæc eius molestia antē auferen-  
 da sit, quā, te videndo, omnes moralitatis huius miseræ auferantur.

## IV.

Videtur, ô Domine, tum anima mea nō nihil serenari & quietari, cū  
 gaudiū quod habebit, vbi per misericordiā tuā illi te frui datū fue-  
 rit, considerat. Sed prius veller tibi seruire, cum necessariò eo frui debeat,  
 quod tu, ei seruiendo, illi cōparasti. Quid faciō Domine mi? quid faciam  
 Deus meus? Quā serò desideria mea accensa fuere, & quā me è cōtra tu  
 tēpestiue & manē acquirere & vocare studuisti, vt me totā tibi impende-  
 re! An vmq; Dñe, miserū aliquē deseruisti, aut pauperem mendicū, cū  
 ad te gestit accedere repulisti? An forsan magnalia & magnifica opera  
 tua, certo aliquo termino concluduntur? Quomodo, ô Deus, & miseri-  
 cordia mea iā hæc in ancilla tua ostēdere potes! Potēs es, magne Deus: iā  
 intelligi poterit, nū anima mea seipsa nō intelligat & cognoscat, tempus  
 q; perdidit considerando, & quomodo tu Dñe in monēto efficere pos-  
 sis, vt id ipsa denuo recuperet: Videor mihi hic ineptire, cū tēpus semel  
 amissū ampliùs recuperari non posse, vulgò dici soleat. Benedictus sit  
 Deus meus. Confiteor, Dñe, magnā tuā potētīā, si, vt reuera es, potēs sis,  
 quid impossibile est ei qui potest omnia: Sine, Domine mi, sine, vt ram-  
 etū miserabilis sim firmiter credi, nihilominus posse te quodcumq; cu-  
 pis, & quo maiora mirabilia tua audio, & plura te posse facere cōsidero,  
 fides mea magis corroboretur, maioriq; cum resolutione & certitudine  
 credā ea te facturum. Quid verò mirāmur id, quod facit omnipotens?  
 Nosti, Deus meus, non obstantibus omnibus miserijs meis, numquam  
 me non magnam potentiam & misericordiam tuam cognouisse. Pro-  
 fit hoc mihi, Domine, quod in hoc te non offenderim. Recupera mi-  
 hi Deus meus, tempus amissum gratiam mihi dando in præsentī & in  
 futuro, vt coram te in veste nuptiali appaream; cū in dummodò velis, id  
 possis.

## V.

Quomodo te, Domine, gratiam rogare audeat is qui tam malè tibi  
 seruiuit, & quæ ei dedisti, tam malè seruare potuit? Quomodo  
 fidatur ei qui toties proditor fuit? Quid ergo faciam, desolatorum sola-

tium, & medicina eius qui à te medicinam cupit? Melius forsitan erit, me de meis necessitatibus tacere, exspectando vt tu ijs succurras & me dearis? Nequaquam: nam tu, Domine, & voluptas mea (vt pote qui nosti, permultas illas fore, & alleuiamentum in signe nos sensuros ex eo quod eas tibi exponamus) dicis, vt te rogemus & petamus, & te nobis petita concessurum. Venit mihi subinde in mentem quærela & expositulationis sanctæ illius mulieris Marthæ: quia certissimo mihi persuasum, illam non tam de sorore sua conquestam esse, quàm potissimam conquerendi causam fuisse, & magnum idè dolorem sensisse, quod putaret te Domine sibi non compati, nec miserari laborem quem sustinebat, nec curares vt & ipsa apud te esset & maneret. Videbatur illi fortassis, quòd illam tanto amore non prosequeris, quanto sororem: hoc certè haud dubiè magis sentiebat, quàm quod seruiret illi in quem tanto amore ferebatur; cum quem suscipiebat labor, ei requies & recreatio videretur. Et hoc apparet ex eo, quòd nihil omnino sorori dixerit, sed omnes querelas suas in te Domine, effuderit: amor namque in causa fuit, vt dicere ausa sit, se tibi curæ non esse. Quin & ex responsione tua id ita esse colligere est, & eius interrogationem ex eo quod dico, processisse: quòd, solus amor omnibus rebus valorem & pretium addat, quin & maximè necessarium sit, illum tam magnum esse nihil vt hominem in amando impediatur; sed quomodo, ò Deus meus, amorem habere poterimus talem, qui respondeat meritis ac amori amati, nisi amor, quo tu me prosequeris, eum secum coniungat? Ergone cum sancta illa muliere conquerar? Quam nullam ad hoc habeo rationem! etenim semper multò maiora & plura amoris argumenta in Deo meo vidi, quàm aut petere, aut desiderare potui: nisi enim de nimia tua, quæ me tolerauit, benignitate, conquerar, aliam conquerendi causam aut materiam non habeo. Quid ergo res ad eò miserabilis atque ego sum, petere poterit? Da mihi Deus meus, quòd illud deinde tibi cum S. Augustino reddam, vt sic aliquid tibi soluam de multo illo quod tibi debeo? recordare quoque, me opus & facturam tuam esse; & da vt cognoscam, quis creator meus sit, vt eum amem.

## VI.

**O** Voluptas mea, ò omnium rerum creatarum Domine ac, Deus meus, quamdiu adhuc à tua præsentia videnda excludar? quid consilij suggeris ei, quæ tam parum consilij in terra videt, vt aliquod extra te solatium inueniat? O vitam longam, ò vitam pœnosam, ò vitam quæ non viuatur! ò nimis quàm solam solitudinem, quàm omni ope destitutam! Quando ergò Domine, quando? vsque quò? quid faciam, bonum meum, quid faciam? an desiderem non desiderare te? Tu ò Deus & Creator meus,

meus, plagam infligis, & non adhibes medicinam; vulneras, & vulnus non apparet; occidis, & plus vitæ das, in summa, Domine, facis quodcumque volueris, utpote qui potens es. Ergo neme vermiculum tam contemptibilem hæc repugnantias ferre cupis? Ita fiat Domine, cum id ipse velis: neque enim aliud ego volo, nisi quod tute vis, sed eheu, eheu, creator meus, dolor ingens me cogit queri, & dicere, nullum hîc suppetere remedium, quoad usque tu velis. Vnde anima, ita in carcerata, ad suam aspirat libertatem, tamen ne vel apicem ab eo quod tu cupis distcedere ac desistere vult. Permite ergo, ô gloria mea, ut eius pœna crescat, vel totaliter ei medere. Nescio, ô mors, mors, quisnam te timeat, cû in te sit vita? at quis te non timebit, qui magnam vitæ suæ partem in suo Deo non amando impendit: Cumque ego talis sim, quid ergo peto, aut desidero an tam bene promeritam peccatorum meorum castigationem? Ne id, obsecro, permittas, tu ô bonum meum; caro enim tibi mea stetit redemptio. Sine, ô anima mea, ut voluntas Dei tui fiat: hoc enim te facere conuenit. Serui ei, & spera, quæ eius misericordia est, illum amaritudini & pœnis tuis remedium adhibiturum, cum culparum tuarum penitentia aliquam illarum remissionem promerita erit. Noli sine passione quierem & fruitionem habere velle. Ne quidem hoc, ô vere Domine, & Rex meus, facere possum, nisi mihi suprema manus & magnitudo tua auxilio sit; nam cum illo nihil non potero.

## VII.

Quando, O spes mea, ô pater & creator meus, ô vere Domine & frater meus, verba tua mecum perpendo, quibus delicias tuas esse ais agere cum filiis hominum, summo anima mea gaudio exultat. Quam O Domine cæli ac terræ, verba hæc accommoda sunt, ne vllus peccator de venia consequenda desperet, aut fiduciam amittat! An tibi deest, Domine, qui cum deliceris, quod tam fetidum vermiculum atque ipsa sum, quæras? Vox quoque illa, quæ in filij tui baptismo audita est, dixit tibi in illo bene complacitum esse. Ergone omnes æquales ei esse debeamus, Domine? Prò ingentem misericordiam & fauorem, quem nullatenus promereri possumus! Et nos mortales hæc omnia sic obliuisci? Recordare, obsecro, Deus meus, tantæ, miseræ, & imbecillitatem nostram respices, cum nihil te lateat. Considera, ô anima mea, magnam complacentiam, gaudium & amorem, quem Pater cælestis haurit ex eo quod filium suum cognoscat; & vicissim filius, ex eo quod Patrem cognoscat; necnon inflammationem & ardorem, qua Spiritus sanctus illis se iungit & vnit: & quomodo illorum nullus ab hoc se amore & cognitione disjungere valeat, quia inter se vnum quid sunt. Hæc supremæ ac diuinæ personæ inuicem se cognoscunt ac diligunt,

& una cum altera delectatur ac sibi complacet: Ad quid ergo requiritur amor meus cur eum cupis Deus meus? quid ex eo lucraris? Benedictus esto, benedictus esto, tu ò Deus meus in perpetuum: omnia creatate, Domine, sine fine laudent, cum nullus in te finis ac terminus esse queat. Gaude, ò anima mea, quòd sint qui Deum meum amant, ut promerentur: gaude, quòd sint, qui bonitatem & dignitatem eius cognoscant: gratias illi age, quòd aliquem nobis in terra dederit, qui eum ita cognoscit, ut filius ipsius unigenitus. Sub hoc pretextu & umbra ad eum venire poteris, eumque togare, ut, cum Maiestas ipsius tecum delicias suas habere velit, nihil in terra creatum ita potens sit, ut te impediatur, quo minus in magnitudine Dei tui gaudeas & exultes, & in eo quòd in tantum amari ac laudari mereatur; ad hæc ut te ipse adiuvet, aliquo modo ut in causa esse possis, quo nomen eius sanctum benedicatur, & veraciter dicere valeas, *Magnifica & lauda anima mea Dominum.*

## VIII.

**Q**uam, ò Domine Deus meus, verba vitæ habes, in quibus omnes mortales id quod cupiunt inveniunt, si modò ipsum quærere velimus! Sed quid mirum, Deus meus, nos per stultitiam & imbecillitatem, quam opera nostra mala causantur, verborum tuorum obliuisci? O Deus, Deus, Deus meus, omnium rerum creatarum conditor, quid sunt, quæso, creaturæ, si tu Domine plura alia creare velles? Omnipotens es, & opera tua sunt incomprehensibilia. Præsta ergo, Domine, ne verba tua à cogitatione & mente mea unquam recedant. Tu dicis: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Quid volumus amplius, Domine? quid plura petimus? quid quærimus? cur homines mundani pessum eunt, nisi quia requiem & consolationem quærunt: Deus bone, quid hoc est Domine, quàm res miseranda: quanta cecitas, nos requiem quærere in re in qua reperiri prorsus non potest! Harum creaturarum tuarum miseria te tangat. Creator: cogita, nos ipsos non intelligere nos, nec scire quid desideremus, nec nosse quid petamus. Da nobis, Domine lumen; ac vide, magis ipsum nobis necessarium esse quam cæco nato: hic namque lumen cæli videre desiderabat, nec poterat, hodie verò ipsum videre nolumus. Quàm est hoc malum incurabile! tua ergo, Deus meus, potentia ac misericordia hic interveniant necesse est. Quam verò rem arduam à te peto, verax Deus meus! ut nimirum cupias eum qui te non cupit, aperias te non inclamanti, sanes eum, qui libenter infirmus est, & malè sanus esse gaudet, quin & infirmitatem vltro sibi accersit; At enim tu dicis, Domine, venisse te, ut peccatores quæras: hi autem, Domine, veri sunt peccatores: noli, ò Deus meus, tam cæcitatem nostram respicere, quam copio-



sum, quem pro nobis filius tuus dilectissimus effudit, sanguinem In tam eminenti & singulari malitia, tua reluceat misericordia : considera nos opus manuum tuarum esse, tua proinde bonitas & misericordia nos adiuet.

## IX.

**D**icis quoq; clementissime Domine, & amantissime animæ meæ, *Uenite ad me omnes sitientes, & ego dabo vobis bibere.* Quomodo vero non sitiant, qui viuis concupiscentiæ miserarum harum mundi huius rerum flammis æstuant? maxima sanè aquæ necessitas est, ne præ hac ipsi siti deficiant aut emoriantur. Iam tum de bonitate tua noui, te mihi illam aquam daturum: id enim ipse promittis & spondes; verba autem tua fallere non possunt. Iam si in hoc igne viuere assueti, & in eo enutriti, ipsum non sentiunt, & quæ eorum stoliditas est, magnam suam necessitatem videre non possunt, quid remedij Deus meus? Tu in mûdum venisti, vt tam magnis necessitatibus ac hæ sunt medereris; incipe ergo Domine, in rebus difficilioribus potissimum tua relucere pietas debet. Considera, Deus meus, inimicos tuos quotidie multum lucrari, misere-  
re ergo eorum qui sui ipsorum non misereantur; cumq; ipsorum infortunium eo in statu illos collocarit, vt ad te venire nolint, tu ad illos, Deus meus, venire dignare. Hoc, illorum nomine, ego te rogo; ac scio, dummodo ad seipsum reflectant, in sese redeant, teq; gustare incipiant, mortuos hosce resuscitandos. Noli, ô vita mea, qui eam das omnibus, aquam hanc dulcissimam quam eam petentibus te daturum promittis, mihi denegare: illam volo, illam peto, & ob illam ad te venio; ne te ergo abscondas à me, cum necessitatem meam noris, & hanc veram animæ per te vulnerata medicinam esse. Quam, ô Domine, varia ignium generam in hac vita sunt! quam ergo merito hîc cum timore & metu nos viuere oportet! hi quidem animam consumunt, alij eam purificant, vt te fruendo in perpetuum uiuat. Quomodo, ô viui vulnerum Dei mei fontes, semper magna cum abundantia ad nostram sustentationem & usum manebitis! quamque per vitæ huius miserabilis pericula securus incederis, qui diuino hoc liquore se reficere & sustentare sataget?

## X.

**Q**uomodo, ô Deus animæ meæ, ad te offendendum festinamus, & quomodo ex aduerso tu adhuc magis ad nobis condonandum! Vnde provenit Domine, tantam tamq; stolidam nos audaciam inducere: an ex eo, quòd misericordiam tuam magnam esse scientes, iustitiam tuam istam esse oblitum sumus? Circumdederunt me dolores mortis. Heu, heu, heu! quam graue quid, est peccatum! vt pòre quod satis fuit ad Deum tantos per dolores & tormenta interficiendum! quam vero, ô Deus meus,

meus, peccatis circumcinctus es! Quoniam te conferre potes, ubi te non crucient & affligant? Ex omni parte mortalia tibi vulnera infliguntur. Tempus iam est, ô Christiani, Regem vestrum propugnandi, eumque tanta in solitudine comitandi; nam quam paucissimi de subditis ipsius, apud eum mansere; ingens autem est turba & multitudo, quæ Luciferum stipat & comitatur. Id autem longè pessimum, quod palam se amicos illius esse ostendant, clam autem & in secreto eum vendant; ut penè vix inueniat cui fidat. O sincere & vere amice, quam malè tibi rependit is, qui te prodit! Adiuuate, ô veri Christiani, Deum vestrum inplorando; neque enim tam ob Lazarum piæ hæc eius lacrymæ sunt, quam ob illos qui aliquando resurgere nolent, quantumcumque fortiter Maiestas ipsius eos vocaret. Quam, ô summam bonum meum, culpas, quas in te commisi, præsentem tui habebas! Utinam hæc, Domine, finem iam habeant, utinam finiantur, uti & omnium aliorum culpa! Mortuos hos resuscita; vox tua Domine tam potens & valida sit, ut, tametsi vitam à te non petant, tu nihilominus illam eis des; ut tandem aliquando, Deus meus, è profunda voluptatum suarum fossa egrediatur. Lazarus te non rogauit, ut illum resuscitares: sed in peccatriciæ mulieris gratiam id fecisti. talem hinc vides, Deus meus, & maiorem multò quam illa fuit. Reluceat hic tua misericordia: hoc ego, tametsi misera, à te posco pro ijs qui id à te petere nolunt. Iam tum, Rex meus, nosti, quam mihi crux sit, videre, illos summorum illorum cruciatuum, quos sine fine (nisi ad te redeuntes respiscant) passuri sunt, vsq; adeò oblitos esse. Vos verò, qui voluptatibus, recreationibus, delicijs, vtq; vestram voluntatem in omnibus faciatis, dediti estis, vestri ipsorum misereatur: ac memento, vos furijs infernalibus semper, iugiter, & in æternum subiectos esse debere. Considerate, Iudicem illum, qui sententiam damnationis aliquando in vos detonabit, modo vos rogare, vos verò certos non esse, vel ad momentum vos vitam extensuros: cur ergo non vultis perpetuò & æternum viuere? O cordium humanorum duritiem! tu, Deus meus, per immensam pietatem tuam, eadem emolli.

## XI.

Quam magnum, heu Deus meus, Deus meus, mihi tormentum & cor doliū est, dum mecum ipsa considero, quid sententia illa sit anima, quæ hoc in mundo semper in honore & reputatione, omnibus cara, culta, in pretio habita fuit, & delicijs circumfluxit; quando, iam mortua, se in perpetuum damnatam & perditam esse conspiciet, & liquido intelliget, nunquam se finem habituram aut consumendam (hinc namq; ei nõ proderit, nolle de rebus fidei cogitare, uti hoc in mundo cogitare noluit) & diuelli se Videbit ab eo, quò vix dum se frui cæpisse putabit. Et meritò: nō quidquid vna cum hac vita finitur, non nisi instar flatus est. Cumq; se inter so-

etios illos difformes & inimicos conſpiciet, cum quibus ſemper pati & cruciari debebit, coniecta in lacu illum putentiſſimum, ac ſerpentibus repletum; vbi qui plus poterit, plus illam in miſerabili illa obſcuritate, (in qua aliud nihil videbit, quam quod ipſam torquebit & cruciabit, nullam ibi videndo lucem, niſi fortaſſe flammæ cuiuſdam tenebroſæ) morſurus eſt. Quam parum id exaggeratur & extollitur, pro eo atq; reuera eſt! Quis, ô Domine, tanto animæ huius oculos luto oppleuit, vt non viderit hoc vſq; dum hîc ſeſe videt? Quis, ô Domine, aures eius obturauit, vt non audierit tum cum id illi tam ſæpe dictum eſt, nec ad horum tormentorum æternitatem aduertèret? Quo modo te ô vita, quæ nûquã eſſe deſinet, ô tormentum ſine fine duraturû, ac numquã finiendum, nõ timeant illi, qui duro in lecto, nequã corpori ſuo afflictionem & dolore creent, dormire metuunt? Deploro, ô Domine Deus meus, tempus quo illud non intellexi, cumq; noris, Deus meus, quam mihi graue ſit & acerbum, videre quòd quamplurimum ſint, qui id ipſum nolunt intelligere; ſaltem vnus, Domine, vel vnus inquam (quod modò à te peto) lumen à te tale conſequatur, quod in cauſa eſſet vt multi illuminentur. Idq; non in mei gratiam, Domine (quia id minimè promereor) ſed per merita filij tui præſta: reſpicere illius vulnera, Domine; cumq; ipſe ignouerit hæc ei inſerentibus, tu nobis, quaſo, ignoſce.

## XII.

**D**Eus meus, & vera fortitudo mea, quid hoc eſſe dicam, Domine, vt ad omnia tardi & inertes ſimus, præterquam dum contra te res agitur? Huc omnes filiorum Adami vires impendunt & tendunt. Et ſi ratio eorum excæcata non eſſet, omnium ſimul iunctorum vires non ſufficerent, ad arma contra Creatorem ſumere, continuumq; contra eum qui vno momento in abyſſum deturbare eos poſſet, bellam fouere audendû. Verum, quia hæc cæca eſt, hinc ſunt velut ſtulti, vltro ſibi mortè querentes; quòd in imaginatione ſua per hæc ſeſe putent vitâ ſibi parate. Sûdeniq; velut gens ſine conſilio, & iudicij expers. Quid, ô Deus meus, faciamus his qui hoc ſtultitiæ ac veſaniæ morbo laborant? Dicitur ſtultitia & veſania ſtultis vires addere, & corroborare: At que ita ſit his qui ſe à Deo ſeparât, qui gès imbecillis ſit, quia omnis eorû furia & imperiõ contra te, qui pl<sup>us</sup> eis cõſers boni, vertitur. Quis ô ſapiëntia quæ cõprehendi nõ poſteſt, omnis ille amor, quo erga creaturas tuas fertis, neceſſarius fuit ad tantam ſtoliditatem noſtram æquo animo perferendâ, & exiſteſtandû vſq; dũ ſanemur, & mille id mediis & modis procurandû! Non poſſum non mirari, quando perpendo illis vires deficere ad ſe vel in re leuiſſima ſuperandos, eoſque verè ſibi perſuadere, non poſſe ſe, quantumuis veſunt, vel vnâ occasionem fugere, aut periculum vnum in quo animam

ſuam

suam perdunt, euitare; interim tamen robur nos & animum habere, ad  
 tam magnam Maiestatem, uti tu es, oppugnandam. Quid hoc est, ô bô-  
 num meum, quid est hoc? quis vires has suppeditat? fortè dux ille, quem  
 hac in pugna contra te sequuntur? Sed an non ille seruus tuus est, & æ-  
 ternis flammis addictus, cur ergo contra te insurgit? quomodo qui iam  
 victus est, animum alijs dare potest? quomodo sequuntur & adherent  
 ei qui tam pauper est, ut caelestibus diuitiis dispoliatus sit? quid dare po-  
 test is, qui nihil sibi habet, nisi multam calamitatem & infortunia? Quid  
 hoc est, Deus meus? quid hoc esse dicam, mi creator? Vnde tantæ hæ vi-  
 res & conatus contra te? tanta verò contra diabolum inertia & vecor-  
 dia procedunt? Cerrè, etiam si tu, ô Princeps meus, tuis fauore tuo non  
 adesses; & huic Principi tenebrarum aliquid deberemus; adhuc par non  
 esset tam inertem nos animum ostendere; tum quòd tu magna nobis  
 bona, quibus fruere in sempiternum, reseruasti, tum quòd omnia e-  
 ius gaudia & promissa, fallacia & proditoria esse videamus. Quo-  
 modo verò is nobis non proditor futurus est, qui & erga te prodito-  
 riè se gessit! Prò ingentem, Deus meus, cecitatem! ô magnam,  
 rex meus, ingratitude! ô insanabilem stultitiam nostram, quòd  
 diaboli obsequio impendamus & consecremus id, quòd tu, Deus  
 meus, nobis das! quòd magnum, quo ipse nos prosequeris, a-  
 morem compensem amando eum qui ita te detestatur, & in sempiter-  
 num detestaturus est! quòd post sanguinem à te pro nobis effusum, post  
 flagella & diros cruciatus quos tulisti, post intolerabilia tormenta quæ  
 passus es; tantum absit, ut pro Patre tuo æterno vindictam (quia tu vin-  
 dictam non cupis, sed tortoribus tuis etiam ignouisti) ob tam magnam  
 indignitatem & irreuerentiam, quæ in filium ipsius commissa est; capia-  
 mus, ut etiam in socios & amicos assumamus eos, qui tam diris modis  
 eum tractarunt: Cùm infernalem eorum ducem sequamur, certum &  
 clarum est, vnum nos cum ipsis futuros, & semper in ipsorum societate  
 victuros, nisi pietas tua sensus nostros immutando, & quæ præterita  
 sunt ignoscendo, nobis adsit & medeatur. Redite, redite ergo in vos  
 ipsos, mortales, & Regem vestrum intuemini: nam nunc eum mansue-  
 tum & benignum inuenietis. tanta malicia vestra iam finem accipiat,  
 vestram vero furiam & robur aduersus illum conuertite, qui vobis bel-  
 lum infert, & primogenituræ vestræ iura vobis eripere conatur. Redite,  
 redite inquam, ad ingenium & mentem; aperite oculos vestros, & ma-  
 gnis cum clamoribus & lacrymis lumen petite ab eo qui illud dedit  
 mundo. Per amorem Dei obsecro, intelligite, vos totis viribus vestris  
 necem moliri ei, qui, quo vitam vobis daret, suam perdere non dubita-  
 uit, & considerate, illum esse, qui vos ab inimicis vestris protegit ac

meretur. Et, sine hæc quidem omnia ad vobis istud persuadendum satis  
sint, satis saltem sit, vos scire & nosse, nihil omnino vos contra ipsius po-  
tentiam posse, sed seriùs aut citius tantam irreuerentiam & audaciam  
ignibus æternis luituros. An ideo tam audaces estis, quod hanc Dei Ma-  
iestatem amore, quo nos prosequitur, ligatam & vincitam cernatis? Tale  
quid etiam ij faciebant, qui ei mortem intulere, nimirum quod, post-  
quam eum vixerunt, verbera ei & vulnera inflixerint. Cur, ô Deus meus,  
pateris pro eo qui pœnis tuis tam parum compatitur? Tempus aliquan-  
do veniet, Domine, quo tua patefiet iustitia, & num illa ex æquo miseri-  
cordiæ respondeat. Consideremus hoc Christiani ac benè ponderemus:  
numq̄ enim satis, quid Dño Deo debeamus, intelligemus, nec miseri-  
cordiã illius magnalia pernoscemus. si ergo iustitia eius tā immensa sit, e-  
heu heu! quid fiet illis, qui meruerint vt hæc in ipsos exerat, & reluceat?

## XIII.

**B**Eata haud dubiè fors vestra fuit, animæ, quæ iã sine vlllo timore, bo-  
no vel gaudio vestro fruimini, inque Dei mei laudes semper effusæ  
& absorptæ estis. Quàm vero par & congruum est, semper eius laudi-  
bus vos occupari, quamque anima mea vobis inuidet, quod iam liberæ  
& immunes sitis à dolore, quem nobis adferunt primò peccata illa enor-  
mia, quæ infelicibus hisce temporibus in Deum meum committuntur,  
dein quod tantam in hominibus videamus ingratitude, & quod  
multitudinem illam animarũ quas tibi Satan rapit, videre nolint. Tuna-  
te, ô beatæ animæ, nostram miseriam, & ante diuinam misericordiam  
intercessores nostri & patronæ estote, vt de vestro gaudio aliquid in nos  
effundat, deque cognitione quam habetis portionem aliquam nobis  
elargiatur. Da nobis, tu ô Deus meus, intelligere, quid sit quod viriliter  
in hoc somno miserabilis huius vitæ pugnantibus datur. Impetrate no-  
bis, ô animæ animantissimæ, intelligere vt possimus gaudium, quod  
percipitis ex eo, quod gaudia vestra perpetuũ duratura videatis. Quàm  
autem volupe & iucundum est, certissimò scire, nullum ea vniquam fi-  
nè habitura? Prò nos infelices, Domine, qui quidem ipsum nouimus &  
credimus: sed ob continuã illã hæc veritates non cõsiderandi consue-  
tudinẽ, ita iã hæc animabus peregrinæ & exoticæ videntur, vt eas nec co-  
gnoscant, nec cognoscere cupiant! O homines commodorum suorum  
auantes, gustuũ ac voluptatum suarum auidos: qui nè breui aliquo tẽ-  
pore expectent, vt illis quam abundantissimè fruantur; ne anno vno,  
die vno, hora vna, (& fortasse nonnisi vno momento) prostolentur,  
omnia perdant, quo illa, quam præsentem vident, voluptate, ac miseria  
potius fruuntur. Ah, ah, ah, quàm parum tibi fidimus Domine! quanto  
maiores diuitias & thesauros tu nobis credidisti, cum triginta tres ma-

ximorum laborum annos, & deinde mortem ad eò intolerabilem ac dolorosam, quos & quam filius tuus perulit, nobis dederis, etiam tot annis antequam nasceremur; ac tamen si scires nos tibi illud non compensaturos, tam inestimabilem tamen thesaurum credere nobis sustinisti, ne per te staret, quò minus ipsi id lucrum faceremus, quod per illum negotiando, tecum clementissime Pater, facere possumus. Dicite nobis, o beatæ animæ, quæ tam bene eum in bonum & commodum vestrum conuertere, & pretioso hoc pretio tam delectabilem & permanentem hereditatem comparare potuistis; quomodo bono hoc, quod tam sine fine est, in rem vestram vsæ & negotiæ sitis: iuuate nos, cum fonti ipsi tam vicinæ sitis; haurite a quas iis, qui hic præ siti emorimur.

## XIV.

**Q**uisquis te, Dñe, & vere Deus meus, nõ cognoscit, te non amat. Quæ magna veritas hæc est. Sed vix, vix illis qui te nosse nolunt. Horrendum quid est, hora mortis; sed eheu, eheu, o Creator, quæ terribilis erit dies, qua iustitiâ tuâ exercebis & executioni mandabis! Equidẽ sæpenumerò tecum, amantissime Dñe perpendo, quæ amabiles, & quæ placidos se ostendant oculi tui ei qui te amat, & quæ tu o bonum meum ex amore respicere dignaris. Certè vel semel te hoc suauis modo animas, quas vt tuas habes, respicere, abundas & amplum mihi multorum annorum obsequium tibi impensum præmiu esse videtur. Quam hoc, Deus meus, hominibus agre persuadeatur, nisi forte is, qui iam tuum intellexere quæ suavis sit Dñs! Considerate, o Christiani, Christiani in quâ, fraternitatẽ, quæ cum magno hoc Deo habetis, & cognoscite illum, non autem despiciate: nam vt hic respectus illius amatoribus eius pergratus ac iucundus est, ita persecutoribus eius terribilis, horroremque ingentem incutiens. Dolendum sanè, non intelligere nos, peccatum velut bellum campestre & apertum esse, in quo omnes sensus & animæ nostræ potentie contra Deum depugnant; è quibus qui plus potest, plures aduersus Regem suum prodiciones molitur & adiuuunt. Nosti, Domine mi, sæpè me magis timuisse, dum ad mentem reuocabam, num fortasse diuinum tuum vultum contra me in terribili illi extremi iudicii die iratum, sustinere deberem; quàm omnes inferni pomas & furias, quæ imaginationi meæ representabantur: ac tum te orabam, tuavt me misericordia à re mihi vsque ad eò terribili tutaretur, quod ipsum etiam tuum te rogo. Quid mihi accidat hic in terra, quod cum hoc queat comparari? veniant in me, iunctim & conglobatim mala quæcumque venire possunt (non renuo Deus meus) dummodo à tã ingenti me liberet afflictione, dummodo non deseram Deum meum, dummodo tanta pulchritudine pacificè fruatur. Pater tuus te nobis dedit; ego verò Domine, tam pretiosum monile non perdam. Confiteor Pater æternè, malè me id cu-

id custodisse; sed, quâdiu in hocce exilio viuimus, adhuc remedio, remedio in quâ, locus est. Cōnitamur & contēdamus huc Dei huius fratres & filij, cū sciatis, quid dicat Maiestas eius, nimirū in quacūq; die nos offēsarū cōmissarū pænituērit, culpārū se & iniquitatū nostrarū nō amplius recordaturū. Opieratē & clemētiā immēsā! quid volumus amplius? quē tā multum ab eo perere non pudeat? iam verō tempus est accipiēdi, quodcumque demum nobis clemens ac pius hic Dominus & Deus noster dat, cum amicitias nobiscum inire gestiat, quis has negat ei, qui omnem suam pro nobis sanguinem fundere, & vitam exponere non negauit? Ecce, id quod petit, nihil est; quia nobis ut le & cōpēdiosum est, ipsū exequi. Quanta, ō Deus meus, durities, quanta stoliditas, & cæcitas! si quid, putā acus aut miluus, qui ad aliud nihil prodest, quā in quod oculis, eum per aëra volantem conspicientibus voluptatulam aliquam adferat, admittatur, quam primum dolemus & contristamur; & non dolemus, quod regalem illam Maiestatis diuinæ aquilam, & regnum, cuius fructio finem non habebit, amittamus. Quid hoc est? quid, inquam, hoc est? equidem non intelligo: tantæ, obsecro, Deus meus, stoliditati & cæcitati, medere.

## XV.

**H**Ei mihi, hei mihi, Domine, quā hocce exilium longum est, ac diu durat, & in quantis desiderij Deum videndi pœnalitatibus traducitur? Quid ager, Domine, anima hoc in carcere posita? Quā longa, ō Iesu, est vita hominis, esto vulgo breuis esse dicatur! Breuis quidem est, Deus meus, ut per eam & in ea lucremur vitam, quæ finem nescit, at nimis quā longa anima, quæ se Deum facie ad faciem videre desiderat. Quod remedium huic angori suggeris, nullam omnino suppetit, nisi pro & propter te pati. Tu ō suavis amatorum Dei mei requies, ne desis ei qui te amat, cum tormentum, quod dilectus in anima ipsum amante causatur, per te crescere & minui debeat. Ego, Domine, tibi placere desidero, sed gaudium & recreationem, meam in nullo mortalium sitam esse scio. Quod cum ita sit, desiderium meum nō reprehendes. Ecce me, hic Domine, si me, ad aliquod tibi obsequium præstandum adhuc necesse sit viuere, omnes, quicumque mihi in mundo accidere possunt labores, non subterfugio, uti olim amator tuus S. Martinus dixit. Sed heu, heu, Domine mi! ille namque habebat opera, & ego solum verba; nam ad aliud nihil valeo. Desideria ergo mea in diuino conspectu tuo Deus meus, locū habeant, & quam parum promerear; noli respicere, mereamur omnes, Domine te amare; cumq; hic nos viuere oporteat, viuamus propter te, desideriaque & commoda nostra iam finem accipiant. quid enim maius & dignius lucrari possumus,

quam

quam tibi placere: ô gaudium & beneplacitum meum, Deus meus, quid faciam quò tibi placeam? misera & tenuia mea sunt obsequia, tamen multa eorum Deo meo præstarem. Ad quid ergo in misera hac vita & miseria manere desidero? vt Domini voluntatem faciam quod habere maius lucrum potes. ô anima mea? exspecta, exspecta, nescis enim quâdo dies aut hora veniet. Vigila magna cum sollicitudine, omnia namque quàm citissime pertranseunt, tamen desiderium tuum ea quæ certa sunt, dubia reddat, & tempus quod breue est, longum. Considera, te, quo amplius pugnabis, eo amorem quo Deum tuum prosequeris, magis patefacturum, magisque cum dilecto tuo deliciarum, idque gaudio & delectatione, quæ numquam finem habere potest.

## XVI.

**M**agna, ô vere Deus, & Domine mi, animæ ob solitudinem quòd à te absens sit, afflictæ consolatio est, quòd omni in loco adesse te videat ac noñt. at, cū amoris vehemètia & magni pœnæ huius impetus crescit, quid hoc prodest Deus meus? etenim intellectus turbatur, & ratio quodammodo se abscondit, ad hanc veritatem intelligendâ, aded vt tunc nec intelligi, nec cognosci queat. Hoc solum intelligit, esse se à te seiunctam, vnde nullam consolationem admittit; cor enim quod ardentè amat, nullum admittit consilium, nec consolationem, nisi ab eo solo qui ipsum vulnerauit, hinc namque sperat fore suo vt malo & pœnæ remedium & alleuiamentum veniat. Quando tu Domine cupis, statim sanas vulnus quod infixisti, imò nulla speranda sanitas aut gaudium, nisi illud quòd è passione hactam salutarè & bene impensâ elicitur. Quanta, ô vere amator, pietate, quanta suauitate, delectatione, & delicijs, quàm magnis amoris indicijs hæc vulnera, quæ ipsiusmet amoris telis infixisti, per sanas! Quam, ô Deus meus, & omnium pœnarum alleuiamentum, stolidus & vesanus sum! Quomodo humana remedia & artes medeantur iis, qui à diuina flamma languent & infirmi sunt? Quis hominum nosse poterit, quousque vulnus hoc penetrer, vel vnde prouenerit, aut quo tam pœnosum simul & delectabile tormentum modo mitigari possit? Impar foret, vt tam pretiosum malum, re aded vili, vti sunt media, quæ homines mortales adhibere valent, mitigari atque imminui posset. Quàm meritò dicit sponsa in Canticis, *Dilectus meus mihi: & ego dilecto meo*: Talis enim amor incipere nequit à re tam vili, vti meus est amor. Si ergo vilis est, sponsæ mi, vnde fit vt non fistat in re aliqua creata, vsque dum ad creatorem suum perueniat? O Deus meus! quare ego dilecto meo: Tu, ô vere amator hoc bellum amoris incepisti, quod non videretur esse aliud, quàm quædam omnium potentiarum & sensu-

CANT. 2.

CANT. 6.



sensuum, qui per vicos & plateas egrediuntur, filias Ierusalem adiurando, vt dicant num Deum suum viderint, inquietudo & derelictio: Cum ergo Domine pugna illa iam cœpta sit, quem alium oppugnatum ibunt, nisi eum qui se arcis in qua ipsi morabantur (superioris inquam partis animæ) dominum fecit, ipsosque ex ea eiecit, quò conquestorem suum redemptorem rursus acquirant & iam defessi, quòd se sine illo vniquam viderint, quamprimù sese victos fatentur, & omnes suas vires perdendo, strenuè rem gerunt, & melius pugnant, seseq; victos fatentes suum victorem deuincunt: quam mirabilem hac in pœna confictum habuisti, ô anima mea, quamque hoc ad litteram & re ipsa in te contingit, cum *dilectus meus mihi, & ego dilecto meo sim!* Quis duos ignes adedò accensos diuidere, & extinguere audeat? Erit hoc, operam & oleum perdere, cum iam vnus & idem ignis facti sint.

## XVII.

**O** Deus meus, & sapientia mea infinita, immensa, illimitata & omnes intellectus tum Angelicos, tum humanos longè transcendens! ô amor, qui plus me amas, quàm ego me amare possim, aut intelligam! Cur, ô Domine plura desiderare velim, quàm tu mihi dare vis? Cur me defatigare & torquere volo, id à te petendo quod desiderium meum mihi suggestit vt petam? cum quodcumque intellectus meus disponere, ac desiderium meum desiderare potest, eius iam tum fines, ipse perspectos habes, & ego non intelligam, quomodo eo vti debeam. Vnde anima mea referre lucrum putat, in eo forsitan perditio mea sita erit. Si enim à te petam, vt à quadã tribulatione & afflictione me liberet, in ea tamè mortificationis meæ finis situs sit; quid peto Deus meus? Si vero e contra petam, vt illam mihi immittas, forsitan id patientiæ meæ non conducit aut conuenit, vtpote quæ adhuc debilis est, nec tam ingentem impetum sustinere potest; si verò patienter illam tolerem, in humilitate tamen fortis non sum, fieri posset vt aliquid me fecisse existimem, & interea tu, Deus meus, facis omnia. Si adhuc pati velim, nollem id ijs in rebus fieri, in quibus, ob tuum obsequiũ minime expedire aut cõuenire videtur vt auctoritatis & reputationis meæ iacturam faciam; esto ipsa à parte mea nullum in me honoris sensum & affectũ sentiam; & interea fieri poterit, vt per id, per quod ne aliquid perdã timeo, magis lucrer quoad scopum, quem specto, qui est vt tibi seruiam. Plures adhuc rei huius probationes afferre possẽ, Domine, quòd me ipsa explicem, quia me non satis intelligo: sed cum norim te illas nosse & intelligere, cur verbis apud te vtor? Vt, cum Deus meus, miseriam meam renouatam ac velut expergestam, & rationem meam excæcaram videro, videre possim, an hic in hocce manuum mearum scripto eam in-

uenire queam. Etenim Deus meus, saepe numero me ita miserabilem video, ita quoque debilem & pusillanimum, ut nonnumquam petam quid ancillae tuae factum sit, illi inquam, quae iam se, ad contra omnes huius mundi tempestates decertandum, satis gratiarum recepit esse existimabat. Nequaquam Deus meus, nequaquam, ut amplius fiduciam in re, quam ego mihi velle possem, collocem. tu vero pete à me, quodcumque volueris; hoc enim & ego volo, cum omne bonum meum in eo situm sit ut tibi placeam: at si tu Deus meus mihi complacere & satisfacere velles, omnia quae desiderium meum fieri vult, adimplendo, id ut in certam meam ruinam, & perditionem cedat, fore video. Quam miserabilis mortalium sapientia, eorumque prouidentia incerta est! Tu, per tuam quaeso, media necessaria prouidero, ut sic anima mea tibi magis ad beneplacitum ac velle tuum, quam suum ipsius, seruiat. Noli me castigare, id mihi dando quod volo aut desidero; si tuus (qui semper in me viuat) amor id non desideret. Moriatur iam iste Ego, & viuat in me alius, qui est maior quam Ego, mihi que melior quam ego, ut ego ei seruire possim, ipse viuat, mihi que det vitam: ipse regnet, & ego sim captiua, neque enim aliam anima mea libertatem cupit. quomodo enim erit liber, quae à Summo erit alienus? quae maior, aut miserabilior dari potest captiuitas, quam animam extra Creatoris sui manum esse? Beati illi, qui validis beneficiorum misericordiae diuinæ vinculis & catenis se victos & captiuos videbunt, atque impotentes & inhabiles ad sese dissoluendos. Fortis est ut mors dilectio, & dura sicut infernus. ô, si quis se iam per eius manus morti datum, & in diuinum hunc infernum equo sese egredi posse desperaret, vel (ut melius dicam) extra quem numquam se futurum timeret, coniectum videret! Sed, heu me, Dñe, quamdiu vita hæc mortalis durat, semper de æterna amittenda periculi est. ô si quis, ô vita bono meo aduersans, facultatē haberet, te finiendi cum vellet! sed tolerato, quia tolerat te Deus, te foueo & sustineo, quia eius es, ne sis mihi ergo proditrix, nec ingrata te præbeas. De cetero, hei mihi, quia incolatus meus & exilium prolongatur! breue est omne tempus, ad id pro æternitate tua habenda expendendum; & valde longa vel vna dies & hora ei qui nescit, & timeret, num re in aliquo offensus sit. Quam ô liberum arbitrium, libertatis tuæ mancipium es, nisi timore & amore eius qui te creauit, colligatum sis. Quando tandem beata illa dies illucescet, qua te in infinitum illud summae veritatis mare immersum & absorptum videbis; ubi nullam ad peccandum libertatem habebis, nec habere cupies, quia tunc securum eris nullam te posthac habiturum miseriam, utpote cum vita Dei tui vnum quid factum & naturalizatum? Ipse beatus est, quia se nouit, se amat, & seipso fruatur, adeo ut aliud facere

nequeat; non habet, nec habere potest, (neque etiam esset Dei perfectio posse habere) libertatem ad sui ipsius obliuiscendum, & seipsum amare desinendum. Tunc demum introibis, anima mea, in requiem tuam, quando cum summo illo bono visceraliter vnieris, & intelliges quod ipse intelligit, amabis quod ipse amat, & frueris quo ipse fruitur. Vbi ergo mutabilem tuam voluntatem iam amissam videbis, nulla deinceps mutatio erit facienda; tantum quippe potuit Dei gratia, vt te diuinæ suæ naturæ participem fecerit, idq; tam perfecte, vt iam non possis, nec velis posse, summi boni obliuisci, aut eo, vna cum amore eius, non frui. Beati, qui scripti sunt in libræ vitæ huius. Sed tu, anima mea, si scripta in eo sis, quare tristis es, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc modo confitebor ei peccata mea, eiusque misericordias, & de omnibus simul faciam canticum quoddam laudis, cum perpetuis ad Saluatorem & Deum meum suspirijs. Venier forsan dies, qua ei cantabit gloria mea, & conscientia mea non compungetur, cum scilicet omnia suspiria & timores cessabunt. Sed interea in spe & silentio erit fortitudo mea. Viuere enim & mori malim, exspectando & sperando vitam æternam, quam omnes creaturas, & vniuersa ipsarum bona, quæ semel finientur, possidere. Ne me derelinquas Domine, quia in te confido & spero; non confundatur ergo spes mea, & fac vt semper tibi seruiam, & quod volueris, de me facito.

Psal. 42.

Psal. 29.

Isaie. 30.

F I N I S.



INDEX  
RERVM MEMORABILIVM  
IN QVO OBSERVANDVM QVOD VBI  
numerus 2. additur requirenda sint in  
secunda parte.

- A.
- A** Bnegatio rerum omnium caducarum quantum bonum 34. 2. Suis ipsius aedurum 39. 2.
- Abstinendum etiam est ab omnibus peccatis venialibus. 25
- Adolescentia cum pijs & virtutibus additis personis commercium habere debet, 14.
- Aduertentia dua quo ad peccatum veniale. 148. 2
- Afflictio Sanctorum in hoc seculo in quo sita. 137. in S. Teresa quamam. 200. 234. afflictio anima post raptus unde oriatur. 258. 2
- Allocutio imaginaria quomodo fiat. 143. 2
- Alloquia in anima unde oreum suum habeant. 240. 2. quando bona. ibid.
- Ambitionis mala quamam. 46. 2
- Amici Dei sinceri amici. 37. 2.
- Amicitia particulares in Monasterijs quales. 17. 2. inter fratres quales. 18. 2. vera in quosita. 32
- Amor quo diligimus eos qui nos diligunt a-mori Dei repugnat. 29.
- Amor pecunia quantum malum hominibus adferat. 132. eius impetus intolerabiles. 189. duplex est amor 19. 2. 20. 2. erga Confessarium qualis esse debeat. ibid. amoris temporalis & perpetui que differentia. 25. 2. verus quis sit ibid. Spiritualis item, ibid. describitur & eius effectus. 29. 2. eius blandimenta an deceant religiosos. 31. 2. in super & inditia 33. 2. Patri & filij in quibus magnus erga nos. 120. 2. S. S. Pauli & Maria Magdalene quinam. 144. 2. Dei quod ferat lucrum. 146. 2. in proximum quanti sit momenti. 122. 2. quo is intensor eo & intensor amor in Deum. ib. an necessarius in proximum. 223. 2
- Ancilla S. Teresa quales 17
- Angelorum in calo magna differentia. 191
- Angustia anima damnatorum supplicij comparatur. 233. 2.
- Anima suaviter ducenda & cur. 82. eius satisfactio ubinam sita sit. 88. in oratione quietis quid facere debeat. 94. quomodo crescit. 97. eius status in visione. 111. tempus suspensionis anima breue 112. ingrata & negligens in quanto periculo versetur. 115. in raptu sustollitur etiam caput interdum & subinde totum corpus. 123. eius radum quid sit. 125. quando dicitur crucifixus 126. eius pene quamam 127. expectare debet quoad usque se Dominus subtrahis. 144. pedetentim ducenda 151. in extasin quando rapitur 192. in seipsa ardet. 197. eius simplicitas 200. a Deo derelicta. quid facere debeat. 263. eius dominum. 267. perfecta non potest corpora diligere. 26. 2. in tentatione provida & attenta cur esse debeat 47. 2. mala cur quandoque ad contemplationem esse hatur. 57. 2. contra corpus nunquam robur acquirit. 97. 2. splendore palatio assimilatur. ibid. in oratione quietis aliquam cognitionem Dei habet. 107. 2. Infanti lactanti comparatur. 110. 2. viribus propriis ad contemplationem non perueniet. 118. 2. honorem curans quamam. 131. gratias habens supernaturales quibus obnoxia esse potest 133. 2. non nimium restringenda. 151. 2. ad Dei similitudinem condita. 162. 2. paralytico comparatur. 164. 2. quibus medijs viuere incipit. 214. 2. Cera comparatur 218. 2. in raptu quid videt. 256. 2. Sancta quid timeat. 264. 2. non est condemnanda que in passione Domini meditari non poterit. 269. 2. animas animosas Dominus ruetur 291. 2. animam quando Dominus in septimam

- septimam mansiōnem introducat. 292. 2.  
 quando ingens mundus 193. 2. de sua sa-  
 lute an secunda planē esse possit. 299. 2.  
 quomodo in laboribus simul & pace. 300.  
 2. eius desiderium patiendi quodnam.  
 311. 2. interdum Deo frimī desiderat. 302.  
 2. an interdum à Deo desideratur & cur  
 306. 2. eius quies qualis sit. 309. 2.  
 Ansa offensionis nulli danda. 2. 1. 2.  
 Anxietas unde oriatur. 233. 2.  
 Aqua quid proprie representet. 197. 2. eius  
 nomine quid intelligitur. 68. Lustralis  
 vis qua 205. eius proprietates tres. 66. 2.  
 itum effectus. 67. 2. 68. 2.  
 Apparitio quomodo fit. 271. 2.  
 Ariditas in oratione unde oriatur.  
 182. 2.  
 Austeritates moderata utiles. 187. 2. indis-  
 creta rescindende. 207. 2.  
 Auxilium Dei & sanctorum implorandū,  
 171. 2.  
 B.  
 Bomyx similitudo & productio, 213. 2.  
 Bombyx quid proprie designet, 214. 2.  
 Bona boni commercii, 18.  
 C.  
 CAECITAS in amore quam. 27. 2.  
 Caritas inter religiosos maximè neces-  
 saria. 173. 2. eius commendatio, 17. 2.  
 Castellani anima habita quomodo sint dis-  
 ponenda 168. 2.  
 Cavē ambulandum. 227. 2.  
 Christus optimus amicus in persecutionibus  
 & ariditate. 144. se declarat S. Matrī  
 Tereſa. 17. eius amor in genus huma-  
 num. 120. 2. nobis se assimilat. 121. 2. an  
 corporalis oculis Christum SS. Eucharis-  
 tia videamus. 124. 2. sub quibus specie-  
 bus tractabilis ibid. pauci eum in panis se-  
 quantur. 127. 2. quantifaciat quando  
 invicem diligamus. 131. 2. nostrae est do-  
 mus. 114. 2. sicut tormensum unde or-  
 tum. 218. 2.  
 Clarissimum paupertas in Canobis S. Iose-  
 phi 227.  
 Cogitatio hominis quando & quomodo tur-  
 batur 109. 2. quomodo se detineri queat.  
 202. 2. (da. 79.)  
 Cogitationes non sunt nimium deprimen-

- Cognitionis sui ipsius nunquam deponenda. 23.  
 & quam utilis hac. 168. 2.  
 Colloquia pia, utilia, 149. 2.  
 Communionis spiritualis utilitas 126  
 Compassio qualis esse debeat. 31. 2.  
 Concionatores erga auditorium suum qua-  
 les esse debeant. 162.  
 Confessarii inexperii & minus periti quam  
 noceant. 232. 2. eorum monitiis auscultan-  
 dum. 243. 2.  
 Confessarius ille melior est qui proſus indo-  
 ctus est, modo prius sit, quam qui medio-  
 criter doctus 28.  
 Confessarius S. Tereſa à muliercula qua-  
 dam scelestā decipitur. 29. veneficium i-  
 maguncula cuidā area inclusum, in col-  
 lo vi gestet, rogat. ibid. & seq. eius suavis  
 sedas orationis B. Mater. 46. multas mo-  
 lestias pertulit. 184. si nouerit sediligi-  
 perfectus Confessarius quam periculo-  
 sum 20. 2. quando tutum sit eum relin-  
 quere 21. 2. cur plures Monialibus per-  
 mittendi. 22. 2. doctus & pius consulendus  
 275. 2. (247. 2.)  
 Connubium Dei cum anima quando fit.  
 Consanguinei an diligendi & quinam. 37.  
 2. eorum frequentatio quando. noxia 15.  
 an solo corpore satis sit eorum vitare con-  
 sortia. 38. 2.  
 Consolatio in Vene. Sacram. quanā 122. 2.  
 Consolationes spiritus magis conueniunt  
 feminis quam viris & quomodo in ijs  
 quis se habere debeat. 71. consolatio-  
 nam Spiritualium vis 197. 2.  
 Consortium bonorum quale 295.  
 Consuetudo mala in Monasterijs introducta  
 quantum malum. 48. 2. bona non negli-  
 genda. 51. 2.  
 Consuetudo rerum mundanarum quam  
 noxia. 176. 2.  
 Contemplatio omnis in oratione Dominica  
 continetur. 133. 2.  
 Contemplatiui nunquam humanitatem  
 Christi deserere debent 143. eorum cru-  
 ces quales. 62. 2. vino consolationis in-  
 digenti. ibid. debiles Deus animat ibid.  
 vexillifero caſtrenſi comparantur 63. 2.  
 multum debent pati & quomodo. ibid.  
 eorum molestia. 131. 2. passionis Domi-  
 ni mye,

mysteria aliquando recolare debet. 168. z.  
 Conuersatio bonorum quantum prodest. 19.  
 Cordis dilatatio unde fiat. 198. z.  
 Corpora gloriosa in celo videre qua gloria. 178. beatorum pulchritudo. 178.  
 Cosmophilorum finis & vanitas. 176.  
 Crucē ab initio non amplecti quantum sit malum. 71. gemmā dat Deus S. Teresa. 188.  
 Crux lenis & grauisissima, suavis simul & intolerabilis qua sit. 101.  
 Cura nimia de rebus necessarijs nocet. 78.  
 suscipi deponenda & cur. 42. z. in morbis & valetudine quam esse debeat. ib.  
 Cura honoris monasterijs magnum malum adfert. 45. z.  
 Curiositas in imaginibus tollenda. 301.

## D

**D**emon afflictionis causa subinde est, & tunc quid faciendam. 72. recollectionem post communionem impedire satagit. 127. z. excusationes adfert contra paupertatem. 139. z. falsam humilitatem suggerit & cur. 140. z. bonum communionis quomodo impedit ibid. quantum per nocios timores nocent. 145. z. eius laquei. 170. z. item fraudes. 172. z.  
 Demones in Angelos Ihesu se transfigurantes cur metuendi. 136. z.  
 Damna nimia familiaritatis. 29. orationis intermissa. 16. honoris. 211.  
 Defectus fidei noxius. 104. z.  
 Desideria solida & constantia unde oriuntur. 260. z.  
 Descriptio orationis quietis vel simplicis otij. 92. luminis & splendoris Domini cum alicui apparet. 179. gustus quem Diabolus dat. 82. loci Infernalis in quo S. Teresa fuit. 214.  
 Desidia in nobis in quo sita. 146. z.  
 Dei inspirationes ob metum non sunt negligenda. 22. Deo & mundo seruire difficile. 46.  
 Deuotio B. Teresae erga M. Magdalenam. 56  
 Deus cur initio crucis immittat & labores. 69. sinendus est facere quod uoluerit. 70. animas generosas amat. 77. laudandus ex eo quod viros doctores esse sinat. 85. eius bonitas maior est, quam omnia nostra mala. 121. cur animam tam breui tem-

pore ad perfectionē sustollat. 138. in S. Teresam operatur. 139. anima nonnunquam magna secreta comunicat. 139. diligenti animā qua se cōtemplatione reputat indignā. 144. vno momento, dedit B. Teresam omnia posse relinquere. 155. Deus & anima quomodo se intelligant sine locutione. 173. quidē gratiā S. Teresae deaerit. 193. S. Teresam magna luce cōtra Demones circumdat. 206. cur amandus. 245. intra nos est. 291. omnia in eo sunt. 292. in quibus non timendus. 73. z. delectatur simplicis rusticitate. 80. z. ubique querendus & quomodo. 252. instar Regis in anima nostra throno cōsistet. 98. z. corroboret eos qui tribulationibus ab eo petunt. 113. z. ipsū offendere quam graue sit. 149. z. eius magnalia quamquam. 163. z. animā vocat diuersimodē. 75. z. cur nos tentari sinat. 178. z. considerandus & intuentus. 179. z. sepe suos probat in paruis rebus. 185. z. omne obsequium sibi praestitum compensat. 186. z. eius magnalia nemo intelligit. 192. z. ei ob gratiam acceptam cur agenda gratia. 202. z. quomodo intellectionem occupet. 203. z. quomodo laborem nostrum etiebat. 215. z. quomodo animam in celam vinariam introducat mysticē. 217. z. qua sit eius de nobis voluntas. 221. z. veras dat virtutes. 223. z. per unam animam Deum multas lucratur. 226. z. ad loquatur simul & operetur. 240. z. inter eius & hominū verba quod discrimen & illorum certitudo. 241. z. eū laudare quā sit salutare & vtile. 263. z. eius praesentia cogit hominem super se & actionem suam restitere. 273. z. humilitatē cur diligit. 285. z. Vnde Christus, Dominus Deus.  
 Diaboli alij non nocent, quam sese tradentibus & cum Deus id permittit. 164. rursum terror in conspectu Domini. 274. quando non apparent. 274.  
 Diabolus S. Teresam in monasterio tentare conatur. 18. vult bonum celari & in honesta desideria aperiri. 48. sub specie humilitatis S. Teresam decipere sibi praesumit. 119. auferri ab anima dissolens. 121. z. eius audacia eū videri subiectū paucitatis. 165. quos per falsā representationē Christi B. Teresae

B. Tereſam decipere conatus fuerit, 181.  
 ſidem homini eripere nequit. 96. eius  
 tentatio quæquam, ibid animos generoſos  
 timet. 83. 2. Mutuum amorem tollere  
 ſtudet. 173. 2. Fugit animas reſolutas,  
 177. 2. inquietudinem ſemper procurat  
 177. 2. contrarios effectus operatur &  
 Deus, 206. 2. in oratione unionis ani-  
 ma non nocet, & cur. 210. 2. imagina-  
 rias dat virtutes. 223. 2. paulatim ani-  
 mam ſubvertit. 227. 2. Vide Damon.  
 Diffidentia nimia noxia. 341. 2.  
 Dignitas magna eſt amare Deum. 65.  
 Diſcalceatorum Virginum feruor & gra-  
 tia. 208. 2.  
 Diſcalceatis Patribus Dominus quatuor  
 reſcripſit. 397.  
 Diſcordiis inter religioſos continuo occur-  
 rendum. 33. 2.  
 Diſcretionis nimia ſæpe in cauſa eſt, cur tam-  
 cito ad perfectionem non perueniamus  
 78. hodiernam quam ſc. noxia. 175.  
 Diſtraſiſtentiis comparantur. 66. 2.  
 Diuus cur menſam ſuam deſraudare non  
 velit. 218. 2.  
 Diuites in hoc ſeculo honorantur. 80. 2. an  
 ab angeliſ Spiritus præ cæteris liberi  
 cenſentur. 234. 2.  
 Dolores naturales an unionem cum Diuina  
 voluntate impediunt. 221. 2.  
 Dominus Deus adeſt ijs qui ſibi vim adſe-  
 runt. 22. apparet S. Matri Tereſa. 41.  
 eum ubique præſentem habere perutile  
 eſt. 73. B. Tereſam ſecuram eſſe iubet, &  
 qui horum verborum fuerit effectus. 163.  
 S. Matri librum viuentem promittit.  
 168. manus ſuas ei oſtendit. 178. item ſa-  
 cit, ib. totum ei je videndū exhibet. 178.  
 qua maiestate S. Tereſa apparet. 181. i.  
 rajcebat, cū orare uſitabatur B. Tereſa.  
 188. apparet S. Matri. 21. 9. ſubſt. S. Tere-  
 ſa redire, & magnā ei prædicat Crucē.  
 242. iuſſit ut acceptas gratias euſulgaret  
 B. Tereſa. 259. cur ſæpe ſinis animā in te-  
 nebris agere. 262. priores vanitates & pec-  
 cata S. Tereſa in memoriā renocat. 271.  
 nō ſinis decipi eos, qui totos ſe ei dāt. 287.  
 B. Tereſam in ſponſam ſuam adoptat.  
 306. quibus ſingularem dat gratiam

ſuam. 50. 2. iniurias multas in Vene. Sa-  
 cramento patitur. 110. 2. verborum ſuo-  
 rum efficacia. 298. 2. Vide Deus. Chri-  
 ſtus.

## E

Eccleſia Catholica inſtituta quanti ſunt  
 ponderis & virtutis. 204.  
 Elementa ſanctiſſi obediunt. 67. 2.  
 Elogia abnegationis & humilitatis. 39. 2.  
 Episcopus erga Monachum S. Tereſa bene  
 effectus. 246.  
 Excusatio in Canobiis fugienda. 47. 2.  
 Exemplum alienū ſequi quid proſit. 190. 2.  
 Exerciitium primarium in Canobiis quod-  
 nam. 39. 2.

## F

Familiaritas cum quadam perſona no-  
 cuit S. Matri Tereſa. 42.  
 Fœmina diſcrete tractanda. 150.  
 Feruor primarium diſcalceatorum. 281.  
 Fiducia S. Tereſa erga Deum. 261.  
 Flores, quomodo in anima recrescere inci-  
 piunt.  
 B. Franciſcus Borgia quid de B. Tereſa di-  
 xerit. 13.  
 Fundationes Monafteriorum. 309.

## G

Gaudia unde naſcantur. 192. 2.  
 Gaudia meditationis aqua comparantur.  
 97. 2. terrena & caeleſtia quomodo  
 differant. 210. 2.  
 Gratia à Deo poſtulanda, & quomodo. 92. 2.  
 Gratia quas B. Tereſa à Deo recipiebat a-  
 ſcerbioreſ ipſi fierant, quā ipſa caſtigatio. 47.  
 Gratias omnes diuinas nemo intelligere po-  
 teſt. 62. 2.  
 Gratiſ inter norum conſiſtium. 195. 2.  
 Guſtus à Deo & Damone venientes qualeſ  
 fructus pariant. 60. 2. 188. 2. huius diſ-  
 crimen ibid.

## H

Homo qui ſtatuit non amplius offendere  
 Deum ad primam amicitiam rudit,

51. nō est quod cōqueratur cur huic citius quā alteri Deus quid donet. 70. nihil hic sentis sed solū fruitor, ita tamen ut non intelligat, quō fruatur. 10. Quamdiu viuit homo semper sui curam habere debet. 111. profunda post unionem in anima remanet. 114. qui proficere vult honoris desiderio bellum indicat. 211. paulatim ad maiora ascendit. 212. frustra de vita huius doloribus conqueritur. 215. ei bonum est ab alio inquirere quod ipse non intelligit. 236. in hac vita non in eo de statu esse potest. 59. 2. quid sit, quod est, & quod nō est considerare debet. 53. 2. in rebus se indignum reputare debet oratione quietis. 109. 2. quamdiu viuit securus non est. 145. 2. quamdiu super se vigilare debeat. 148. 2.
- Honor huius mundi qualis** 132. bellis & feris a simulatur. 245. deperditur dum queritur. 46. 2. quis honor commodum adferat. 139. 2. eius punctum in quo situm. 130. 2.
- Hortus anima quatuor modis irrigatur.** 67.
- Humanitas Christi cur non relinquenda.** 143
- Humilis nullos querit honores.** 45. 2. quis verē humilis 52. 2.
- Humilitas S. Matris Teresa.** 39. 50. humilitatis est sibi ipsi non scire. 49. quanto pere necessaria 74. eius proprietates 75. falsa à Diabolo suggesta 77. 195. vera 196. in creta quanam. 208. Humilitas & abnegatio sorores inuicem. 39. 2. eius honor & commoda 46. 2. Deum expugnat. 55. 2. vera humilitatis poena quanam. 141. 2. falsa Humilitatis effectus. ibid. in terra agentibus Humilitas valde necessaria. 169. 199. 2. cur noxia interdum. 170. 2. in via spiritus summè necessaria. 188. 2.
- I.
- Iesus bonus contubernium.** 269. 2
- Ignis pisci vis quanam.** 66. 2. amoris Dei quanam. 57. 2. 267. 2.
- Illusio quantum periculum.** 167.
- Imaginatio & intellectus non sunt idem quid** 194. 2
- Imago Domini gestanda & cur.** 91. 2. ubi, & quomodo cunque depicta honoranda. 280. 2
- Imperfectiones omnes uno die non simul soluntur.** 148.
- Imperitia directoris quid mali casetur.** 83.
- Ingenium bonum ad quid proficit** 51. 2. eius inquietudo unde proueniat. 66. 2
- Iniuria in Monasterio qualiter astimanda.** 47. 2. propter Christum toleranda. 284. 2
- Inquietudo sapida.** 100. in S. Teresa quantum & in quo sita. 217.
- In rebus difficilibus cum quibus communiandum.** 21. 2.
- Intentio ingredientium Monasteria requirenda.** 50. 2.
- S. Iosephi patrocinium quam utile S. Teresa fuerit.** 36. quantum proficit eum in Patronum deligere. ibid.
- S. Iosephus optimus orationis tradenda Magister** 37. S. Teresa apparet & cur. 227.
- L.
- Lachryma sapida ignis uehementia coarcent** 114. omnia euincunt. 116. coacta non sunt bona & cur. 190. cur interdum non amara. 107. 2. falsa interdum. 261. 2. inter lachrymas discrimen. ibid. 2.
- Libri vani noxi** 14. librorum bonorum utilitas. 26. 92. 2.
- Locutio interna triplici modo fieri potest.** 156. ab intellectu qua. 157. eius effectus. ibid.
- Locutio Dei ad animam cum visione intellectuali** 244. 2. Imaginaria quomodo ab intellectuali differat. ibid.
- Lumen post reuersionem in B. Teresa quale.** 198. quod in calo videtur exprimi. ubi non potest. 266.
- Lux in anima semper est.** 166. 2.
- M.
- Meditatio quid sit.** 268. 2.
- Memoria quale certamen mouent.**



- S**athodus medicandi 65.2.  
**M**iseria huius vite quanta. 180.2. à miserijs corporis quando liberi erimus. 196.2.  
**M**odelia S. Teresæ in describendis virentibus suis. 216.  
**M**onasteria sugillantur honorem quarentia. 130.2.  
**M**onasteriorum fundationes. 309.  
**M**onasterium S. Teresæ censu caret, & cuius iussu. 241. quo die & anno dedicatum fuerit. 247.2. eius causa ventilatur. 254.  
**M**oniales aduersus S. Teresam concitantur. 251. illis non petentibus res necessaria accipiunt. 257.  
**M**orbi S. Matris Teresæ in religione. 23. interdum à Domino Deo immituntur. 231.2. cur ordinarios morbos Deo suis immitit. 232.2.  
**M**ors quibus facilis. 267. unde causatur in seruum. 69.2. mors anima spiritalis in quo sita. 298.2.  
**M**ortificatio religiosi necessaria. 39.2. in omnibus locis exerceri potest. 45.2.  
**M**otus incerni coercenti. 45.2.  
**M**ulieres viriles esse debent. 33.2. gaudium vultusitiam interdum dissimulare norunt. 89.2.  
**M**undana breuis. 100.2.  
**M**undani virorum Sanctorum imperfectio nes acurè obseruant. 112.2.  
**M**undani amores cur fugiendi. 29.2. mundanarum rerum tractatio noxia. 76.2.  
**M**undus anima ad mortem anhelanti nauis amonet. 258.2.  

N.

**N**emo ob distractiones & inquietudinem tristis esse debet. 72.  
**N**omen Dei Demones percellit omnemq; nobis timorem aufert. 165.  

O.

**O**bedientie meritum.  
**O**bedientia cur & quando nemini grauis videri debeat. 31.2.  
**O**blivio prateritorum peccatorum an laudanda. 265.2.  
**O**bloquia contra pios parum curanda. 230.2. pauci loquuntur bene de his. *ibid.* in oblo-
- quijs & aduersitatibus nimia quomodo gaudent. 231.2.  
 Occasiones peccati fugere quantopere sit necessarium. 26.  
**O**culi ad Deum corrigiendi. 58. (2. quando claudendi. 97.2.  
**O**pera sanctorum quomodo admirari & imitari oporteat. 77.78.  
**O**perarij Ecclesia precibus amandi. 12.2.  
**O**peratio quæ sit per intellectum est velut inquam è puteo haurire. 69.  
**O**pinio vulgi parui facienda. 78.2.  
**O**randum pro operarijs Ecclesiasticis. 14.2. orare vocaliter quomodo oporteat. 85.2.  
**O**rans quomodo intellectu distractio se gesturus sit. 85.2.  
 orans vocaliter ad quod euehitur. 105.2.  
**O**ratio vera quæ. 44.  
 quantum boni ex ea proueniat. 51.  
 mentalis quid sit. 52.  
 per eam ad Deum accedere debemus. *ibid.*  
 orationis mentalis exercitium num commendandum. 53.  
 in ea quibus adminiculis uti possimus. 71.  
 quietis merum otium est. 86.  
 nunquam omittenda. 93.  
 eius effectus. 103. quædam est anima uisio. 104.  
 eius gradus quartus qualis. 107.  
 à Deo venit. 151. quædam oranti utilis. 142.  
 quid iuuat ad orationem. 192.  
 eius fundamentum quale. 232.  
 eius tempus quando abbreviandum. 71.2.  
 vocalis ab mentali disungi non debet. 86.2.  
 eum attentione fieri debet. *ibid.*  
 Mentalis quamam item & vocalis. 87.2.  
 vocalis quomodo bene fiat. 88.2.  
**O**ratio recollectionis & eius utilitas. 96.2.  
 In oratione quietis mors quamam. 107.2.  
 eius gaudium. *ibid.*  
 quomodo in ea potentia quietæ sunt. *ibid.*

- in oratione quietis paucis verbis uenitū. 109. 2.
- O**ratio singularis ad Deum patrem. 128. 2.
- O**ptimū remedium contra tentationes. 137. 2. quando finienda & incipienda. 142. 2. in oratione Dominica verba illa sed libera nos à malo exponuntur. 151. in ea item magna mysteria continentur. 153. 2. ubinam porta. 16.
- O**ratio quamam dicit oratio mereatur. 18.
- O**rationes super qua fundanda. 76. 2. cur in oratione intellectus non discurrat. 104. 2. quomodo in ea animi dilatetur. 205. quomodo animam immutet. ibid.
- P.
- P**arentes S. Teresa quales. 12. eorum virtutes ibid. videant cum quibus liberi eorum conuerſentur. 16. in super quo filius suus loco collocent. 40.
- P**atientia quando ostendenda. 43. 2.
- P**atriam veram nosse quid sit. 76. 7.
- P**atris S. Teresa cura erga filios. 15. eius amor erga Teresam. 18. pia eius mors. 45.
- P**atruus S. Teresa sit religiosus, & eius vita in eo statu qualis. 20. S. Pauli Apostoli labores & generositas. 307. 2.
- P**auper verè quis dicatur. 193. 2.
- P**aupertatis bona. 240. 9. 2. eam profitentibus quid liceat. 8. 2. eam S. Teresa suis commendat. 10. 2. in Monasteriis frivè seruanda. 139. 2.
- P**ax anima nobis necessaria. 178. 2.
- P**eccatum mortale infernum meretur. 293.
- P**ericulum in Confessarijs indoctis quale. 28. mundanarum conuersationum. 41.
- P**erfectio in quo sita. 189. 2.
- P**ersecutiones pati propter Christum quantum bonum. 223.
- P**erseuerentia S. Teresa in oratione. 26.
- P**estis Monasteriorum quamam. 33. 2. rami & radices eius amputandi. 34. 2. in virtutibus quamam. 137. 2.
- P**etri de Alcantara sanctitas. 175. eiusdem penitentia. ibid. mortificatio. 176. S. Teresa post mortem apparet. ibid. quale eilicium gestauerit & quot annis. 192. Sumas S. Teresa ut paupertatem amplecteretur. 241.
- P**ena spiritalis qua. 192. obduratorum peccatorum quamam. 216. hac mundana an diu duret. 289. 2.
- P**enitentia indiscreta carpenda & cur. 406. 2. eas suggerit Diabolus. 70. 2.
- P**receptoris amor quinam. 76. 2. preceptorum memoria seruanda & cur. 85. 2.
- P**raesumptio quando bona. 58. 2.
- P**rophetia S. Teresa an impleta. 238.
- Q.
- Q**uamvis sequatur boni è collatione cum doctis. 84.
- Q**uarela in Monasterijs quantum fieri potest vitanda & amouenda. 41. 2. harum suggestor Diabolus. 28. 42. 2.
- Q**ui cum doctis viris confert non facile à Damona decipietur. 84.
- Q**ui Domini labores considerat omni a facili solerat. 167.
- Q**uidam ab inuentum thesaurum emoritur. 272. 2.
- Q**uidquid pertransit nihil est, respectu aternorum. 28.
- Q**uid mortis metum imminuit. 136.
- Q**uiet S. Teresa in amiserit. 25.
- Q**uis sua culpa fructum amittere non debet ex hominum doctorum laboribus venientem. 85.
- Q**uis perditus in hoc seculo censetur. 237.
- Q**uod videmus oculis adhuc potest esse dubium. 171.
- Q**uoridanium quid sibi velit. 121. 2.
- R.
- R**aptus fictitius quis sit, 206. 2. vix describuntur. 247. 2. eorum signa & effectus. 251. 2. de his hominum iudicium. 252. 2. raptus spiritus quomodo fiat. 253. 2. ei animo resistere nequit. 253. 2. animo magno opus in raptibus. 255. 2. ubinam frequentes. 258. 2.
- R**egula in Monasterio S. Teresa quomodo seruabatur. 217.
- R**eges tarreni ex se non possunt videre potentes. 262.
- R**egnum calorū habere magnum est. 10.
- R**egularum obseruantia quam sit visibilis. 16. 2.
- R**elapsus lapsu peior. 179. 2.

Religio non habet respectum stirpis & generis. 94. 2.

Religiones quales. 264.

Religionum honor quinam. 49. 2.

Religiosi Virginibus cum consanguineis sapere agendum non est. & cur. 36. 2. furi comparantur. 38. 2. is mulum prodest, habere abnegationem suisus & humilitatem. 39. 2.

Religiosi imperfecti plus timendi quam omnes demones. 41.

Religiosi si opere exhibent quod verbo docet, quantum inde sequatur boni. 175. in Dei seruitio is commoditates non seclanda. 40. 2. quinam felicissimi. 48. 2. quinam ad professionem amittendi. 49. 2. an statim perfecti esse possint. 55. 2. eorum lingua quantum. 74. 2.

Religiosus in quo sita. 187. 2.

Remedia ad patiendum. 91. 2.

Reuelationes S. Teresa de Patribus quibusdam quales. 236. alia reuelatio. 238. 244.

Reuelatio circa Rectorem cuiusdam Collegij Societ. Iesu. 270.

Rigor maiorum nostrorum. 43. 2.

Robur contra Demones quale. 165. quid S. Teresa acceperit ad Diuinam scripturam adimplendam. 290.

S:

Sacerdos impurus nihil derogat Maieitati Christi. 273.

Sacerdotes quanto opere ad vitam bonam obligantur. 274.

Sancti in tribulationibus quales. 129. 2.

Scrupulositas nimia vitanda. 149. 2.

Securitas anima de euentu post Dei alloquium. 242. 2.

Sensus vitii captiuis assimilantur. 97. 2.

Sensus & anima potentia praesidiarijs arcibus assimilantur. 201. 2.

Serenitas anima post tempestatem quantum. 231. 2.

Signa quando locutio a Diabolo est. 159.

Signum diabolici gustus. 160.

Simoen iustus quomodo Dominum viderit. 106. 2.

Similitudo inter animum & hortulanum. 67.

Sorores in Monasterio S. Teresa quid praemij ob paupertatem adeptae sint. 11. 2.

Spirituales non curant an ab alijs diligantur. 26. 2. cur tam pauci. 112. 2.

Spiritualitas vera in quo consistat. 309. 2.

Spiritus non est iustollendus si Deus eum non sustollat. 76. quando a Deo est ex affectibus discernendus est. 89. magna cum discretione probandi sunt, maxime in foeminis. 149.

Sponsalia Dei cum anima. 225. 2. quomodo ea peragantur. ibid. in momento plurima hic anima percipit. ibid.

Sponsalia & matrimonium spirituale quomodo inter se differant. 297. 2.

Stabilitas sectanda. 151. 2.

Stultitia sancta qua. 262. 2.

Stupor hominum in anima rebus. 162. 2.

Superior peccans quomodo mouendus. 173. 2.

Suspensio potentiarum unde fit. 87. 2.

T.

Tentatio doloris de alienis peccatis 80. contra eam remedium, quod ad salutem humilitatem. 141. 2. eius signa circa penitentias indiscretas. ibid.

Teresa septennis Deum colere. 12.

Viam sanctorum legit interim Martyrij desiderio incenditur. 13.

cum fratre statuit ad Mauros proficisci ut martyrium subiret. ibid. Eremiticam vitam cum fratre ducit. ibid. a teneris in pauperes effusa. ibid. erga B. Virginem bene affecta. ibid. B. Virginem matris suae loco in matrem cooptat. 14. In Monasterio educatur. 17. in grauem incidit morbum. 20. statuit Monasterium ingredi. 20. librorum sanctorum lectione delectatur. 21. quam panem senserit dum religiosum statum assumpsit. 22. libros sanctos tantum legere vult. 24. illius orandi modus. 25. in Nouitatu mulum passa. 27. Confessarium suum admones & in quibus. 29. eius humilitas. 30. patientia. 31. paroxysmum patitur. 32. refertur ad monasterium. 33. cur sanitatem sibi reddi exoptat. 35. sub specie humilitatis orationem intermittit. 38. Hypocritis & vana gloria inimica fudit. 38. patrem

- adorandi studium adducit.* 43.  
*alios ad orationem excondam pellicie.*  
 45.  
*quo tempore vanissima fuit in peccato*  
*mortali ibid.*  
*eius requies ex oratione* 53.  
*Concionibus audienda delectatur S. Ma-*  
*ter* 55.  
*Tadio illi non fuit de Deo loqui ibid.*  
*quomodo oraret cum intellectu discer-*  
*ere non posset* 56.  
*eius Magister Deus* 75.  
*in oratione linguam latinam intelli-*  
*gat aliquando* 95. *Deus eam iuvat in*  
*oratione unionis. Et suspensionis expli-*  
*canda* 110.  
*quas passa sit calumnias* 117.  
*numquam pecunia auida fuit.*  
 132.  
*erga Redemptorem Iesum bene affecta*  
 141.  
*orationem quietis Et unionis sate sen-*  
*tabat.* 149.  
*Patres Societ. Iesie alloqui volebat sed*  
*non audebat. ibid.*  
*gratia quas accipiebat non respondebat.*  
*Vita.* 143.  
*cum in oratione. esset de Deo cogitare*  
*non poterat.* 149.  
*quomodo iussa sit orationem instituire*  
 151.  
*Erga Christi humanitatem affici denuo*  
*incipit.* 153.  
*Per mortificationes exercetur, Et quomodo.*  
 153.  
*ingrata se fore putabat si amicitias quo-*  
*rundam relinqueret.* 154.  
*Confessarium se mortificantem deserere*  
*regitat* 167.  
*afficitur erga SS. Hilarionem Et Ma-*  
*chaelem Archangelum* 169.  
*Christum Dominum apud se esse preci-*  
*pit.* 170.  
*mirae affligebatur cum Confessario suo.*  
*periret visiones.* 179.  
*undique afflicto fuit.* 185.  
*tentatur* 198.  
*quas gratias post eam recipit.* 198.  
*defectus quis quo minus Deo seruiat.*  
 200.  
*à Domino qualem aquam petierit.* 201  
*vitam suam ridebat. ibid.*  
*sororum suarum precibus attribuit con-*  
*uersionem flagitiosi viri.* 205.  
*peccata sua alijs innotescere voluerit, Et*  
*quomodo.* 208.  
*neminem unquam decipere voluit.*  
*ibid.*  
*In cantu Et officio choralis parum versa-*  
*ta erat.* 22.  
*in Inferno se esse percipit.* 213. *de inferna-*  
*libus patris plus sensit quam de ipsidem*  
*scribitur.* 215.  
*Ex mandato Domini Monasteriorum e-*  
*rigit* 218. 220.  
*ob id persecutiones patitur.* 219.  
*in quibus Provincialis visa ibid.*  
*multi aduersariorum ei fauere* 221.  
*cur non accepta sororibus* 222.  
*à Confessario cur affligitur. ibid.*  
*eius metus.* 223.  
*consolatur.* 225.  
*consulit Patrem quandam Societatis Iesu*  
*Et cur ibid.*  
*quos in collegiata pecunia labores suscipi-*  
*rit Et in quem sinem* 227.  
*intungitur ei ut ad nobilem Matronam*  
*se conferat.* 230.  
*dolet Et erubescit quod bonam opinionem*  
*vulgo de se haberet* 231.  
*desiderat scire quis esset status animae cu-*  
*iusdam religiosi* 232.  
*arumnas suas Et miseras Religioso cui-*  
*dam refert.* 233.  
*suis orandi modus ibid.*  
*Redemptorem nostrum videt.* 237.

in omnibus causis p[ro]videns. 248.  
 eius gaudium. *ibid.*  
 obiecta non excusatur. 252.  
 obiectis calumnijs non turbatur.  
 252.  
 causam suam propugnat *ibid.*  
 à Christo coronatur. 256. Confessarijs  
 quomodo vultum amicum exhibebat.  
 261.  
 videt columbam capiti suo imminentem.  
 269.  
 videt filium Dei in sinu Patris. 271.  
 merita sua dat pro redemptione cuiusdam  
 anima e purgatorio. 275.  
 videt animam purgatorio exire. 276.  
 Item aliam *ibid.*  
 quandam de Societat. Iesu in calis ascen-  
 dere videt. 276.  
 Carmelitam in seip[er]. 277. Ceco lumen  
 recuperat. 278.  
 morbo precibus sanitatem impetrat.  
*ibid.*  
 impedit ne quis conceptum scelus exequa-  
 retur *ibid.*  
 animabus diversimodè profuit. 279.  
 SS. Trinitatis mysterium percipit. 288.  
 assumptio B. Virginis ei repraesentatur.  
*ibid.*  
 videt animam speculi instar relucentem.  
 291.  
 videt se cinclam Angelis. 294.  
 eius intentio scribendi. 298.  
 liber de vita sua quando absolutus.  
 299.  
 os illius in communiione plenum fuit san-  
 guine. 300.  
 apparet illi Dominus cum à sacra com-  
 muniione surgere & ubi. 303.  
 eius ordinis fundationes quales. 304.  
 quando vidit columbam. 305.  
 eius intentio in Monasterij fundatione.  
 6. 2.  
 eius gratitudo erga Deum. 35. 2.  
 semper se Ecclesia iudicio subijcit. 104. 2.

& superiorum suorum. 160. 2.  
 times ob praeiterita peccata & confundun-  
 tur. 181. 2.  
 cur spiritus Sancti opem implorat. 192. 2.  
 eius dolores & strepitus capitis quinamè.  
 195. 2.  
 dolet quod ab humanitate Christi se un-  
 quam seiuiciorit. 270. 2.  
 gratiam ad scribendum petit. 292. 2.  
 eius humilitas *ibid.*. 312.  
 eius exclamaciones vel meditationes a-  
 nima ad Deum suum. 314. 2. 315. 2. 316.  
 2. 317. 2. 218. 2. 319. 2. 320. 2. 321. 2. 322.  
 2. & seq.  
 Timor Dei statim agnoscitur ubi sit.  
 347. 2.  
 crescit paulatim *ibid.*  
 necessarius est. 48. 2.  
 Turba magna ob Monasterium S. Iosephi,  
 p[er]ta. 252.  
 Vide Dominus Deus Christus, Humi-  
 litas.

F.

Valetudinis cura nimia an laudanda. 41. 2.  
 Vanitates S. Teresa in ornatu. 15.  
 in literarum subscriptione. 264.  
 in oratione vitanda & cur. 101. 2.  
 vanitates rerum mundanarum. 250. 2.  
 Verba Dei non audiuntur tunc cum anima  
 in ipso captu est. 158.  
 Verba Domini ad S. Teresam. 166.  
 Veritas modica pusillanimitatis mater.  
 84. 2.  
 Via vitiorum magis terretur quam virtu-  
 tum. 41.  
 ea acerba est qua nec Deo nec mundo  
 fruitur. 50.  
 viam malam inquit qui Christum deserit.  
 141.  
 timoris cur necessaria. 195.  
 veritatis qua. 300.  
 actiua quomodo se gerere debeat erga  
 contemplatiua. 61. 2.  
 ad Deum varia sunt via. 72. 2.  
 Dei via resolute inueniunda. 75. 2.  
 via orationis non est periculosa. 77. 2.

per

INDEX RERVM.

- per viam orationis & contemplationis Vita Deo danda. 44. 2. vita religiosorum pauci incedant 42. 2. *martyrium.* 44. 2. *huius seculi breuis.* *ibid.* Vita Domini continuo erat mors, & cur. 152. 2.
- Visio in quam se Demon minus ingerere potest. 152. *Voluntas* quomodo se erga alias potentias gerit 87 quid facere debet in oratione quicquid ab intellectu impedita 94. melius agit Deo gratias sine ullo verbo quum intellectus omnia sua verba 96. se resignare debet ad omnia qui Deus vult. 103. dum in quiete est quidnam. 109. 2. Dei voluntas potenda. 113. *Velimus nolimus* adimplebitur. 114. 2. *Voluntas* Dei quam 115. 2. unde cognoscenda *ibid.* penitus & tota Deo danda. 116. 2. propria cur in omnibus rebus frangenda. 149. 2. aliena antepotius nostra facienda. 224. 2.
- Vitia nonnulli spirituales quantum noceant. 148. *Vulnus* amoris an suave. 236. 2.
- Viribus corporis an opus habeamus ad orationem 44. *Z.*
- Vni omnipotentiarum qua. 108. *Zelus* B. Teresa erga animus. 6. 2.
- & quid sit *ibid.* describitur. 109. *Zelus* importunus qui suam. 190. 2.
- Virtutes à nobismetipsis habere non possumus. 210.

FINIS.











**OPERA**

*Sanctæ Teresie Virg.*



G-E 519